UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporvm Non Tantvm, Eorvmqve Vicariorum munus; sed Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

urn:nbn:de:hbz:466:1-10421

Visual Library

Th. 4757.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

M. II
23

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ex legato Celsmi Principis Ferdin. Epi Paderb. et Monaster. Ao 1683.

PRAXIS EPISCOPALIS,

IN QVA

EPISCOPORVM NON TANTVM, EORVMQVE Vicariorum munus; sed Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum ac dubiorum indies occurrentium

RESOLVTIONES,

ET PRÆTER EA, QVÆ à S. CANONIBVS, SACROQVE CONcilio Tridentino decisa sunt, etiam quæ per varias diversorum summorum Pontificum Constitutiones, S. Rotæ Decisiones, ac Eminentiss. Cardinalium S. Congregationis Responsiones & Decreta ad hodiernum usque diem circa id declarata, limitata & ampliata fuerunt, quàm brevissimè continentur, Collegij Soc. Jesu Paderb.

AVCTORE

Reverendiss. D. THOMA ZEROLA,

Beneventano, Episcopo Minorensi, SS. Theol. & I. V. Professore, &c.

Ex censura Magistri S. Palatii Apostolici prodit nunc demum locupletior, & correctior.

PARS PRIMA.

CUI HAC ULTIMA EDITIONE ACCEDIT

FORMULARIUM EPISCOPALE

D. AUGUSTINI BARBOSÆ, J. V. D. PROTONOT. APOST.

Quo variæ ad Episcopalem jurisdictionem ritè exercendam formulæ maximè utiles & necessariæ traduntur.

Addita quoque Mantissa Apostolicarum Constitutionum ad longum inserta, & Decretum. Propositionum à S. D. N. Innocentio XI. Anno 1679. damnatarum

COLONIÆ AGRIPPINÆ,

Sumptibus PETRI KETTELER, sub signo Galli, ante S. Paulum.

Anno M. DC. LXXX.

Superiorum Permissu.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

PRAXIS EPISCOPALIS

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

REVERENDISSIMO ET PERILLUSTRI DOMINO,

D. JOANNI HENRICO ANETHANO,

DEI, ET APOSTOLICÆ SEDIS GRATIA

EPISCOPO HIEROPOLITANO,

Sereniſſimi ac Reverendiſſimi Principis Electoris Colonienſis MAXIMILIANI HENRICI Bavariæ Ducis, &c. per civitatem & Archidiœceſim Colonienſem

SUFFRAGANEO & VICARIO

In Spiritualibus Generali, ejuſdemque Conſiliario Eccleſiaſtico:

Metropolitanæ Electoralis Eccleſiæ Colonienſis Canonico, Presbytero & Capitulari;

Domino in Dehnsborn & Dom. &c.

Sine me, Reverendiſſime Præſul, Epiſcopalem hanc Praxim à Reverendiſſimo Thoma Zerola partim Sanctiſſimo Clementi VIII. Papæ Maximo; partim Illuſtriſſimo ejuſdem Nepoti Cynthio Cardinali Aldobrandino olim inſcriptam munitamque præſidio, eandem nunc totam ſimul

mul haud parum auctam Tibi Episcopo Hieropolitano dedicare, ejusdemque dedicatione magnitudinem Tuam colere: non ut nominis Tui *Anethani*, quod ubique fama percelebrat, limites extendam; sed ne obsequii mei & gratulationis testimonium supprimam. Est equidem Reverendissime Præsul, quod intimo Tibi congratuler corde, vel potius toti congaudeam Archidiœcesi nostræ Colonienſi, cui Te nuper in Regalibus festis Serenissimus ac Reverendissimus Princeps MAXIMILIANUS HENRICUS Elector, &c. regalem præfecit sacerdotem, confirmavit in Pontificalibus & Spiritualibus Vicarium Generalem, & in Metropolitana Electorali constituit Canonicum Presbyterum; Canonicum, inquam, qui pari cum Principibus Ducibusque voto S. Romani Imperii unam ex octenis columnam, octovirum dico Colonienſem eligit dicam an erigit: Noverat enim probè dudumque perspexerat piissimus Princeps sapiens illud pectus Tuum, quo cumulatissimam juris quà civilis, quà canonici scientiam, clarissimam rerum Ecclesiasticarum notitiam, vastissimamque sacræ & profanæ eruditionis sylvam contines: noverat pectus Tuum prudentiæ officinam, & in eo singularem Tuam in componendis rebus industriam, in penetrandis subtilitatem, mirificam demum in perficiendis, & ad optatum finem perducendis felicitatem: noverat, inquam, intrepidum & inconcussum pectus Tuum, quo Ecclesiasticam authoritatem semper & libertatem vindicasti, hæreticorum infregisti proterviam, profligasti in Ecclesia errorum monstra, ab eademque noxiam valde pluribusque dam-

damnabilem propulsasti ignorantiam, quam doctissimus Vivaldus in confessoribus & prædicatoribus detestans, undecimam, eâque infeliciorem acerbioremque nullam asserit Ecclesiæ persecutionem: *Nemo quippe in Ecclesia magis nocet,* ait S. Gregorius, *quàm qui perversè agens, nomen vel ordinem sanctitatis aut sacerdotis habet: delinquentem namq; hunc redarguere nullus præsumit; & in exemplum culpa vehementer extenditur, quando pro reverentia ordinis peccator veneratur.* Sed Tu, Præsul Reverendissime, quod se claudicantibus Elias prophetis, hoc Te velut ignorantibus exhibes sacerdotibus, Dei æmulatus exemplum, dicentis: *Quia tu scientiam repulisti, repellam Tene sacerdotio fungaris mihi*: exhibes Te, inquam, Ægyptiis Moysen, fornicantibus Phinees, Petrum mentientibus, Paulum blasphemantibus, negotiantibus Christum, ut sic in corrigendis vitiis piè sæviens, sanctam Dei sponsam Ecclesiam intemeratâ semper fide illibatam custodias; magnum in hoc Magni Augustini & Hieronymi secutus consilium: *Foris terribilis personet increpatio, modo intus lenitatis teneatur dilectio: hæc enim non est crudelitas; sed pro Deo pietas.* Id quod in Te mirantur & suspiciunt universi, quàm in zelo sobrius sis, in misericordia non remissus, in judicio rectus, in consilio providus, in jubendo discretus, in disponendo industrius, in agendo strenuus; ita ut *regat disciplinæ vigor mansuetudinem, & mansuetudo ornet vigorem, & sic alterum commendetur ex altero; ut nec vigor sit rigidus, nec mansuetudo dissoluta.* Hinc jure merito Te, Præsul Reverendissime, religionis aram, tribunal justitiæ, prudentiæ delubrum,

In oper. regal. tr. de 12. persecut. Eccles.

In pastorali.

Osee 4.6

Aug. de verb. Domini. Hieron. in Epist.

Greg. 5. moral.

brum, manſuetudinis ſacrarium, legum præſidium profiteamur neceſſum eſt. Quid igitur mirum, imò mirari deſino, quod Te tot Principes & Archi-Epiſcopi, Trevirenſis præſertim & Colonienſis ovilis ſibi crediti præſidem, & ſubditarum animarum Nymphagogum æmulatim deſiderarint & poſtulaverint; quia *factus* nimirum *forma gregis ex animo*, laudabiliter hucuſque & ubique per correctionem illud purgaſti, illuminaſti per doctrinam, per Sacramentorum adminiſtrationem perfeciſti; ita ut habeant in Te uno quæ æmulentur boni, quæ timeant mali, & quæ magni admirentur: ac proinde deſiderant certatim omnes, ut Te Deus Optimus Maximus Eccleſiæ Colonienſi diutiſsimè ſervet incolumem, & per Te divini nominis propagetur gloria, ac plurimarum ſalus animarum procuretur. Amen.

1. *Petr.* 5. 3.

Coloniæ 30. Martii. 1680.

Reverendiſſimæ & Perilluſtris
Dignitatis veſtræ

Servus obſequioſiſſimus

PETRUS KETTELER Bibliopola,
& Civis Colonienſis.

AUCTORIS PROTESTATIO AD ILLUSTRISSIMOS ET Reverendissimos Prælatos.

MIrabitur fortasse quispiam, cur me elucubrationes hucusque meæ compulerint, ut praxim hanc Episcopalem commentarer, dum eadem iisdem insit locis, ex quibus excerpta est. Sanè ratio in promptu est, lapides, & cæmenta reliqua varijs diversisque terræ partibus reperiri, verùm ut fabricam construant, ea coacervasse opus sit, vidi audivique plerisque in locis, & cathedralibus à doctis piisque præsulibus, quantum in animarum gubernio justitiæ administratione, beneficiorum collationibus, Ecclesiasticæque tuitione jurisdictionis deficiatur, & à recto tramite recedatur, & quo moralissimus ille D. Gregor. artem artium regimen animarum esse indubitanter asseruit, & Clemens primus septem Urbis regiones, septem divisit notarijs, singulis attribuens, quæ vitas Martyrum, & res ab eis gestas diligentissimè conquisitas literis demandarent; Alphabetica hanc serie volui collocare, ut minori ac faciliori procederetur indagine, & interdum multa dicere, & nunc pauca referre: at ubi dicussione egeretur aliquantula, volui per extensum protraxisse velum, & indixisse, ubi sufficere poterat, solas Doctorum remissivè conclusiones, & placita breviter: veruntamen objicitur, illud alibi inveniri, hujusce modi relicto labore, fateor, sed facilius commodiusque in unum recollecta, prosunt, deserviunt, facilitant Doctorem, moxque reddunt attentum docilemque inventorem, eò vel maximè, cùm necessaria magis, utiliora, ac practicabiliora potissimum recenseantur, vel quæ sunt de jure novissimo ignotisque penè abstrusa Summ. Bullis Pontificum, necnon Illustriss. Cardinalium Sacrarum Congregationum in alma Urbe ac præcipuè S. Conc. Trid. delucidationibus. Illudque potissimum quod diversorum est prætoriorum, unde spiritualem inter ac temporalem jurisdictionem controversia oriri solet, ad hoc, ut ipsi prælati recta semita haud turbulentam sibi à Deo, perambulent commissam provinciam, laicorum decus tribunalium non lædatur, & quod Cæsaris est Cæsari, & quod Dei Deo, inoffenso calle reddatur, & ad imitationem Dei Opt. Max. qui divina providentia cuncta gubernat, dispersa congregat, & congregata conservat; unde enim diversorum emolumenta SS. Patrum, catenam in unam auream Doct. ille Angelicus cumulavit? unde civitatis divinæ libros ex vetustissimis scriptoribus, vel Ethnicis composuit Doctor ille, lumen Ecclesiæ? quid dicam de venerabili illo presbytero, qui tabulam confecit in Aristotelem? quid de Cassiodoro in historiam tripartitam? quid de D. Ambrosio in libris Officiorum? quid de Areopagita in omnibus, sed præsertim in divinis nominibus? quid de Hieron. de scriptoribus Ecclesiasticis? quid de Gregor. in Dialogis? quid de Isidoro in Etymologijs?

mologiis? quid de Arist. in 1. *Phis. & lib.* 1. *de Anima? quid de Platone in diversis Dialogis, ac præcipuè in Timæo, & Phædone? quid de Illust. Neotericis S. R. E. Card. Borromæo in acta Eccl. Mediolanensis, Varmiensi in hæreticos, Albano in Bartolum, & doctissimo Sarnano in Scotum, & Francisco Toleto in Arist. & D. Cæsare Baronio in vastissimis Annalibus Ecclesiast. & laboriosissimis annotationibus in Romanum Martyrologium? quid de S. Concil. Trid. quod majori ex parte veteres Canones, & antiquorum decreta Conciliorum innovavit, ad pristinamque conatur reducere observantiam? quid de septima Synodo generali de sacris imaginibus? quid de Felici Papa in Epist. ad Petrum Antiochiæ Episcopum? quid de Rever. Symanca in Hæreses? Mayolo de irregularitate, & in centurias, & Leonardo Episcopo Puteolano in Fascinum? quid de D. Sylvest. Aldobrandino nostri Sum. Pont. parente optimo, legum lumine, in Imperatoriam majestatem? quid de Covarruvia, de Navarro, quid de D. Vinc. de Franc. sacri Regii Consilii Neapol. præsidente suis in doctissimis Decisionibus? quid de D. Joan. Jacobo de Laurent. concive meo in opere (quod nunc molitur) de omnium suspicione judicum? & quid demum de recentioribus singulis? quòrapior? omnes recensuisse vanum, superfluumque proculdubio foret, hoc unum dicam, satis superq; esse scriptoribus modernioribus, antiquorum si placita scriptorum suum ad propositum seriò afferant, quod oratorum ille maximus Romanorum pertulit, ea nostra dici posse, nostrumque ad usum accommodavimus: & illud poetæ Comici,* Nil dictum, quod non sit dictum priùs, *& illud Sapientis,* Nihil sub sole novum, *sed enim juxta Hieronymi multis in locis sententiam, nusquam malevoli deficiunt, ac ubique prævalet invidia, dicam illud Hipponensis Episcopi.* Sentias quicquid velis de Augustino, quicquid libet, sola me in oculis Dei conscientia non accusat. *Accipiant igitur Illustres ac Rever. Præsules, pupilla oculi Dei, columnæ Ecclesiæ, summi sacerdotes, gerentes personam Christi, ejusque Vicarii, Apostolorumque successores (hisce enim nomenclaturis appellari solent) munus hoc, quodcunque sit, illud profectò eis humiliter obtuli, ad quod multi me Prælati animarunt, quodque humanæ fragilesque vires, quoad licuit, hactenus nonnullis interjacentibus incommodis subministrarunt, valeant in Domino semper.*

APPROBATIO.

JOannes Claudius Deville, in sacra Theologia Magister, & divini verbi Prædicator, in sancti Pauli hujusce Civitatis Canonicus, & in hac Lugdunensi Diœcesi à Domino Dionysio Simone de Marquemont Illustrissimo & Reverendissimo Archiepiscopo librorum Censor designatus: fidem facimus nos librum inscriptum, *Praxis Episcopalis R. D. Thoma Zerola Episcopo Minorensi Authore,* pervidisse, & in eo omnia juxta Censuram Magistri sacri Palatii Apostolici correcta & composita invenisse. Lugduni apud sanctum Paulum 1. Cal. Junias 1615.

Ioannes Claudius Deville.

R. D. D. THOMÆ DE MESCHATIN LA FAYE, hujus libri imprimendi facultas.

THomas de Meschatin la Faye, Comes, Canonicus, & Camerarius Ecclesiæ Lugdunensis, & Vicarius Generalis in Archiepiscopatu Lugdunensi, Opus, quod inscribitur, Praxis Episcopalis R. D. Thoma Zerola Episcopo Minorensi Auctore, *ut in lucem edatur, facultatem concedo. Lugduni, 1. Junii 1615.*

Meschatin la Faye.

INDEX

INDEX TITVLORVM.

A

Abbas. pag. 13
Abbatissa. 34
Abortus. ibid.
Absolutio. 1
Accusatio. 23
Adulterium. 7
Advocatus. 33
Affinitas. ibid.
Alienatio. 14
Altare. 38
Alternativa. 20
Apostata. 41
Apostoli. 38
Appellatio. 24
Archidiaconus. 19
Archiepiscopus. 20
Archivium. 22
Arma. 23
Arreptitii. 40
Assassini. 11
Attentata. 38
Auctoritas. 12

B

Baptismus. 43
Barones. 42
Beneficium. 45
Bladum. 43
Blasphemia. 80
Bona. 41
Bullæ. 74

C

Cadaver. 135
Cambium. 88
Candelæ benedictæ. 113
Canonia. 128
Capitulum. 114
Captivi. 8
Carcer. 135
Cardinales. 81
Casus in quibus loc. ord. &c. 105
Casus reservati. 120
Cæmeterium. 87
Census. 134
Charitas. 88
Charisma. 39
Chorus. 136
Circumstantiæ peccatorum. 134
Citatio. 136
Clericus. 88
Coadjutor. 138
Collegium. 117
Colonus. 142
Cometa. 139
Compositio. 140
Compensatio. 141
Compromissum. 139
Concilium. 102
Concubinarii. 82
Confessio. 85
Confessores. 118
Confinis. 101
Confraternitas. 143
Consecratio Prælatorum. 121
Consuetudo. 112
Contractus censuales. 122
Contumacia. 138
Corpora Sanctorum. 113

D

Decimæ. 168
Defensiones. 161
Degradatio. 174
Delegatus. 176
Derogatio. 156

Dies. 166
Dignitas. 179
Dimissoriæ ad ordines, &c. 144
Diœcesanus. 168
Dispensatio. 162
Distributiones quotidianæ. 156
Divortium. 176
Doctrina Christiana. 167
Dominium. 173
Donatio. 179
Dos. 175
Duellum. 174

E

Ecclesia. 209
Edicta, seu statuta. 8
Electio. 204
Emphyteuta. 203
Emptio. 201
Energumeni, seu Arreptitii. 40
Episcopus. 212
Epistola. 219
Evictio. 221
Eremita. 219
Eucharistia. 221
Excommunicatio. 180
Executor Apostolicus. 217
Executor testamentorum. 219
Exemptio. 211
Exemplum. 209
Expensæ. 200
Expositi. 219
Extensio. 208
Extrema Unctio. 220

F

Fabrica Ecclesiæ. 222
Falsarii. 225
Fama seu infamia. 223
Fascinatio. 224
Festa. 229
Feudum. 226
Fidei professio. 225
Fidejussor. 227
Fiscus. ibid.
Forma instrumenti electionis. 205
Forum Episcopale. 223
Funus corporis defuncti. 227

G

Gabella. 230

H

Hæretici. 234
Horæ Canonicæ. 231
Hospitale. 241

I

Ignorans, seu idiota. 281
Imagines sacræ. 277
Immunitas Ecclesiastica. 275
Inclinatio stellarum. 276
Indulgentia. 278
Ingratitudo. 280
Inimicitiæ. 282
Injuria. 266
Insignia, vide *in ver. Arma.* 23
Instantia. 245
Institutio. 278
Instrumentum. 283
Interesse. 282
Interdictum. 289
Intrusus. 266
Irregularitas. 245
Judæus. ibid
Judex. 271
Juramentum. 280
Juramenti absolutio. 262
Jurisdictio. 284
Jus ad rem. 265
Jus ad congruum. 260
Jus cathedraticum. 270
Juspatronatus. 246

L

Lamiæ, seu strigæ. 410
Laudemium. 290
Legatum. 292
Libertas Ecclesiastica. 305
Libri, seu cataſtica. 291
Libellus famosus. 290
Limites, seu termini. 303
Litis contestatio. 292
Literæ Apostolicæ. 301
Literæ quinquennales. 300
Locatio. 301
Ludus. 304
Lupanaria. 303

M

Maritus. 312
Matrimonium. 305
Matrix Ecclesia. ibid.
Medici. 337
Meretrices. 303
Metropolitana Ecclesia. 312
Metus. 336
Miraculum. 319
Missa. 312
Moderamen. 336
Monachi. 334
Moniales. 321
Monopolium. 336

N

Nefandum crimen. 337
Notarius. ibid.
Nuntii. 338

O

Oblati. 338
Oeconomus. 343
Ordo. 338
Organum. 344
Oratorium. 345

P

Pactum. 383
Papa. 345
Parochia. ibid.
Parochus. 353
Patriarcha. 359
Pecunia. 389
Pensio. 387
Pœnæ. 389
Pœnitentia. 384
Pœnitentiarius. 385
Permutatio. 384
Pollutio Ecclesiæ. 380
Possessio. 391
Pragmatica. 353
Pretium. 376
Præbenda theologalis. 388
Prædicatio. 371
Prælatus. 376
Præscriptio. 377
Prærogativa. 373
Privilegium. 359
Privatio. 360
Probatio. 382
Processus. 381
Procuratio. 391
Procurator. 382
Processiones. 368
Professio. 373

Q

Quarta. 392
Quæstores. 391

R

Rector. 405
Recursus. ibid.
Regulæ Cancellariæ. 404
Remissio reorum. 401
Renunciatio seu resignatio. 395
Repræsentationes. 392

Res

Res integra. 395
Residentia. 400
Rescriptum. 393
Restitutio. 392
Restitutio in integrum. 398
Rotæ tribunal Urbis. 405
Rumor. 406

S

Salarium. 410
Sacrilegium. 411
Seminarium. 425
Sententia. 407
Sepultura. 409
Sigillum. 412
Societas. ibid.
Solutio. 424
Sponsalia. 406
Sportulæ. 407
Strigæ. 410
Studium. 418
Subsidium charitativum. 415
Suffraganei. 414
Successor. 425. & 415
Superstitio. 410
Supplicatio, sive signatura. 413
Suspensio. 428
Simonia. 415

T

Terminus. 429
Testamentum. ibid.
Testes. 432
Titulus beneficii. 436
Tortura. 431
Transactio. ibid.
Trigesima. 436
Tutor. 430

V

Vacatio. 464. & 436
Vasa sacra. 437
Vestimenta sacra. ibid.
Visitatio. 445
Vicarius. 438
Votum. 455
Unio. ibid.
Usura. 460
Uxor. 464

Finis Indicis Titulorum.

PRAXIS

PRAXIS
EPISCOPALIS
REVERENDISSIMI
D. THOMÆ ZEROLÆ
Beneventani Episcopi Minorensis.
PARS PRIMA.

ABSOLUTIO.

SUMMARIUM.

1 *An Episcopus in sua diœcesi residens possit absolvere subditum suum, vel quempiam irretitum aliqua censura ecclesiastica à jure, vel ab homine in aliena diœcesi.*

2. *An absolutio habita tempore Jubilæi, vel alio suffragetur in foro exteriori.*

3 *An infirmus, qui amisit loquelam, & non potest per nutus, vel per signa aliqua exteriora confiteri, possit absolvi sacramentaliter.*

4 *An Episcopus per cap. licet, sess. 24. sacri Conc. Trid. possit absolvere hæreticum occultum.*

5 *An confessarii tempore Jubilæi possint absolvere ab hæresi occulta, si in eo detur hujusmodi facultas sub clausulis generalibus.*

6 *An confessarii tempore Jubilæi possint absolvere à casibus Episcopalibus absque licentia ipsius Episcopi.*

7 *An Episcopus existens extra suam diœcesim possit absolvere subditum suum irretitum aliqua censura ecclesiastica lata à se, vel à jure, vel ab homine, modò non sit alicui reservata.*

8 *Quibus casibus alicui est deneganda absolutio.*

9 *Qua praxi utendum in absolutione ab excommunicatione.*

AD primum. Absolutio ab excommunicatione lata ab homine haberi debet ab eo, qui eam tulit; ita communiter Doct. *in cap. pastoralis, §. præterea, de offi. deleg.* Navar. *c.* 27. *n.* 40. *notab.* 5. Sylvest. *in ver. Absolutio, primo. numer.* 2. *ver.* 1. *Angel. in ver. Absolutio,* 1.

*num.*8. Armill. *eodem ver. num.* 36. Flor. Theol. *in* 4. *sent. tract. de excomm. con.* 2. & 6. Cajet. *in sum. in ver. Absolutio ab excommunicatione, cap. ult.* D. Tho. *in addit.* 3. *part. quæst.* 24. *art.* 1. *in cor. sum. Aſten. lib.* 7. *tit.* 14. *q.* 9. & est communis omnium Doct. antiquorum. Innoc. *in c. prudentiam, nu.* 13. *de off. deleg.* Secunda opinio & verior est, Navar. 27. *nu.* 44. *Sot. in* 4. *sent. dist.* 2. *q.* 22. *ar.* 3. *col.* 4. Covar. *in c. alma mater, de sent. excom. lib.* 6. *par.* 1. §. 12. *n.* 4. *ver.* 2. Imol. *in c. grave. col.* 4. *de præben.* & potest colligi ex *c. nuper, de sent. excom.* Isti dicunt, quod ab ea possit absolvere omnis, & quicunque habens auctoritatem Episcopalem, idem Navar. *in conſ.* 51. *de sent. excom. & tract. de Jubilæis, not. ab.* 2. *gl. ult. nu.* 35.

Pro notitia prædictorum est notandum, quòd excommunicatio ab homine, vel est reservata ipsi excommunicanti, vel non; si primum, non potest absolvi, nisi ab eo, qui sibi reservavit; si secundum, subdistingue, vel est specialis, i. contra certam personam, tunc similiter ipse absolvit qui excommunicavit, *c. per tuas de sent. excom.* vel generalis, i. generaliter lata, ut qui nocte Nativitatis Domini luderet ad aleas, vel qui furtum fecerit, vel qui alloqueretur moniales absque licentia, tunc dico, quòd ab ista excommunicatione potest absolvere omnis, & quicumque haberet auctoritatem episcopalem, & sic concordantur omnes opiniones, ut communiter Doct. *in c. nuper, in* 2. *respon. de sent. excom.*

Restat dubium, quid si fuerit reservata, vel specialiter lata contra aliquem? dico. Primum, quòd debet absolvi ab eo qui eam tulit, ut patet ex dictis. Secundum, si habet difficultatem accedendi ad ipsum Episcopum, ut quia incurrit excommunicationem reservatam Neapoli, & ipse commoratur Mediolani, tunc dicerem cum D. Thom. *ubi sup.* quòd possit absolvi à suo Episcopo, præstita juratoria cautione, quòd parebit mandato illius Judicis qui sententiam tulit, si commoditas sibi erit illuc accedendi, maximè si facta est restitutio parti læsæ. Tertium similiter si non facta est restitutio, & ille est in periculo mortis, Concil. Trid. *sess.* 14. *cap.* 7. *de cas. reser.* Quartum similiter si esset in regione longinqua, vel si non solvendo, vel si non esset obnoxius restitutioni, ut quia solùm transgressus est præceptum superioris, quo incidit in censuram generaliter, vel specialiter, & hæc sunt notanda pro praxi quotidiana. Quintum etiam si fuerit accusatus à Concilio provinciali. Abb. *cap. grave, n.* 13. *de præb.* idem censet Navar. *conſ.* 1. *de paroch.* de illo qui est longè à suo domicilio, & vellet contrahere matrimonium, nam domicilium est, ubi quis commoratur sine fraude, *& in con.* 49. *de sent. excom.* ubi ait posse Episcopum loci, ubi quis degit, absolvere eundem excommunicatum, tam ab homine, quàm à jure, etiam si fuerit homini reservata propter morbum, vel impedimentum eundi ad quærendam absolutionem, ut quia longè distat à suo ordinario, à quo fuit excommunicatus cum reservatione, facit *c. eos, in princ. de sent. excomm. lib.* 6.

Ad Secundum. Si quis per violentam manuum injectionem in clericum, vel per contumaciam, vel quovis alio modo fuerit

uerit excommunicatus nominatim, vel causa sit deducta in judicium, adveniente Jubilæo, vel Bulla aliqua dante facultatem absolvendi à quibuscunque censuris, & pœnis etiam Papalibus, etiam in Bulla Cœnæ Domini, ille sic inquisitus, & excommunicatus facit se absolvere vigore illius Jubilæi, vel Bullæ, an valeat ista absolutio in foro exteriori, & si interim administraverit aliquod sacramentum, vel aliquod hujusmodi, efficiatur irregularis? Respondetur omissis difficultatibus, quòd non valet ista absolutio in foro fori, & ille efficitur irregularis. Covar. *in c. alma mater, 1. p. §. secundo, num. 16. ver. 5. de sent. excom. l. 6. & in lib. 2. c. 10. n. 3. var. resol.* Franc. Peng. *in com. 25. col. 2. fol. 141. super 2. par. direct. inquisit.* ait, adeo esse veram hanc doctrinam, quòd contrariam putaverit esse erroneam, gloss. *in cap. de his criminibus, in fine, de accus.* & ibi Innoc. gl. *in c. fraternitatis, in ver. cum arg. 12. q. 2.* gl. *in cap. admonere, in ver. pœnitentia. 33. q. 2.* Gomes. *in q. 14. col. 2. in reg. cancell. de non jud. juxta for. suppl.* Matan. *6. p. in tit. de inquisit. nu. 87.* Abbas, Fel. Marian. *in d. cap. de his crim. & in c. accepimus, n. 2. de pur. canon. & in c. 2. n. 2. de empt. & ven.* & hoc clarè patet ex verbis sumt. Pont. in foro conscientiæ, ac pœnitentiali tantum, & ad effectum consequendi hujusmodi Jubilæum, ita Greg. XIV. in Jubilæo edito anno 1590. nonis Januarii, Pontif. sui anno primo, Navar. *de Jubil. & indulg. notab. 11. num. 20.*

Ad Tertium. Casus potest ita figurari: ægrotat quis, petit confessarium, antequã confessarius venit, ægrotus amittit loquelam, judicium, delirat; petitur, an confessarius poterit eum absolvere absolutione sacramentali à peccatis? Prima opinio. Navar. *cap. 26. n. 28. & cap. 27. n. 269. notab. 2.* Sot. *4. sent. dist. 18. q. 2. art. 5. circa primum argumentum*, Flor. Theol. *4. sent. tract. de confess. fol. mihi 217. in prim. parte*, isti dicunt, quòd non, Sotus dicit, esse sacrilegium, & Navar. quod deficit pars essentialis, nempe materia, videlicet peccata. Secunda opinio est Asten. *lib. 5. tit. 16. col. 3.* Ang. *in ver. confessio 4. n. 8.* Melchior. Cani. *in relect. de pœnit.* & nonnullorum recentiorum, isti dicunt, quod sic: ratio est, quia nulli fit præjudicium; quid dicendum? ego censerem cum secunda opinione, quia adest canon, *is, qui pœnitentiam 26. q. 6.* qui omissis retorsionibus, quibus Sot. eum torquere conatur, videtur apertissimè hoc dicere, cùm dicat quòd absolvatur ad testimonium illorum, qui eum audierunt, scilicet petentem confessarium, & accipiat pœnitentiam, quæ debet intelligi de sacramentali, quia verbum simpliciter prolatum debet intelligi in potiori significato, *c. penult. de sent. exc.* & quia sumus in materia favorabili animarum: nec valet ratio Soti & Navar. quia habemus materiam, nempe desiderium prolatum, quando petiit confessarium, signa, dolorem præteritum in actu, nunc autem in virtute, quæ sunt quasi materia hujus sacramenti. Conc. Trid. *sess. 14. c. 5. can. 4.* Adest contritio, seu attritio, quia dolet, confessio, quia petiit; hoc confirmatur per auctoritatem D. Thom. *in opusc. 65* & D. Anton. *3. p. sum. tit. 10. ca. 2.* & est ita quasi communiter in praxi, &

hoc etiam tenet Abb. *in c. à nobis, lib. 2. n. 3. de sent. excom. per c. quem pœnitet, de pœn. dist. prima.* tutior tamen est prima opinio; consule quæ dicentur *in secunda par. verbo, Absolutio*, §. *secundo.*

Ad Quartum. Figuratur casus; est aliquis hæreticus occultissimus, qui tactus dolore intrinsecus, vult resipiscere agereque pœnitentiam de suo errore pessimo, an possit Episcopus eum absolvere; & videtur quòd sic, etiam in foro exteriori, data abjuratione & reddito ad Ecclesiæ unitatem. *c. ut officium inquisit. & c. ut commissi. de hæret. lib. 6. c. presbyteros.* 50. *dist.* Joan. de Selva *tract. de benef. 4. p. q. 7. n. 1.* Conc. Trid. *sess. 24. c. 6. de reform.* Flores Theolog. *in 4. sent. tract. de confess. 1. p. folio mihi* 232. oppositum habet Navar. *cap. 27. num. 271. notab. 15.* ubi ait, nec Pium V. nec Greg. XIII. Pontif. Max. voluisse concedere hanc auctoritatem summo Pœnitentiario: accedet declaratio sacræ Congregat. *nu.* 486. ubi nec Episcopos, nec inquisitores, hoc posse declarat, & sic videtur coarctata auctoritas concessa *in d. cap. 6.* Vide quæ dicuntur *in 2. par. ver. absolutio*, §. 8. per multa dicta.

Ad Quintum. Videtur etiam quòd sic, valida ratione, quia vel hæresis est reservata summo Pont. in corpore juris, vel in processu literarum Cœnæ Domini, vel in aliquot Bullis: sed in Jubilæo datur facultas absolvendi ab omnibus casibus, ut patet in verbis in eo poni solitis: tamen hac ratione non obstante contrarium est verius. Covar. *in capitul. alma mater, de sent. excom. lib. 6. p. 1.* §. 2. *num. 15. ver. 2.* Navar. *loco citato*, Siman. *de cathol. institut. tit. 23. num. 1.* quicquid dicat Sot. 4. *sent. dist. 22. q. 2. art. 3.* & Flor. Theol. *loco citat.* & multi recentiores. Adest valida ratio ultra prædictos Doct. gravissimos: nam sequeretur confessarium quendam non bene callentem hanc materiam hæreseos, posse absolvere, & citiùs manum imponere, non addito sufficienti pharmaco huic pessimo morbo, si darentur laxæ habenæ, cùm sit maximi momenti, optimo consilio ducti summi Pontif. hoc sibi reservarunt, nulli concedendo, nec vigore Jubilæi, licet aliquando hoc concedatur explicitè, prout in Jubilæo concesso à sanctissimo Papa Sixto V. de mense Septembris 1589. ubi solùm reservavit sibi hæreticos declaratos, & condemnatos, ex quo sumitur, quòd nisi specialiter concedatur, non intelligitur generaliter concessum, per *c. in generali, de reg. iur. lib. 6. & c. fin: de off. vic. & c. 2. de pœnit. & remiss. eod. lib.* & Dyn. *in d. reg.* Tamen oppositum sustinemus *in Practica nostra pœnitentiali, cap. 15. q. 4.* Hic deficit §. an regulares possint absolvere à casibus reservatis Episcopis, vigore suorum privilegiorum, qui tamen habebitur *in 2. par. ver. absolutio.* §. 1. ibi videto, vide etiam quæ dicentur ibi §. 8.

Dicet quis, quid dicendum, ubi [in istis privilegiis & confessionibus fit expressa mentio de casibus episcopalibus? dicerem pro nunc, primò, quod nunc possent, quia Princeps est, qui concessit (salva meliori consideratione:) prout vide in Indulgentiis concessis à Pio IV. Societati nominis Jesu sub anno 1563. die 13. Aprilis,

13. Aprilis, anno quinto sui Pontificatus per Bullam, quæ incipit: Injunctum nobis apostolica, in forma Jubilæi, & à Greg. XIII. quæ incipit: Bulla aliàs fælicis, die 9. Julii 1590. in eadem forma Jubilæi, & hæc omnia vide impressa Romæ 1589. & Neap. sub anno 1584. Facit quòd Princeps ex causa potest tollere jura alterius, *l. item si verberatus, ff. de rei vend.* Fel. *in cap. quæ in Ecclesiarum. col. 9. de constit.* & quæ dicit Capyc. *decis. 51. n. 13. & 14.* Secundò dicerem, non posse, quia Concilium Mediolanense citatum loquitur de privilegiis concessis, vel antè, vel post Concilium ex mente summi Pont. & ita servatur magis communiter. Vide quæ habentur *in 2. p. ver. absolutio*, §. 1. ubi habebis posse regulares absolvere à casibus reservatis, vigore privilegiorum concessorum, vel confirmatorum post sacrum Conc. Trid.

Ad Sextum. Videtur primò, quòd non, *c. super eo, & ibi gl. in ver. intentionis, de off. deleg. & c. ex tuorum, & ibi gl. in ver. permittat. de auct. & usu pal.* Selva *tract. de benef. 1. p. q. 3. n. 4. & p. 3. q. 13. n. 1.* Staph. *de litt. grat. fol. 357. nu. 13.* Navar. *c. 27. n. 263. ver. 5. c. si Episcopus, de pæn. & remiss. lib. 6.* adest ratio, quia confessarii nullam auctoritatẽ habent, nisi quam à superioribus accipiunt, quia delegatus nullã propriam habet jurisdictionem, sed fungitur munere Judicis delegantis. *l. 1. §. qui mandatam, ff. de offi. ejus cui mand. est jurisd.* Jason *in l. si cum tibi, n. 4. de judic.* sed superior non dat, nisi limitatam potentiam; ergo non possunt à casibus Episcopalibus absolvère etiam tempore Jubilæi. Prima opinio est quorundam modernorum, freta auctoritatibus prædictis? secunda opinio est communis & multorum recentiorum. Verùm ego censerem cum secunda opinione, quam etiam sequitur Navar. *in manual. in nova impressione*, & quia est favorabilior. Nec urgent contraria adducta: nam intelliguntur, quando Princeps concedit privilegium, seu reseriptum alicui personæ particulari; sed Jubilæum est privilegiũ, seu indultum universale, dans jubilationem toti Christianæ Reipublicæ, hoc patet manifestè, sicut etiam antiquitus. *in Levit. cap. 25. Extravag. unigenitus, de pœnit. & remiss. c. si quis aliquando. §. in Levitico, de pœnit. dist. 1.* Nec valet argumentum à privilegio ad hanc gratiam universalem, quia primum est strictè interpretandum, cum sit odiosum, & contra jus, *ca. porrò, de privileg. c. cum dilectus, de consuetud.* Sylv. *in verb privilegium*, §. 3. Navar. *c. 22. n. 79.* Abb. *in c. suggestum, n. 3. de decim.* Secundum largissimè, quia omnibus prodest, nulli obest, *c. tua nobis, de verb. signific.* faciunt ea, quæ dicit Rebuf. *in pract benef. tit. de differ. inter privileg. reser. & mand. n. 6.* Capy. *loc. cit.* nec Navar. est contrariæ opinionis, quia ibi loquitur non tempore Jubilæi, sed quòd confessarii præsentati non possunt absolvere à casibus episcopalibus, præcisè loquendo, imò *n. 255.* clarè tenet idem, nec valet ratio de limitata auctoritate, nam tunc temporis Confessarii habent illam à sum. Pont. extendenti ipsam limitatam potentiã in favorem animarũ. Vide Abb. *in c. Deus, qui, nu. 5. de pœn. & rem.* nam favor ampliat privilegium, quod supra vel extra jus in commune

conceditur, *l.* 1. *ff. ad munic. & l: vn. l.* 10. *C. de thesaur.* & Dyn. *in c. quod ob gratiam, n.* 8. *de reg. jur. lib.* 6. & hoc clarè patet per verba Jubilæi, ubi dicitur, ut assumant unum confessarium approbatum ab ordinario, qui possit absolvere, &c. ergo Papa solum requirit, ut sint approbati ad audiendas confessiones. facit quod Papa est fons totius jurisdictionis & auctoritatis Ecclesiæ. Sot. 4. *sent. dist.* 22. *q.* 2. *art.* 1. & hoc explicavit sanctissimus D. N. Papa Greg. XIV. in Jubilæo, de quo supra, ubi etiam in casibus tam locorum ordinariis, quam Sedi apostolicæ reservatis, &c. quamvis posset dici, prout dictum est *superius* § 5. *in fine*, sed melius dici potest, quod voluit tunc declarare lucidius, quod obscurius priùs dubitabatur. facit quod notat Panorm. *in c. olim, n.* 3. *de verb. sign.* quem videas. & Covar. *li.* 1. *c.* 10. *nu.* 11. *var. resol.* & novissimè sanctissimus dominus noster Clemens VIII. Pont. Max. in Jubilæo suo, de mense Februar. 2. 1592. videndus est etiam Dyn. *in c. quæ à jure, n.* 7. *de reg. jur. lib.* 6. & tex. clarus *in c. inter alia,* §: *ut igitur, de sent. excom.* & quod dicit Staph. per illum tex. *in c. de graduatis, fol.* 255. *in fin.* & Innoc. *in c. recepimus, n.* 4. *de privil.* & Navar. *in c. nullum,* 18. *quæst.* 2. *n.* 12. ubi habetur, principem velle præjudicare juri alterius, quando non est de illo, quod exprimit.

Ad septimum. Respondetur, Episcopum posse absolvere subditum suum, qui incurrit excommunicationem, tam si Episcopus est extra diœcesim suam, & excommunicatus intra, quam è contra, etiamsi ambo extrà & excommunicatio est, de quibus dixi *superius,* §. 1. Fel. *in c. cum inferior, col.* 2. *de major. & obed.* & ibi Abbas, Gom. *in c.* 2. §. *statuto, n.* 48. *de constit. lib.* 6. Similiter legatus extra legationem, *c. penult. de offic. deleg.* licet gl. *in c. novit, in ver. terminos, de offic. leg.* & glo. *in Clem.* 1. *de foro comp. in ver. jurisdictionem,* dicant oppositum, ratio est, quia Episcopus & Legatus extra territorium possunt quidquid est jurisdictionis voluntariæ, ut idem *ibidem,* sed hoc intellige, quando esset sine contradictorio judicio. Capy. *decis.* 203. *nu.* 16. Sed hæc intelliguntur, quando non requirit causæ cognitionem, quia aliàs non propter turbationem jurisdictionis alterius. Gemin. *in c.* 2. *ver: item quia, de constit. lib.* 6.

Ad Octavum. Dico primò, absolutionem non esse impendendam ei qui non vult desistere à peccato, *c. peccati venia, de reg. jur. lib.* 6. ratio est, quia non potest absolvi, qui adhuc vult permanere ligatus, ut usuratii, concubinarii, rancorem cordis dimittere nolentes, & propinquas peccatorum occasiones minimè relinquentes, Navar. *c.* 3. *n.* 5. *per totum, argum. c. cum ab omni specie mali, de vita, & honest. cleric.* & alia hujusmodi. Secundò meretricibus est deneganda absolutio, sed non confessio peccatorum, *c. quod quidam de pœnit. & remiss.* Tertiò, quia in alia confessione promiserunt restituere, & id efficere neglexerunt, & possunt, non sunt absolvendi secunda vice, ni priùs restituant, *c. peccatum, de reg. jur. in* 6. Cajet. *in sum. in ver. restitutio, c.* 6. *circa ultimum.* Navar. *c.* 17. *n.* 49. D. Anton. 2. *p. tit.* 2. *cap.* 8. & dicam *in ver. decima, inferius,* Quartò, qui non

est

est solvendo tempore confessionis, hac praxi est utendum, prout vidi uti quemdam Reverendissimum Archiepiscopum satis pium, & habetur *in c. ex par. il. primo, de ver. sig.* & ibi gl. *in ver. sufficiens*; vel det pignora, vel fidejussores, vel faciat aliquam scripturam, sive apocham confessario cum testibus sub alio colorato titulo, spondens se esse debitorem illi pro tanta pecuniæ quantitate, & hæc omnia ea prudentia, & grano salis, ut non detegatur directe peccatum, nisi ipse pœnitens hoc permitteret. Navar. *c. 26. n. 7. c. ad hæc*, & ibi glos. *in vers. sufficienti, de sent. excom.* Staph. *de lit. grat. fol. 292. n. 2.* vide Covar. *lib. 3. capitul. 3. n. 6. var. resol.*

Ad Nonum. Si loquitur de absolutione in foro judiciali, vide *c. à nobis, il. 2. de sent. excom.* Navar. *c. 26. n. 5. notab. 3.* Sylv. *in ver. absolutio, 3. n. 3.* qua poterit uti etiam in foro conscientiæ ex parte. Si loquimur de absolutione facienda ab Episcopo, vide *in Pontificali.* & si Episcopus absolverit aliquem ab excommunicatione sine satisfactione, valet absolutio, sed malè facit sic absolvendo. Innoc. *in capitulo cum ab Ecclesiarum, n. 6. de offic. ord.*

ADULTERIUM.

PRimo. Adulterium non committitur cum sponsa de futuro, sed solum cum conjugata de præsenti & etiam ante copulam, sive consummationem matrimonii, gloss. *in c. discretionem, in ver. reatum, de eo qui cognovit, &c.* Gloss. *in c. si verò, il primo, in ver. cum uxore, de sent. excom.* Covar. *de spons. p. 1. cap. 1. n. 8.* nec in primo casu tenetur quis confiteri circumstantiã adulterii. Idem *loc. cit. numero 13. & 14.* nec in secundo casu esset adulterium, nisi fuerit contractum cum circumstantiis requisitis à sacro Concil. Trid. *sess. 24. c. 1. de refor. matr.* nec incurruntur pœnæ impositæ contra adulteros. Covar. *ibidem nu. 14. vers. 5.* Secundo de clericorum adulterorum pœnis: vide Diaz. *pract. Crim. can. c. 79.* & Gril. *de pœn. omnif. coit. c. 6.* Tertiò nonnulla contra adulteros optime sancivit Sixtus V. in quadam Bulla, quam videas, licet sit urbana tantum. Quartò adulterium qua pœna puniatur in muliere confessã in judicio, Grammat. *decis. 31. per totam*, ubi fustigandam & in monasterium detrudendam esse dicit, & ita decisum fuisse. Quintò, & an procedi possit ex officio in hoc delicto; vide eund. *ibid.* & Maran. *6. p. tit. 1. n. 170. &c. 1. de off. ord. &c. sollicitatores, de pœn. d. 1.* Diaz. *loc. cit.* & Affli. *decis. 36.* & And. de Iser. *in const. regni.* Humanitatem, Romanum *in sing. 654.* Hispanum *in pract. crim. contra clericos, c. 9.* Sextò probatur verisimiliter per personas domesticas, Jason *in l. non dubium, num. 32. 34. & 35. de leg.* Septimò: in adulterio vero admittitur transactio, secus verò in præsumpto, & est quando præmissa trina protestatione, repetitur aliquis alloqui mulierem. Jason *in lib. transigere numero 5. de transact.* Octavò de jure Codic. est pœna sanguinis, idem *ibidem numero quinto.* Nonò, ob adulterium mulier perdit dotem, & bona paraphernalia, & applicantur marito, *l. consensu de repud.* Jason *in rub. de judic. n. 4.* Gloss. *in c. plerumque, de donat. inter vir. & uxor. in ver. dotalium.*

EDICTA

EDICTA, SEU STATVTA.

SUMMARIUM.

1 *An Episcopus possit facere edicta in sua diœcesi.*
2 *An addere pœnas ultra jus commune in illis.*
3 *An durent post mortem ipsius.*
4 *An capitulum possit facere statuta sine Episcopo.*

AD Primum. Respondetur affirmativè, *c. ut animarum, de constit. lib. 6. c. si quis, de major. & obed.* modò non sint contra jus canonicum. Gom. *in d. c. ut animarum, §. statuto, n.* 1. Fel. *in d. c. si quis,* Bart. *in l.* 1. *ff. quod quisque juris, & in l. omnes populi, ff. de just. & jure.* sed non potest facere edicta contra legem superioris, Gom. *loc. cit. n.* 25. sed potest contra jus civile disponere. idem *ibidem num.* 29. Abbas *in c. cum venerabilis, de judic.*

Ad secundum. Respondetur affirmativè, dicendo primò, quòd potest ponere pœnam ipso jure in edictis, ubi jus imponeret aliam pœnam non ipso jure, ita Gemin. *ibidem notab. tertio.* Abbas *in c. cùm contingat, in columna secunda, de foro comp.* Secundò potest imponere pœnam privationis beneficii, ipso jure, clericis non residentibus. Card. *in c. ex tunc de cler. non resid.* Gom. *ubi supra n.* 16. Selva *tract. de benef.* 4. *p. q.* 5. *n.* 3. Gl. *in Clem.* 2. *in ver. tolli, de elect.* & gl. *in Clem.* 2. *in ver. ut ii de ætat. & qual.* ratio est: quia Episcopi suis edictis seu constitutionibus possunt adjuvare jus canonicum, imponendo pœnam, ubi non est, Joan. Andr. *in c. fin.* Archiep. Diaz. *in pract. crim. can: cap.* 136. Rebuf. *in pract. benef. tit. de dispensation. de non resid. numero* 12. 13. & 14. ubi plus dicit, quòd tunc possunt privari, etiam sine monitione præcedenti. Panor. *in c. quoniam. §. porrò, col.* 4. *ver. advertendum tamen, ut lit. non contest.* Rebuf. *tit. dispen. de non resid. n.* 25. Tertiò potest facere edicta ad reformationem morum subditorum, & imponere pœnas, licet non contra jus canonicum, ut dictum est, sed præter. i. ampliando pœnam, & augere, Abb. *in c. licet, in* 2. *notab. de offic. ord.* & hoc non solum ab Ecclesiasticis, sed etiam à laicis judicibus posse fieri, ex multis Doct. tenet Covar. *de sponsi.* 1. *p. c.* 6. *§. ult. n.* 17. Quartò potest factum à jure damnatum prohibere sub certa pœna, Abb. *in c. à nobis, de sent. excom.* Fel. *in d. c. si quis, col.* 5. & sic potest facere edictum fulminans excommunicationem ipso jure contra tenentes beneficia sine titulo. Gom. *loc. cit. n.* 18. Quintò potest facere edicta etiam contra laicos, concernentia salutem animarum, quia ratione animæ laici subsunt Episcoporũ statutis, Gom. *ibi. n.* 13. Firman. *tract. de Epis. fol.* 28. quia Episcopus habet jurisdictionem in laicos, non solum de jure, sed ex prorogatione, Boer. *decis.* 69. *n.* 4. & sic potest prohibere ludos nocte Nativitatis Domini, & ne accedant ad monasterium monialium, ut solvant decimas, & alia hujusmodi, ut patet in verb. moniales, & per universalem consuetudinem. Sextò quoties jure reperitur aliqua pœna, quæ propter diversitatem opinionum est dubia, tunc potest Episcopus illam imponere ipso jure. Jo. de Anan. *in c. frater-*

fraternitatis, col. pen. de hæret. Jo. And. *in c. ex parte, il tertio. de verb. sign.* Gom. *loc. cit. n. 26.* Septimò non potest imponere pœnam ipso jure, quæ afflictionem corporis, vel infamiam induceret. Bald. *in l. programma, n. 2. C. comm. epist.* & Salic. *ibidem,* Gom. *loc. cit.* cum propter periculum irregularitatis per *c. 2. de homic. lib. 6. & clem. unica. eodem tit.* tum etiã, quia Episcopus non debet esse percussor, 1. *ad Tim. c. 3.* & lingua, & scripto potest causari percussio, D Augustin. *super Psalmum. 63.* Octavò, non potest statuere & imponere pœnam in subditos extra suum territorium, nec illi si contraveniant, dictam pœnam incurrerent, etiamsi fuerit pœna excommunicationis, Abb. *in c. quæ in Ecclesiarum, de const. in principio, & in rub. de foro comp. & in c. 1. de raptor.* Alex. *in consi. 3. in p. vol.* Gom. *loc. cit. n. 39. & 40. ratio assignatur in dict. c. 2. de de constit. lib. 6.* Navar. *cap. 27. n. 272.* Covar. *in c. alma mater. 1. p. §. 10. n. 3 de sent. excom. lib. 6. l. ult. ff. de jurisdictio. om. jud.* quidquid dicat Bart. *in l. cunctos populos, n. 45. de sum. Trin. & fide cat.* Nonò, hinc fit Episcopum, vel Archiepiscopum, Primatem, vel Patriarcham, posse incidere in pœnam impositã in statuto sive edicto alicujus Episcopi, vel Vicarii ipsius generalis, quia delinquens in illius territorio, incurrit pœnas, Abb. *in c. cum inferior, de major. & obed.* Gõ. *loc. cit. n. 53.* & dicam. *in ver. excommunicatio, de cau. mater. §. 1. dub. 1.* ubi etiam poteris videre si statutũ Episcopi se extendit in loco exempto. Soc. *consi. 77. incipiente, Consiliis nostris col. 3. ver. 1. in 1. vol.* vide Asflict. *in const. Homines, num. 8.* Decimò potest facere edicta, constitutiones, ne clerici accedant ad tribunalia laicorum, *c. 1. & ult. de postul.* imò nec clerici possent deponere testimonium veritatis in judicio laicali, sine licentia sui ordinarii, tam in criminalibus, quam in civilibus, *c. monachi, c. de præsentium, & ibi gloss. in verb. defensor, 16. quæst. 1. cap. 2. de postul. c. non magnopere. ne cler. vel mon.* Foll. *in frag. n. 9.* Guid. Pap. *quæst. 65.* ubi dicit, quod nec de licentia sui ordinarii, si agitur criminaliter. Inn. *in cap. 1. numero 2. de jur. calum.* Vndecimò ne clerici agant negotia, seu procurationes laicotum, *cap. sacerdotibus, ne cler. vel mon. cap. fin de vit. & honest. cler.* Diaz. *in pract. crim. can. cap. 52.* Duodecimò ut deferant habitum clericalem, & tonsuram. Concil. Trid. *sess. 14. c. 6. de refor.* Diaz, *loc. cit. c. 69. c. non licet, il. 2, 23. dist. c. nullas 11. q. 4.* Ang. *in ver. cler. 4. §. 1. & 8.* Sylv. *in ver. excomm. 6. n. 4. gl. in Clem. fi. in ver. videatur, de vit. & honest. cler.* adest Bulla Sixti V. circa habitum, & qualitatẽ ipsius, quam videas. Decimotertiò ne deferant arma; *cap. in audientia, de sentent. excomm. c. clerici. 23, q. 8. c. ex multa. §. de cler. de voto, & vot. redem. c. non. pia, & ibid. Clem. prima de vit. & honest. cler.* Ang. *in ver. clericus, 10. in initio.* Decimoquartò ne descendat à diœcesi sine licentia ordinarii. *cap. querente. de cler. non resid.* Selva *tract. de benef. 4. p. quæst. 4. 5. & 6.* Concilium Tridentinum *sess. 23. cap. 6. & 11. de refor.* Decimoquintò ne cohabitent cum mulieribus suspectis *in toto tit. de cohabit. cler. & mul.* & Concilium Tridentinum. *sess. 25. c. 14. de refor.* Decimosextò ne

ludant ludis prohibitis, nec illorum sint inspectores, *cap. cler. il 2. de vit. & honest. cler.* Conc. Trid. *sess. 22. c. 1. de refor.* Decimoseptimò ne exerceant aliquam artem sordidam, *Clem. 1. de vit. & honest. cler.* Decimooctavò ut intersint horis canonicis, & divinis officiis *c. dolentes de de celeb. miss. c. fi. 92. dist.* Nava. *tract. de hor. can. c. 5. n. 3. 11. & 14.* Sylvest. *in ver. 6. hora can. §. 1. ver. 4. Clem. 1. de celebr. miss.* & hoc sub pœna subtractionis fructuum, & quotidianarum distributionum, *c. unico, de cler. non resid. lib. 6.* & dicam inferius *in ver. distributiones quotidianæ.* Decimononò ne parochus absit à sua parochia ultra biduum sub pœna pecuniaria mediæ decimæ, & non ultra, declarat sac. Congreg. 37. & si ultra, sub pœnis prout dicam *in ver. privatio, inferius.* & Conc. Trid. *sess. 23. c. 1. §. eadem omnino, de refor.* Vigesimò ne clerici peregrinentur. Abb. *in c. scripturæ, n. 9. de voto:* & alia multa prout in jure, sacris Conciliis, & diversis aliis constitutionibus. Vigesimoprimò ut clerici servent antiquos canones de vestitu, gestu, & aliis, de eorum moribus disponentes. Nav. *in c. statuimus, n. 29. 1. q. 3.* & præcipuè ne fulgidis & claris vestibus utantur, *c. primo, 21. q. 4.* Vigesimosecundò potest prohibere, ut laici, non gaudentes privilegio clericali, non portent tonsuram, vel habitum clericalem, Gemi. *in c. unico de bigam. lib. 6.* per illum tex.

Ad tertium. Gl. *in d. c. 2. §. statuto de const. lib. 6.* dicit quòd sunt perpetua, sicut statuta legatorum, *c. fi. de de offi. leg.* & gl. *ibi in vers. statuta,* tamen opinio contraria est verior, nempe quòd sint temporanea, & exspirent morte conditoris, Bal. & Doct. *in l. 5. ff. de verb. obl.* Firm. *tract. de Episcopo. 2. p. lib. 4. q. 15. fol. 26.* Aret. *in §. aliæ, Instit. de actio.* Gome. *loc. cit. à n. 62. usque ad 66.* secus in statutis legatorum, quæ sunt perpetua; ratio diversitatis est: quia in Legato reperitur in jure cautum, in Episcopo verò non; fallit tamen hoc in edictis, seu ordinationibus factis in Synodo provinciali, vel diœcesana, quæ sunt perpetua, & non expirant morte conditoris, Navarr. *c. 27. n. 2.* ratio est, quia tūc illa edicta seu constitutiones, habent vim legis, & canonis, & ita intelligitur etiam de excommunicatione, & casibus reservatis in synodo provinciali, vel diœcesana, quia sunt perpetui, imò Abb. *in c. à nobis, n. 12.* dicit esse perpetua, etiam facta à capitulo sede vacante, nisi revocentur per Episcopum de novo creatum, hoc intellige exceptis synodalibus, prout suprà, ita Socrates *in historia tripartita lib. 1. c. 9.* ubi inter cætera ab Imperatore Constantino sancita in favorem authoritatis Episcopalis asseruit decrevisse inconvertibiles esse terminos synodales. Host. *in sum. tit. de offi. leg. §. quid pertinet, num. 3.* cum aliis, *& §. in quo loco.*

Ad quartum. Respondetur quòd non in tangentibus statum Ecclesiæ generalem, vel tangunt Episcopum, alàs potest. Gloss. *in c. 2. §. cæterum, in ver. statutum, de verb. sign. lib. 6.* Gem. *in c. cum in tua. notab. 2. de consuetud. l. 6.*

ASSA

ASSASSINI.

ASsassini hodie non reperiuntur in illo genere, in quo disponitur *in c. 1. de hom. lib. 6.* quia illi erant soli, & quidam Pagani, seu Sarraceni, seu Agareni, sub ditione, vel vasalli cujusdam domini, qui sibi persuadebant, esse opus notabile, & heroicum interficere aliquem, quem suus dominus juberet, quomodocumque & quacumque causa ille imperaret, imò non esse omittendum id, quamvis opus esset interfici, Navar. *c. 27. num.* 135. Sylvest. *in ver. assassinus, n.* 1. Ang. *eo verb. initio.* Armil. *in eo ver. & in verb. excommunicatio, c.* 67. Gloss. *in d. c.* 1. *in verb. formidantem.* Hinc fit hodie, non incurri pœnas impositas in illo c. nisi pœnas temporales, prout narratur in tex. ista est communis sententia. Covar. *lib. 2. c. 20. n. 9. ver.* 1. 2. *& 3. var. resolut.* Sylv. *loc. cit. n.* 2. §. 1. Navar. *loc. cit.* Capyc. *decis.* 112. *&* 155. *n.* 22. *&* 25. quidquid dicant Angel. *loc. cit.* & Diaz. *in pract. crim. can. c.* 91. nisi intelligant assassinum in proprio significato, *ut sup.* & Ægid. Bos. *in tit. de mand. ad homic. n.* 16. Aret. *cons.* 164. *col.* 16. Joan. And. & Arch. *in illo cap.* & hoc nomen assassinum non reperitur expressum in jure civili, cùm non sit nomen artis, sed per æquipollens sit mentio de eo, *l. non solum.* §. *si mandato. ff. de injur.* Bald. *in l. non ideo minus, C. de accusat.* Vide Gem. *in d. cap.* & Joan. And. *in c. pen. de cler. non resid.*

Hinc oriuntur multæ decisiones in praxi. Prima, quòd hodie quoad pœnas temporales omnis qui occidit, vel mandat occidi aliquem mediante pecunia, est assassinus. Capyc. & Covar. *locis citatis,* Gram. *cons.* 1. *de for. jur. n.* 59. Secunda, quòd persona occisa sit Christiana, Bos. *ubi supra, n.* 22. & Covar. *ubi supr. ver.* 30. secus si esset Sarracenus, Paganus, vel infidelis. Sylvest. *loc. cit. n.* 2. Tertia, quòd cõprehendit quinque genera personarum mandantis, etiam non secuto effectu, modò deventum sit saltem ad actum insultus, vel vulnerum, Boss. *ibi n.* 16. *in fine,* receptantis, defendentis, & occultantis. Dubium est de quinto, scilicet de mandatario, an incurrat dictas pœnas. Bos. *loc. cit. n.* 13. tenet partem affirmativam, Covar. *lib. 2. n.* 9. idem affirmat, licet dubitet, & Bos. *tit. de foro comp. n.* 141. *& de offic. corrupt. n.* 7. & Cov. *loc. cit. c.* 20. *n.* 10. *& in Clem. si furiosus, 2. p.* §. 1. *n.* 9. Diaz. *loc. cit.* ex Aret. *in cons.* 165. & aliis Doct. tenet partem negativam, quam etiam sequuntur Armil. & Sylv. *loc. cit.* Ego autem in foro interiori censerem cum secunda opinione: ratio est communissima, quia in pœnalibus non facienda est extensio, & etiam in foro ecclesiastico; secus verò in foro laicali, quia ibi mandatarius, acceptâ pecuniâ, vel promissâ, vel alio quopiam nomine dicitur assassinus. Capyc. *loc. cit. n.* 22. Novell. *de jur. prot. in* § 2. *n.* 90. Vinc. de Franc. *decis.* 176. *per totam.* extat Pragmatica regni edita à Cardinale Grãvellano Prorege, exordiens (I nogni tempo.) faciunt quæ dicuntur per Gl. *in c. sciant cuncti, in ver. alios,* & Gem. *ibi ver. nota istam glossam, de electio, lib. 6.* & quæ dicuntur in *c. felicis, de pœnis, lib. 6.* ubi explicat, & an quando mandatarius incurrat pœnas, & qui per

alium facit. Quarta, quòd clericus delinquens in hoc delicto, est ipso facto degradatus, adeò quòd judices seculares possint pocedere contra eum sicut contra laicos, absque ulla degradatione, Diaz *loco citato*, Covar. *pract. q. c. 32. n. 2. v. 1.* in ult. Foller. *in addit. ad Maran. 4. p. dist. 2. n. 76.* Paris de Put. *de syndic. in ver. inquisitio, capit. 3. n. 13. & 14.* Covar. *loc. citat. ver. 1. in ult. qu. 4. p.* & Boss. *de foro comp. n. 142.* Boer. *decis. 69. n. 18.* Guid. Pap. *q. 138. num. 5.* & Boer. *decis. 69. n. 17.* ubi dicit, quòd clericus ter monitus, etiam trina monitione generali, & incedens in habitu, & tonsura, habetur pro degradato, quod congruit cũ sacro Concil. Trident. *sess. 14. capitulo 6. de reformat.* ubi dicit sufficere monitionem per edictum publicum. Quinta, quòd clericus mandans, vel faciens unum ex actibus prædictis non excommunicatur, nec incurrit aliquas censuras, *capit. quærenti de verb. signif.* ista conclusio patet ex dictis, & ex omnibus Doctoribus citatis, & ex Covar. *loco cit. vers. secundo*, & Cajet. *in sum. verb. assassinus, & in ver. excommunicatio, capitul. 16.* de aliis concomitantibus vel requisitis in assassinio, vide Boss. & Capyc. & alios criminalistas.

Dubitatur quando fiunt banna, seu indulta, ut quicunque interfecerit talem assassinum, vel diffidatum vel bannitum, vel contumacem, gaudeat indulto vitæ, vel lucretur tantùm præmii, utrùm hoc liceat sine peccato mortali? Respondetur ex Sylvest. *loc. cit. n. 3. §. 3. & in ver. homicidium, 1. n. 7. §. 3.* Angel. *loc. cit. numero 2.* ubi dicunt, quod sic, modò fiat zelo justitiæ, Sot. *lib. 5. q. 1. art. 3. de just. & jure.* non satis videtur admittere hoc, immo reprehendit Venetos hoc facientes, tamen concludit, quòd ubi fieret purgata conscientia sine odio, & iracundia, licere, vide Fel. *in cap. quæ in Ecclesiarum n. 14. de constit.* Boss. *de for. comp. n. 142, & tit. de hæret. n. 29. & tit. de defen. reorum, n. 63.* idem affirmat & loquitur de jure canonico, fundans se *in d. c. 1. de homic. lib. 6.* ergo licet in conscientia, quia jus canonicum præcipuè respicit animam, *c. ut animarum, de constit. lib. 6.* & ibi Gozad. *n. 2.* & infrà, vide Bal. *in margarita.* Inn. *in ver. excommunicatus*, ubi dicit, quod licet occidere bannitum, etiam extra territorium bannientis, Abb. *in c. 1. n. 9. de conversi. infidel.* vide Covar. *libro 5. §. homicidium, vers. sed nunquid.*

AUCTORITAS.

PRimò. Auctoritas sacræ Scripturæ potest alegari in causis *c. 1.* & ibi, Gem. *de rejudic lib. 6.* Secundò, an idem sit de auctoritatibus Sanctorum, vide Iser. *in prælud. feud. 46. & 47.* & Innoc. *in c. cum venerabilis, n. 6. de except.* Tertiò, de dictis Theologorum, Philosophorum, Historicorum, Proverbiorum, & aliorũ rationabilium dictorum, vide Melchior. Canum *tract. de loc. Theol.* & Doctores *in l. 1. si certũ petatur* Bar. *ibi à n. 13.* & infrà Abb. *in c. estote, n. 2. de neg. iur.* Fel. *in c. 2. char. ultima, de rescrip. & in c. ne innitaris, de constit.* Barbat. *in c. 1. de offic. deleg.* Anani. *cons. 62.* Præpos. *in proœm. decr.* Quartò, & an possit allegari ratio naturalis, & sufficiat? vide Abb. *in c. ratio*

nulla

nulla n.1. de præb. & Abb. *in c. cum Apostolica, n.4.* de his, *quæ fiunt à prælat. & c. & in c. certificari, n.3. de sepul. & cap. penul. de secun. nup. in c. cùm sint, n.2. de decimis.* tex. glos. *in ver quam rationis*, & Gemi. *in c. ex eo initio, de elect. lib.6.* Quantò, an auctoritas alicujus Sancti prævaleat auctoritati summi Pont. vide eundem *in c. tua num.5.* de decimis. similiter si aliquis gratis hæsitaret de Illustrissimorum Cardinalium sacrarum Congregationum in urbe declarationibus, quod an idem robur habeant, sicut si à sum. Pontifice fuissent emanatæ. Respondetur *ex eadem sac. Congregatione, n.264. in meis*; in hæc verba. Eadem ratio habenda est de his, quæ scribuntur à Cardinalibus sac. Congregationis sac. Concil. Trid. nomine ipsius Congregationis.

ABBAS.

PRimò. Quos ordines possit conferre, & an literas dimissorias ad ordines ecclesiasticos concedere clericis secularibus sibi subditis, vide Concil. Trident. *sess.23. c.10 de refor.* & declarat sac. Congreg.190. ubi quoad secundam partem respondetur negativè: his verbis, Nulli Abbati, quibusvis munito privilegiis, liceat condere dimissorias cuiquam clericò seculari, similiter nec Præposito, licèt sit Cardinalis, similiter nec Archipresbytero exempto, quamvis habeat jurisdictionem ordinariam; ita fuit responsum à sacr. Congregat. declration. 513. in facto Illustriss. Cardinalis Medices, Præpositi terræ Prati, & pro Archipresbytero terræ Colli, & pro Archiepiscopo Barēsi, de mēse Junii 1576. & 1579. Secūdò, quòd hoc intelligi debet de veris Abbatibus, non de Commēdatariis, ut dixi *in ver. beneficium, ver. commenda.* ut sunt Abbates habentes usum deferendi baculum, & mitram, ut sunt Abbates Benedictini, & alii, prout *in c. cum contingat, de ætat. & qualit. c.1. & 2. 25. d. & c. Abbates, de priv. l. 6.* Summa sacr. *de sacra ord. q.243.* Syl. *in ver. ordo, 3. §.2.* ubi habetur, posse eos dare omnes quatuor ordines minores, Host. *in d. c.* Tertiò, hoc limita, quòd non possunt conferre hos ordines secularibus, Episcopi jurisdictioni subjectis, nisi accedat ipsius consensus, & à dicto Episcopo literas dimissorias quisque impetraverit. *in sacr. Cong. declar.* 290. & 470. ex qua declarat. deducitur. Primò, posse Episcopum dare hos ordines minores, & alios clericis secularibus subjectis jurisdictioni ipsorum Abbatum, & non jurisdictioni dicti Episcopi, modò sint intra ambitum suæ diœcesis sine dimissoriis ipsorum Abbatum. Secundò, deducitur *ex dicto c.10.* Conc. Trid. quòd nec possunt dare ipsi Abbates hos ordines minores regularibus, qui ipsis subditi non sint, nisi accedant literæ dimissoriales suorum prælatorum, & consensus Episcopi, juxta cujus diœcesim Abbas ordinator commoratur. Quartò, an sufficiat ut solùm sint electi ad hoc, ut possint conferre præscriptos ordines, & quòd non sint benedicti, vel consecrati, prout in Pontificali, & videtur quòd sic, & per ea, quæ dicit Selv. *tract. de benef. p.p, q.2. n.54.* & facit *c.1.* & ibi gl. *in ver. alia de supp. negl. pral.* & quia hodie, aut ratò, aut nunquam isti Abbates benedicuntur, aut consecrantur,

crantur, sed eliguntur à suis monachis, vide Rebuf. *in pract. tit. de cler. & à quib. & quomodo creentur, n.* 14. *&* 16. ubi etiam habetur, quòd à quibusdam Prioribus possit conferri prima tonsura. Sed requiritur, ut saltem sit professus expressè, aliàs non potest eligi in Abbatem. Abb. *in c. cùm in magistrum, n.* 1. *&* 2. *de elect. & in c. meminimus, n.* 1. *&* 7. *de accus.* dicit melius, *& in c. cùm inter monasterium, n.* 25. *de re jud.* Quintò, nec ipsi Abbates possunt conferre hos ordines; nisi in suis monasteriis. *c. quoniã* 69. *dist.* nec suis monachis, nisi professis. Rebuf. *loc. cit. fol.* 9. *n.* 71. Innoc. *in c.* 1. *n* 2. *&* 3. *de cler. pereg. & in d. c.* 1. *n.* 2. *de sup. neg. præl.* Sextò, quòd clerici subditi jurisdictioni ipsorum Abbatũ quando mittuntur ordinandi ad alios Episcopos, debent habere dimissorias ab Episcopo illius diœcesis, intra cujus limites commorantur, nec inquiritur consensus ipsorum Abbatum, ita Concil. Trid. *loc. cit.* Septimò, ipsi Abbates possunt ordinare suos, quoad minores, sine Episcopi examinatione. Navar. *cons.* 14. *de privil.*

ALIENATIO RERUM ECCLESIASTICARUM.

SUMMARIUM.

1. *Quot modis liceat fieri alienationem rerum Ecclesiasticarum, & quid alienationis verbo contineatur.*
2. *An liceat fieri locationes ad longum tempus, i. ultra triennium.*
3. *Quæ dicantur solita concedi ad longum tempus.*
4. *Quando fiunt ultra triennium in solitis quæ requirantur conditiones, & circumstantiæ.*
5. *An hoc sit verum in rebus parvis.*
6. *Quæ dicantur res parvæ quantitatis.*
7. *Quæ dispositа circa hoc sint à sac. Conc. Trid.*
8. *Quot nam modis est recepta Extravagans Pauli II. de quæ inferiùs.*
9. *An aliqui habeant hanc facultatem alienandi ad longum tempus.*
10. *Quando dubitatur de adhibitis solennitatibus, quid agendum.*
11. *Quot personæ peritæ ad procedendum quoad rem Ecclesiæ alienandam requiruntur.*

AD Primum. Vide gl. *in sum.* 12. Syl. *in ver. alienatio,* §. 1. Covar. *lib.* 1. *c.* 17. *n.* 2. *var. resol.* quia hodie omnes illæ causæ, etiam per Bullam Pauli II, quæ incipit, Ambitiosè, sub tit. de reb. non Eccles. alien. admittuntur per illa verba in casibus à jure permissis, ita Covar. *loc. cit. n.* 4. *concl.* 1. tamen quidquid sit de jure communi, de stylo non venduntur, etiam in istis casibus immobilia Ecclesiæ, neque mobilia pretiosa absque summi Pont. concessione, vide Novel. *de jure protin.* §. 4. *nu.* 78. & Affl. *decis.* 386. *n.* 6. ita Gomes. *tract. de brevibus, nu.* 22. & Stap. *de lit. gra. fol.* 352. *n.* 1. ubi dicunt, quòd hoc conceditur per breve, etiam in dispositione, *c. terrulas.* 12. *q.* 2. *& in authen. item prædium, C. de sacrosan. Eccl. & gl. in ver. onere, in l. si fundus, ff. de reb. cor.* & sic cessant hodie, quæ dicuntur in *d. gl. in sum.* 12. *q. & c. nulli, de reb. Eccl. non alien. & in l. jubemus,* §. œconomus, *C. de sacrosan. Eccl.* Cov. *loc. cit. c.* 16. *n.* 7. Quoad secundum, vide Abb. *in c. nulli, n.* 13. *&* 14. *de*

14. *de reb. Eccl. non alien.* sed potest Episcopus de communi usu alienare rem modici valoris sine decreto, & quæ potius damno quàm utilitati sit Ecclesiæ, Gl. in *c.1.1.q.7.* Bertach. *tract. de Epis.4.p.q.36.n.* 10. Rod. *tract. de reb. non alien. q.13. à n.1.*

Ad Secundum. Respondètur, quòd dicta Bulla non prohibet fieri locationes ad longum tempus, in rebus solitis sic locari, ut patet intuenti, nec in casibus à jure permissis. Navar. *c.27.n.149.* nec in rebus immobilibus minimis, Cajet. *in sum. in ver. excomm. c.75.*

Ad Tertium. Sit prima conclusio, illæ possunt concedi ad longum tempus, de quib. disponitur *in c. ad aures, hoc tit.* & res minus utiles & onerosæ Ecclesiæ, quæ plus incommoditatis afferunt, quàm utilitatis, possunt alienari etiam sine aliqua solennitate, *c. ut super, §. possessiones, hoc tit.* Guid. Pap. *q.156.* & res steriles Ecclesiæ possunt alienari absque decreto. Capyc. *decis.113. num.2. & 3.* Navar. *tract. de reb. Eccl. non alien. nu.3. d.c. terrulas.* Secunda concl. quando res esset bis locata, vel concessa lapsu quadraginta annorum, dicitur solita concedi ad longum tempus. Clarus *in §. feudum, q.13.* Imola *in c. fi. de loc. & cond. in ult. charta, ver. quando autem dicatur.* Jason. *in l.2.n.209. ver. per ista concludo, de jure emphyt.* Tertia conclusio; etiamsi semel sine solemnitate, ratio est, quia res semel facta alienabilis, durat perpetuo alienabilis, *l. pater filium, §.15. ff. deleg.2.* Capyc. *decis.156. num.22.* etenim de aliis rebus nunquam datis, vel concessis, quando adest consuetudo dandi rem Ecclesiæ sine solemnitate, quia valet consuetudo sine solemnitate, in utilitatem Ecclesiæ, Paris. *cons.101.n.3. lib.1.* Crav. *cons.151. in prin.* Dec. *cons.341. n.12. in fine.* & quòd ista consuetudo valeat, quòd adhibeantur solennitates juris; vide Syl. *loc. cit. §.13.* Roch. de Cur. *in repet. cap. fi. de consuetud. fol.23.* Navar. *loc. cit.* Boer. *decis.1. num.20.* & licet Dec. *in c.1. hoc tit.* dicat talem consuetudinem non prævalere, hoc tamen intelligitur, quando omne jus Ecclesiæ alienatur, nihil ipsi remanens, Ruinus *cons.41.n.36.* Covar. *loc. cit. c.17. num.4.* Quarta conclusio; si fuerit alienata res Ecclesiæ sine solemnitate juris, & dicta alienatio tendit in evidentem Ecclesiæ utilitatem, valet dicta alienatio, Jason *in l. jusjurandum, §. pupillus, columna fi. ff. de jurejur.* Abb. *in c. causam, colum. penul. in fine, de jud.* Maran. *4.p.dist.16. num.46.* Goz. *in c. si annum, §. si verò, n.24. de jud. lib.6.* Capy. *loc. cit. num.4.* Boer. *decis.144.* Addit ad dec. Rotæ. 156. Abb. *in c.1. de his, quæ fi. à præl. fi. con. Cap.* & Guid. Pap. *q.159. & seq. & ibi addit. in q.151.* imò Ecclesia potest compellere emptorem, vel locatorem, vel emphyteutam, vel stet contractui, etiamsi in eo non intervenerint solemnitates debitæ. Tiraq. *de retract convent. in fine, n.150. juxta finem,* Vinc. de Franc. *decis.35.n.138. & 139.* Quinta conclusio, hoc extenditur etiam ad mobilia pretiosa; patet initio dictæ Extravagantis, & ratio est, quia mobilia Ecclesiæ pretiosa, censentur immobilia. Panor. *in c.1. de his quæ fiunt à præl.* &c. Sylvest. *loc. cit. num.9. §.10.* Tiraq. *loc. cit. §.1. gl.7. n.99.* Sexta conclusio, hoc extenditur ad annuos census, seu reditus, *in Clem. Exivi, in §. quia igitur, verſic. cumque annui reditus;*

ratio

ratio est, quia isti annui reditus inter immobilia numerantur. Septima conclusio, hoc extenditur etiam ad pecuniam quæ est in banchis, Tiraquel. *de utroque retract. gl. 6. num. 1.* Foll. *prac. crim. fol. 62. num. 1. & fol. 108. num. 113.* sed hoc debet intelligi, quando illa pecunia reservata in blanchis, esset deputata ad emenda bona immobilia. Tiraquel. *loc. cit. gl. 7. n. 105. & 112.* & an idem sit de pecunia redacta ex venditione rei immobilis, utrumque tenet Tiraq. *loc. cit. n. 3.* sed tutius mihi videtur esse ejusdem naturæ, cujus res erat, ex cujus venditione confecta est, Sylvest. *loc. cit. n. 7. §. 8. ver. 1.* licet Boer. *decis. 209.* teneat oppositum, nempe dictam pecuniam esse numerandam inter mobilia. Octava conclusio, hoc fallit, primò in censibus, sive annuis reditibus, qui extinguuntur cum persona, nam habent symbolum mobilium. Abb. *in cons. 13. col. 3. lib. 2.* Gomes. *in q. 1. col. 3. de trien. possess.* Nona conclusio, fallit in locatione facta ultra triennium, quia remanent valida solùm quoad triennium, Covar. *loc. cit. c. 16. n. 5.* & ita dicit esse in praxi Bal. *in auth. si quas ruinas, C. de sac. sanct. Eccl.* Imola *in c. ex parte de feud. col. penult.* Alex. *cons. 38.* facit *c. utile, per reg. jur. in 6.* Decima conclusio, fallit in fructibus, & reditibus ecclesiasticis, quia locationes istorum non videntur prohiberi per dictam Extravag. *ultra triennium*, Covar. *loc. cit. num. 6. §. 6.* quamvis Boer. *decis. 224. num. 2.* idem censeat in fructibus, & ita passim servetur in praxi. Vide Panorm. *in c. vestram, de locat.* & Rodoan. *de reb. Eccl. non alien. q. 17. n. 9.* Navar. *de spoliis*, §. 4. negare videtur etiam de usufructu, *in. 1.* Imol. *in cons. 11. de reb. Eccl. non alien.* id negat etiam de fructibus pensionis. Undecima conclusio, non potest fieri locatio ad sex vel novem annos, cum hac clausula, ut tot sint locationes, quot triennia, & finito triennio, tunc censeatur facta nova locatio. Covar. *loc. cit. num. 4. versi. 1.* Card. *in Clem. 1. hoc tit. §. fi. q. ult.* Lapus *alleg. 12.* Anchar. *cons. 75.* adest ratio. quia evidentissime posset quis committere fraudem contra dictam extravagantem. Duodecima conclusio, licet prohibeantur locationes ad longum tempus, & alienationes, non tamen hypothecatio ex magna Ecclesiæ utilitate, præmissa tamen canonica solennitate, Covar. *loc. cit. n. 7.* sed Iser. *in rub. per quos fiat investitura. num. 2.* dicit quod prohibita alienatione, prohibetur etiam pignorum ablatio. Decima tertia conclusio; Prælatus successor tenetur stare locationi factæ à prædecessore suo, quando locavit nomine Ecclesiæ, secus si nomine proprio, ut quia fructus pertinebant ad ipsum prælatum. Covar. *loc. cit. c. 15. n. ult.* Vinc. de Franc. *decis. 163. n. 8, 14. & 15.* facit *c. quia de judic. & ibi gloss. c. significasti, de rescri.* & ibi gl. *in ver. viveret, gl. in c. dilecti filii, in ver. contra, de for. compet. c. is qui in jus. de reg. lib. 6.* Gom. *in c. 1. n. 64. de constit. lib. 6.* Dec. Rot. 29. *de procur. in novis*, Gomes. *in q. 62 de ann. possess.* Addit. 2. *decis. 18. de rescrip.* ubi habetur, an & quando teneatur & conveniatur successor prælatus pro prædecessore, & quando successor posset uti jure prædecessoris, vide Boer, *decis. 204. numer. 48. & decis. 224. numer. 3.*

&

& decis. 58. *n.* 9. hoc fallit in casu, de quo *in ver. Episcopus, n.* 16. & Affli. *decis.* 101. & an idem sit de uxore, circa locationem factam à viro, casu soluti matrimonii, vide Covar. *lib.* 2. *c.* 14. *n.* 5. *var. resol.* vide Bal. *in margar.* Innoc. *in ver prælatus.* Decima quarta conclusio, potest fieri locatio rei Ecclesiæ per novem annos, in casu, de quo Covar. *loc. cit. cap.* 16. *versic.* 3.

Ad Quartum. Habetur ex Panor. *in c. primo, de his, quæ fi. à præl. & c. & in c. tua, & in c. cum Apostolica, & in c. nulli, de reb. Eccl. non alien.* & ibi Doct. ubi in summa habes, quod ista debent concurrere ad solemnitatem contractus hujusmodi. Primum tractatus clericorum ad sonum campanellæ. Secundò consensus omnium, vel majoris partis. Tertiò subscriptio omnium, ut singulorum. Quartò quòd sit in evidentem Ecclesiæ utilitatem. Quintò consensus Episcopi, vel Abbatis, vel aliorum prælatorum habentium Ecclesias pleno jure. Abb. *in Clem.* 1. *n.* 7. *de reb. Eccl. non alien.* & ibi gl. *in ver. propriÿ*, si res est parvi momenti, nec ultra triennium, Capy. *decis.* 105. vel consensus Papæ. si est de non solitis, & ultra triennium; & de rebus non parvis, ut dicam *ad* 5. §. *c. sine exceptione*, 12. *q.* 2. *c. placuit.* ibidem Syl. *in ver. alienatio*, §. 3. & 4. Guid. Pap. *q.* 149. *decisio.* 100. vide multa in Vinc. de Franch. *decis.* 160. *n.* 9. 12. 13. & 14. sed an requiratur consensus Episcopi Ecclesiæ, an loci, ubi est res alienabilis, vide Abb. *c. pastoralis, n.* 10. *de privil.* & Bart. *in l.* 1. *C. de contrah. empt.*

Ad Quintum. In locationibus, prout in canone terrulas, non habet locum Paulina, patet per verba ibidem posita: nam licet alienare absque solemnitate, dummodo duo copulativè interveniant, quod sint terrulæ, & quòd necessitas adsit; ita quotidie in materia feudali similia practicamus, quando quæritur, quæ sint illa quæ concedi possint per Barones absque domini assensu ad ratam fructuum, de quo per Iser. *in capit.* 1. *an ille, qui interf. in fine.* Capy. *in investitura feudorum, in ver. feudorum alienationis, vel limita* 5. Camera, *in c. Imperialem, pag.* 4. *col.* 3. *ver.* 5. ubi latè, & adde quòd personæ ecclesiasticæ quamvis locare adhibitis requisitis à jure possint, tamen de rebus Ecclesiæ de novo feudum concedere nequeunt. *c.* 1. *Episcopum, Abbatem, vel Abbatissam*, sed solitas antea infeudari in feudum dare possunt, nisi prædecessor prælati stetisset spatio triginta, vel quadraginta annorum quod non infeudasset, sicut prædicto temporis intervallo præscribitur vasallagium, *l. eum qui, C. de fun. rei privata, lib.* 11. quod intelligendum est de ultimo prædecessore: nam attenditur quod ultimus fecerit, *l. Mela.* §. *sed si alimenta. ff. de alim. & cib. leg.* Iser. *de his, qui feudare poss. in princ.* vide Bal. *in marg.* Innoc. *in ver. prælatus concedendo.* & quòd locatio, prout *in d. c. terrulas*, seu alienatio debeat fieri cum omnibus requisitis superius, excepto assensu Apostolico, sed solum sufficit decretum superioris, Capy. & Gui. Pap. *loc. cit.* §. 3. Covar. *loc. cit. c.* 17. *num.* 2. ubi dat rationem quam videas, & Innoc. *in cap. irrita. de his, qui fi. à præl. &c.*

Ad sextum. Gl. *in d. c. terrulas, in ver.*

exiguas. dicit, illas dici posse terrulas, & vineolas, quæ non valent ultra viginti solidos, vel quod sint nullius reditus, secundùm gl. *in c. ut super*, §. *sessiones*, & ibi Imola, *nu. 9. de reb. Eccles. non alien.* Abb. *in c. secundo, de his, quæ fi. à prælat.* Innoc. *in d. c. ut super*, quod confirmatur, *ex c. si quos*, 12. *q.* 2. Verùm quid, & quanti valoris sit solidus, vide Covar. *in c.* 11. *lib.* 2. *& 3. var. resolut. & tract. de mannmiss.* §. 1. *&* 2. ubi declarat discrimen inter solidum, & aureum, facit *c. qui subdiaconum* 17. *q.* 4. *& cap. conquerente, de offic. ordinar.* & Rodoan. *tract. de re Eccl. non alienan. q.* 52. *n.* 77. ubi dicit hoc esse arbitrarium judici; Staph. *de lit. grat. fol.* 352. *& num.* 1. *&* 2. ubi dicit quod d. c. terrulas, extenditur ad valorem centum ducatorum, aut ad annuum censum quinque ducatorum, & ita audivi practicari in Archiepiscopali Curia Salernitana, tempore Marci Antonii Marsilii Columnæ Archiepiscopi viri doctissimi, tamen glos. sive apostilla gl. *d. c. n.* 5. ex Hostien. dicit hoc debere attendi, juxta consuetudinem terræ, facultates Ecclesiæ, & rei venditæ, seu locatæ quantitatem. Host. *in sum. in tit. de his quæ fi. à prel.* §. *ult. in princip.* Vide Gom. *de grat. expect. n.* 98. Staph. *in 9. for. grat. nu.* 37. Host. *in sum. tit. de his quæ fiunt ab Episcopis.* §. *fi.*

Ad Septimum. Sacrum Concil. Trid. *sess.* 25. *cap.* 13. *de refor.* cupiens innovare jus commune, & dictum Paul. ducere in viridem observantiam, statuit, prout infrà, & sic fit prima conclusio, omnes locationes, quæ fiunt anticipatis solutionibus in præjudicium successorũ, nullæ & invalidæ intelligantur: verbi gratia, Ecclesia vult alienare, seu locare aliquam rem pro annuis ducatis, quinque, vel sex, & facit, ut conductor, seu emptor prius solvat viginti, vel triginta ducatos, pro ingressu, vel pro intratura, ut vulgò dicitur, hæc reprobat sacr. Concil. ratio est, quia redundat in præjudicium successorum, & in lucrum præsentium, sed ut non sit in præjudicium successorum, fiat, ut illi viginti, triginta, seu quadraginta ducati convertantur in majorem annuum reditum, sive censum, & si cum anticipatis illis faciebant annuum censum, pro quinque, vel sex. accipiant nihil pro intratura, & augeant pro septem, octo, vel novem, & sic de singulis, & hoc non erit in successorum præjudicium, quando verò fieret aliqua anticipata solutio, & non in præjudicium successorum, hoc non reprobatur à Conc. ut sunt quædam laudemia, sive Quartæ, ut ajunt, & Sylv. *in ver. laudemium, & in verbo, emphyteusis, numero vigesimo octavo, &* §. *vigesimo primo.* Secunda concl. locationes rerum Ecclesiasticarum confirmatas etiam auctoritate apostolica factas ad longum tempus in damnum Ecclesiæ à triginta annis citrà, Synodus provincialis, vel deputandi ab ea contra canonicas sanctiones contractas fuisse judicabunt. Concil. Trid. *loc. cit.* ex qua conclusione elicitur. Primò, quòd si aliqua locatio, seu alienatio facta sit contra canonicas sanctiones, & est in Ecclesiæ utilitatem, non irritatur per ea, quæ dixi *supra*, §. *tertio, conclus.* 4. & ratio est, quia Conc. requirit, ut sit in damnum Ecclesiæ, & contra canones. Secundò, quòd à triginta annis citrà non intelligitur, ex

nunc

nunc, sed à die, qua incipit obligare sac. Conc. quod fuit Kalendis Maii, 1564. prout in Bulla pii IV. sub datum Romæ, eodem anno Kalendis Augusti, Pontificatus ipsius anno quinto. adeò quòd illæ dicuntur factæ locationes à triginta annit citrà, quæ factæ fuerunt triginta annis antequam inciperent obligare decreta Concilii. Tertiò, quodnam dicatur tempus longum de jure communi, & quid secundùm dictam Paulinam de primo vide gl. *in Clem. prima, in ver. ad tempus modicum, de reb. Eccl. non alien.* ubi recitat varias opiniones, tamen gl. *in Clem. Exivi, in ver. cumque annui reditus, in fin.* dicit longum tempus esse ultra decennium, Navar. *loc. cit. n.* 151. *gl. in l. codicillis, §. instituto, de leg.* 2. Navar. *in c.* 1. §. 2. *n.* 5. *de pœn. d.* 1. *tract com. opin. c. de præscr.* dicit decem, vel viginti annorum intelligi longum tempus: de secundo quo ad longum tempus ex dispositione tactæ Paulinæ, intelligitur ultra triennium, ut patet ex dictis. Turaq. *de utro retrac. c.* 1. *gl.* 6. *n.* 9.

Ad octavum. Navar. & Cajet. *loc cit.* dicunt dictam Paulinam, alibi in nihilo esse receptam, alibi solùm quoad irritationem contractus, & sic videtur esse recepta in regno Neapolitano.

Ad nonum. Ordo S. Augustini Eremitanorum, habet hanc facultatem alienandi in emphyteusim bona ipsius ordinis, ultra triennium in evidentem Ecclesiæ utilitatem, Gregor. XIII. *Bulla* 9. *fol.* 1202. *in Bullario*, & hanc facultatem dicunt etiam habere fratres ordinis Prædicatorum, ut audivi in facto, sed non vidi.

Ad decimum. Si dubitatur in quibusdam contractibus antiquis alienationũ rerũ Ecclesiasticarũ, non adfuisse solemnitates extrinsecas, prout dixi *superius*, §. 4. dico quòd præsumitur omnes exhibitas fuisse, Capy. *decis.* 16. *n.* 1. Affl. *dec. decisio* 368. Vide Gemin. *in c.* 1. *vers. quare quare, de præscrip. lib.* 6.

Bullas, & constitutiones diversorum summorum Pontificum, dantes formas de materia, vide Rodoan. *in ultimo tract. de reb. Eccl. non alien.*

Ad undecimum. Respondetur, quòd duæ, non una, quia agitur de præjudicio Ecclesiæ, prout Dec. *in c. proposuisti, n.* 13. *de probat.* §. *quod autem, Auth. de non alien. rebus Eccl.* Fel. & Abb. *in d. c. n.* 6. nisi una tantum persona perita reperiretur in loco, facit *c. cum causam, de prob.*

ARCHIDIACONUS.

ARchidiaconus antiquitus de jure communi habebat multas jurisdictiones, quibus hodie vel per jus novum, vel per consuetudinem contrariam est privatus. Primò habebat perpetuam vicariam, & jurisdictionem ordinariam, *cap. primo, & ibi gl. in ver vicarium, & c. ad hæc, de offi. Arch.* Sylv. *in ver. Archidiaconus*, §. 1. quod hodie nõ habet, per Conc. Trid. *sess.* 24. *c.* 16. ubi capitulum eligit vicarium infra octo dies, de quo vide *inferius in ver Capitulum*, §. 3. ergo Archidiaconus non est ipso jure Vicarius, sed potest dici, quòd infra illos octo dies Capitulo non eligente Vicarium, Archidiaconus est Vicarius ordinarius, ratio est, quia à jure antiquo non est recedendum, nisi quoad excepta in novo, *in l. præcipimus, C. de appellat.* Navar. *c.* 22. *n.* 39. sed Concilium dat spatium Capitulo eligendi Vicarium infra octo dies, ergo

durante octendio restat Vicarius ipse Archidiaconus, de jure communi. Secundò institutio ad beneficia juris patronatus, per *d. capit. ad hæc, ver. in quadam* sed hodie non habent ipsi Archidiaconi: nam de consuetudine pertinet ad Episcopum, *cap. licet Episcopus, de præb. lib. 6.* Covar. *lib. 3. c. 16. num. 8. § tertius, var. resol. & c. ex injuncto, in fi. de scrut.* & Dyn. *in c. 1. num. 4. de reg. jur. lib. 6.* sed ad dictum *c. ad hoc.* potest dici, institutionem ibi sumi, pro in possessionem missione, quæ competit Archidiacono de jure, prout gl. & Dyn. *in d. c.* Tertio Archidiaconũ præcedit Vicarius generalis Episcopi, vide *in ver. Vicarius concl. 15.* Quartò, nec causas matrimoniales, nec criminales, ut anteà, per *c. licet, de pœn.* Cõc. Trid. *sess. 24. c. 20. § adhæc de refor.* Quintò, nec causas concubinatus, Conc. Trid. *sess. 25. c. 14. de refor.* Sextò & quod dicitur de Archidiacono, idẽ dici potest de Decanis, & aliis dignitatibus inferioribus Episcopo, Conc. Trid. *loc. cit.* & licet de jure habeant jurisdictionẽ, non tamẽ in actu, per consuetudinem, Gram. *decis. 64. n. 23. & 4.* cætera remanent in robore suo nisi per contrariam consuetudinem divisorum locorum sint eis ablata, *argum. c. 1. de rescrip. lib. 6.*

ALTERNATIVA.

PRimò quoad beneficialia; vide *in ver. beneficium, §. 2. fol. 4. & in ver. derogatio,* ubi habes quomodo prælati gaudeant alternativa.

Secundò, quando alternativæ dictiones non ponantur disjunctivè, sed augmentativè, vel declarativè, vide *in ver. beneficium, §. 8. Concil. quarto,* & Gomes. *in capitul. statutum, num. 23. & 43. de rescrip. libro sexto.* Vide Gemin. *in capit. generali, notab. ult.* ex Archidiac. *de elect. lib. 6.* ubi ait dictionem *sive,* aut *vel,* quando ponitur inter diversas voces, idem tamen significantes, exponi, pro *id est,* Gl. *in c. bonæ, de postul. prælat. eodem lib.*

Tertiò, quando in alternativis sufficiat alterum tantum probari, vide *c. inter cæteras,* & ibi Doct. *de rescrip.* Staph. *de litt. grat. fol. 25. num. 5. & fol. 309. num. 2.* gl. *in c. ex parte, il primo, in ver. perpetuo, de rescrip.* decis. Rot. *7. de rescrip. an novis,* & ibi addit. *c. in alternativis, & c. locupletari, de reg. jur. lib. 6.* & ibi Dyn.

Quartò, an in prælatis inferioribus Episcopis, habentibus potestatem conferendi beneficia, prout dixi *in ver beneficium, §. 2. fallen. 7,* habeat locum alternativa? Videtur quòd sic, quia si ligat majores, & minores ligare debet, & valet argumentum à majori ad minus, Staph. *fol. 190. numer. 6. & in præfatione litt. grat. n. 20. & 21.* gl. *in c. 1. in ver. Episcoporum,* & ibi Gem. *de temp. ordin. lib. 6.*

ARCHIEPISCOPUS.

SUMMARIUM.

1. *Quod jus habeat in suffraganeos suos.*
2. *An possit exercere pontificalia intra provinciam suam.*

AD Primum. Vide multa quæ dicam *in ver. appellatio,* & quæ dicit gl. *in c. pastoralis, de offic. ordin.* tamen dico; primò quòd Archiepiscopus est judex ordinarius suorum suffraganeorum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

rum, gloss. cit. *in ver. invitum.* Covar. *pract. quæst. cap.* 10. *initio, ver. eadem ratione,* ubi ex mente Innocentii, Abbat's, & Alciati concludit posse Archiepiscopũ cogere suos suffraganeos ad agendum quicquid de jure facere debeant, ut Judex cogit suos subditos justitia mediante. Secundò, ad Archiepiscopũ devolvitur collatio beneficiorũ non collatorum à suis suffraganeis infra semestre: nam ipse Archiepiscopus habet aliud semestre, & sic gradatim ad Primatem, ad Patriarchã, ultimò ad Papam, Abb. *in c. secundo, de conces. præb. num.* 7. facit, *c. licet, de supp. negl. prælat.* similiter & de institutionibus juris patronatus, *decis.* Rot. 4. *de jure patr. in novis.* Selva. *tract. de benef.* 3. *par. quæst.* 64. *nu.* 3. Tertiò, circa suffraganeos, sufficit dicere, quòd Archiepiscopus sit eorum judex ordinarius, eos etiam potest excommunicare, suspendere, & interdicere succedente casu, gloss. *in c. de iis, il tertio,* 12. *distin.* vide Concilium Antioch. *can.* 14. & 15. & Abb. *in c. postulatis, num.* 11. *de cler. excom.* Quartò, subditorum suffraganeorum Archiepiscopus non est judex, nisi appellationum, & sic non potest avocare causas à suis suffraganeis, Covar. *pract. quæst. capit.* 9. *num.* 10. & dicam, *in ver. appellatio.* Hostien. *in sum, tit. de offic. ordin.* §. *sunt autem distincta, num.* 7.

Ad secundum. Respondetur, primò negativè, per Concil. Trid. *sess.* 6. *cap.* 5. *de refor.* & licet videatur loqui de Episcopis, tamen intelligitur etiam de Archiepiscopis, gloss. *in c.* 1. *in* 2. *notab. de offic. ordin. lib.* 6. Covar. *loc. cit. c.* 9. *num.* 2. & Felin. *in d. c. pastoralis, col. ult.* gloss. *in Clem. fin. in ver. etiam celebrare, de privileg.* dicit quis quòd hoc videtur repugnare, *cap.* 1. *& cum similibus, de auct. & usu pal.* ubi habetur, Archiepiscopum posse uti pallio in tota provincia: ad hoc respondetur. Primò, illud procedere de jure antiquo, quando Archiepiscopi visitabant totam provinciam, prout *in capitulo primo, de cen. libro sexto.* & tunc exercebant pontificalia in tota provincia: nunc verò secus de jure novissimo, facit quod dicitur *cap.* 1. *de auctor. & usu pal.* in illis verbis (*ubicumque*) quod exponens Hostien. *in sum. eod. titulo,* §. *quo loco, numero sexto,* ubicunque, id est, in loco competenti. Secundò, respondetur, quòd intelligitur, quando de licentia sui suffraganei sic exercet Pontificalia intra suam provinciam, ut posset uti pallio, prout patet per superiùs allegata, & hodie requiritur expressa licentia, nec sufficit tacita, prout verba Concilii sonant. Tertiò, non tamen prohibetur Archiepiscopum posse exercere pontificalia in locis exemptis, existentibus intra suam provinciam, etiam sine licentia Episcopi, intra cujus territorium, sive diœcesim est situs ille locus exemptus, per *Clem. Episcopalem. de privil.* ratio est, quia à jure antiquo non est recedendum, nisi, &c. Sed locus exemptus non dicitur de diœcesi, prout multis Doctoribus probat Sylv. *in verb. excommunicatio* 2. *numero* 12. & locus exemptus est, ubi prælatus illius habet jurisdictionem Episcopalem, D. Anton. 3. *par. titul.* 24. *cap.* 65. §. 1. ut verbi gratia, est Abbatia sancti Angeli ad Fasanellam, sita intra diœcesim Caputaquensem, & quando Arciepiscopus

possit punire subditos sui suffraganei, vide Abb. *in cap. ex parte, de instituit.* Bal. *in margar.* Innoc. *in ver. Archiepiscopus.* cæterùm, cùm Archiepiscopi hodie non possint visitare provinciam, nec pontificalia exercere, solùm eis remansit crux, & mozeta, quia possunt per totam provinciam crucem & mozetam portare, de primo vide Sylvest. *in ver. Archiepiscopus, num. 6. §. ult.* de secundo ita habet consuetudo, & vidi observari in multis Archiepiscopatibus, vide Abb. *in c. antiqua, n. 7. & 8. de privil.* ubi tractat de causa etiam Episcoporum: sed an possit concedere indulgentias per totam provinciam, videtur quod sic, *c. nostro,* & ibi Abb. *num. 1* sed non videtur posse per dictum Conc. Trid.

ARCHIVIUM.

Archivium. Circa hanc materiam dico primùm, quòd sac. Congreg. Card. *declarat. 38.* censuit in hæc verba *Canonici, & beneficiati debent dare notam & copiam authenticam omnium bonorum, ad dictos canonicatus & beneficia pertinentium, Capitulo & Archivio cathedrali, ut eas reponere & servare possint in illo,* & in multis visitationibus, quæ passim factæ sunt, & fiunt indies à viris doctis, & pijs, vidi hoc observari, ut omnes presbyteri beneficiati registrarent instrumenta, & inventaria redituum, censuum, & aliorum, quæ possident sua beneficia, & afferrent copiam authenticam ad ipsum Episcopum, & originale remaneret penes eos, quæ registrarentur in lib. quodam magistrali, perpetuò conservando in Archivio cathedrali, sub hac forma: *Ecclesia* N. *possidet petiam terræ, sive domum sitam in loco* N. *propriè, ubi dicitur N. juxta bona N. & N. relicta à quondam N. Vel emptam ab N. uti patet instrumento confecto manu notarii N. sub die N. mense N. anno N. & reditum pro ducatis, N. aut pro modus frumenti, olei, vini, ac aliorum singulis annis dictæ Ecclesiæ N.* & de hoc salubberrimum bannum exiit ex ordine sanctissimi Domini Sixti V. sub anno Domini 1588. die 14. mensis Septembris. Pontificat. sui anno 4. quo præcipitur, ut omnes notarii, per terras Ecclesiæ Romanæ, eique immediatè vel mediatè subjectas, afferre debeant omnes scripturas quorumcumque contractuum, quos fecerunt, in termino quindecim dierum, à die confectionis ipsorum, ad archivium erigendum in singulis terris prædictis, mediante salario præfixo, prout ibi.

Secundò dico, quòd est necesse in omnibus cathedralibus, ut fiat registrum omnium Bullarum beneficialium, & ordinatorum ad ordines ecclesiasticos, & sic servatur in omnibus cathedralibus bene firmatis, *ut in c. quoniam contra, & c. cùm causam, & ibi gl. de probat. & ferè per totum tit. de fid. instru. & c. ad audientiam, de præscr. & ibi ferè per totum, & in tit. de privil. & Clem. unica, de jurejur. & ibi gl in verb. archivium.* & ibi Abb. *n.* 20. vide Conc. provinc. Benevent. celebratum sub Cardinali Sabello Archiepiscopo, *in c. de cataſt. bon. Eccleſ.* Sed an Scripturæ registrorum faciant fidem, vide Innoc. *in c. 1. de procur.*

AR-

ARMA, SIVE INSIGNIA.

PRimò, quando arma, sive insignia possint auferri, vel mutari à capellis, seu Ecclesiis, vide Capyc. *decis.* 27. *n.* 41. *& infrà*, quando probent absque Scripturis, vide Guid. Pap. ubi Bart. in materia, *in suo tract. de insig. & arm.*

Secundò, arma, insignia, seu literæ, sive epitaphia inscripta in lapideis marmoreis, an probent? Dic quod sic, glos. *in c.* 1. *in verb. scripturam, de instr.* Novell. *de jure protomis.* §. *quintus, num.* 94. tertio per litteras marmoreas probatur etiam jus patronatus. Bal. *cons.* 310. *vol.* 5. Bar. *cons.* 135. Ripa *l.* 1. *n.* 37. *ff. si cert. pet.* Guid. Pap. *decis.* 341. *n.* 3. Vin. de Anna. *sing.* 283. Abb. *in c. proposuisti. n.* 9. *de cons. Eccl. vel altar.* gl. *in c. cùm causam, in verb. per libros, de probat.* & libri chronicorum, seu historiarum apud Aquens. *decis.* 190. *secunda p.*

Tertiò, arma prohibita, ut archibusettos brevioris mensuræ duorum palmorum deferentes, quas pœnas incurrãt, vide Pii IV. Bullam 65. & deferentes pugiones, cultellos & aliud genus armorum brevioris mensuræ trium palmorũ, vide Pii V. Bullam 151. quarto clerici non possunt portare arma. *c. quicunque* 23. *q.* 8. nisi causa inimicitiæ arma defensiva, *gl. ibi*, sed dicit, ut faciant sicut Moses, *c. fin.* 36. *distinct.* Afflict. *in constitut. Apostatantes, num.* 19.

ACCUSATIO.

PRimò videto Diaz. *pract. crim. can. c.* 6. quomodo fieri, vel formari debeat.

Secundò, quod discrimen sit, quando proceditur via accusationis, vel inquisitionis, vide *in c. inquisitionis, de accus.*

Tertiò, quid si confiteatur, etiam quando per viam inquisitionis, vide Diaz. *loc. cit. c.* 19. Foller. *pract. crim. tit. de confes n.* 86. *& t.* 2. *de confess. & f.* 96.

Quartò, licet de jure accusator describi debet ad pœnam, si non probet, *ut in c. super his, de accus.* tamen si omissa fuerit inscriptio, non ideo vitiatur processus, & ista inscriptio accusatoris hodie recessit ab aula, per contrariam consuetudinem, Foller. *ubi suprà*, *fol.* 98. *n.* 3. & hoc affirmat ex Afflicto, & Aret. ut ibi est videre: quod utinam hodie observaretur, ut antiquitus. Juxta ea, quæ dicit Bernar. *in lib. de considerat. ad Eugenium*, Covar. *lib.* 2. *c.* 9. *n.* 1. *var. resol.* tamen accusator deficiens, arbitrio judicis puniendus est. *dicto c. super his*, & Clarus *q.* 18. *vers. quando*, dicit esse communem opinionem, sed hoc fuit abolitum ab usu, quia multi perterriti subscriptione, nolebant accusare, & ita sublata fuit subscriptio, idem Clarus *q.* 81. *vers. sed quæro*, tamen quando deficiunt in probatione, possunt etiam puniri.

Quintò, usque ad quem gradum admittantur ad accusandum consanguinei prosequentes suorum injuriam, vide Maran. 6. *par. c.* 1. *n.* 62. ubi concludit usque ad sextum inclusivè.

Sextò, clericus potest accusare reum cum cautela, *prout in c. Prælatus, de homic. lib.* 6. quia stante illa cautela, etiamsi post accusationem sequatur mors, vel mutatio, non ideo est irregularis, Sylvest, *in ver. accusatio*, §. 4. Gomes. *in q.* 2. *col.* 4. *de ann. poss.* Foller. *ubi supra*, *in frag. n.* 7. Sot. *lib.* 5. *art.* 1. *in fi.* & hoc non solùm in criminalibus quæ sunt contra

bonum

bonum publicum, sed etiam contra bonum privatum. Covar. *in Clem. 1 de homic. 2. p. §. 5.* Cajet. *2. 2. q. 35. art. 7.* & Sot. *in tract. de rat. teg. vel deteg. secr.* Navar. *in c. periculosè, n. 6. in gl. de pœnit. dist. 1.*

Septimò, accusari an possit quis pluries de eodem crimine, vide *c. per scripta, §. libellorum, 2. q. 8.* Covar. *lib. 2. cap. 10. var. resol. §.* accusatus actore non probante an sit diffinitive, vel ab observatione judicii absolvendus? vide, & distingue cum Covar. *lib. 1. c. 1. nu. 8. & lib. 2. c. 10.* an cum clausula novis supervenientibus.

Octavò, accusans falsò, vel calumniosè, punitur, *cap. cùm dilectus, de calum. &c. qui non probaverit 2. q. 3.*

Nonò, quando quis teneatur accusare ex officio: vide multa per Felin. *in d. ca. cùm dilectus*, ubi ponit quinque causas.

APPELLATIO.

SUMMARIUM.

1 *Quando liceat appellare à sententia suffraganei ad Metropolitanum.*
2 *Quando appelletur à sententia excommunicationis suffraganei ad metropolitanum, qua pœna sit utendum.*
3 *An sit necesse appellare coram judice à quo, & ab eo admitti, vel an sufficiat habere recursum ad superiorem & remissivè, num. 19*
4 *An possit judex à quo absolvere ad tempus excommunicatum appellantem, pendente lite cum reincidentia.*
5 *Quæ differentia sit, quando appellatur ab interlocutoria, seu gravamine, & quando à diffinitiva, quoad judicem ad quem.*
6 *Quodnam dicatur gravamen irreparabile.*
7 *Qua forma sit inhibendum Episcopo.*
8 *An ab Episcopo exempto, qui tamen semel eligit in Conc. provinciali Metropolitanum, sit appellandum ad dictū Metropolitanum electum.*
9 *An omnis appellatio sit admittenda, & maximè quando appellatur à comminata tortura, vel à comminata censura Ecclesiastica, vel à notorio facto.*
10 *An teneatur suffraganeus assentiri omnibus inhibitionibus sibi factis à Metropolitano,*
11 *An liceat appellare à sententia interlocutoria, sive ab excommunicatione etiam elapso decennio.*
12 *Quando metropolitanus est judex contra Episcopum sibi subditum.*
13 *Quibus casibus possit metropolitanus cognoscere de causis subditorum sui suffraganei etiam sine appellatione.*
14 *An lata excommunicatione in aliquem possint ante decennium affigi cedulones.*
15 *An judex à quo, possit arctare terminum ad prosequendum, sive petendum Apostolos.*
16 *Quando Archiepiscopus possit esse judex inter suos suffraganeos.*
17 *An possit adiri metropolitanus per viam querelæ, quando sublatum esset remedium appellationis.*
18 *An deferens appellationi ob reverentiam Sedis Apostolicæ, vel cujusvis superioris, totam jurisdictionem à se abdicet.*

20 Qui-

20. *Quibus expensis est rescribendus processus in causa appellationis.*
21 *Quotuplex terminus conceditur appellanti.*
22 *Quando judex potest exequi sententiam suam, si non detulit appellationi.*
23 *An appellatio suspendat interdictum, & cessationem à divinis.*

AD Primum. Sac. Concil. Trident. *sess.* 24. *cap.* 20. *de refor.* dicit solum in trib. casibus posse appellari à suffraganeis ad metropolitanum. Primò à diffinitiva, quæ imponit ultimam manũ liti. Secundò ab interlocutoria habenti vim diffinitivæ. Tertiò à gravamine irreparabili, quod per diffinitivam nõ potest reparari, quænam sit differentia inter sententiam diffinitivam & interlocutoriam habentem vim diffinitivæ, vel interlocutoriam simpliciter, vide pro practica, Maran. 6. *p. tit. de sent. à n.* 1. *usque ad* 46. vide Bal. *in l. in princ. C. sent. rescin. nõ poss.* Boer. *decis.* 79. *n.* 8. Conc. Later. sub Leone X. *sess.* 10. §. *sacro.* Concil. Trid. *sess.* 13. *c.* 1. *de refor.* Similiter sac. Congr. *decl.* 283. censuit in hæc verba: *Facultas cõcessa appellandi à sententia alicujus Archipresbyteri, qui sit nullius diœcesis ad Episcopum, intelligenda est, ut nulla in causa interpositæ appellationes à sententiis Archipresbyteri, ad se prædictus Episcopus advocet, nisi vel à diffinitiva sententia dicti Archipresbyteri, vel ab ea, quæ sententiæ diffinitivæ vim habet, & cujus gravamen per appellationem à diffinitiva sententia reparari nequeat, appellatum fuit.*

Ad secundum. *c. venerabilis. de sent. excom. lib.* 6. §. *porrò, & c. per tuas, cum similibus*, habetur, metropolitanum debere ante litis ingressum absolvere appellantem, quæ absolutio appellari solet habilitatio, ad hoc, ut possit appellans agere in judicio, etiam parte adversa reluctante, *c. qua fronte de appellat.* tamen, quia hoc videbatur periculosum, nam appellans videns se sic absolutum, vel ad cautelam vel habilitatum ad actus judiciales, indifferenter conversabatur cum omnibus, & non existimabat censuras illatas contra ipsum ab ipsis suffraganeis in contemptum suffraganeorum, ac censurarum, adinventa est alia praxis, & sic judex ad quem recepta appellatione inhibet judici à quo, ut per dies aliquot non procedat ad ulteriora, & ut transmittat acta, quibus transmissis, & visis in curia metropolitana, judicari potest, juxta *d. c. venerabilibus*, & sane, & si invenerit bene appellatum, & male judicatum, vel ipsemet absolvet appellantem, vel ad suffraganeum, ut eum absolvat, remittet: si malè, remittat reum ad judicẽ, ut ipse absolvat: si est dubium, tunc superior si vult deferre suffraganeo potest appellantem remittere, & si non vult deferre, potest eum absolvere, vide Anch. *in c. solet, n.* 3. *de sent. excom. l.* 6. & Abb. *in c. per tuas, n.* 2. *de sent. excom.* & hoc practicatur, quando appellatur post excommunicationẽ: si verò antequã incursa sit excommunicatio, superior inhibet, ut suprà, & viso de injustitia actoris, præcipiat, ut ad ulteriora suffraganeus non procedat, & hæc praxis est fundata in doctrina Abb. *in c. per tuas, num.* 13. *de sentent. excomm.* quam videas, & sic vidi practicari in tribus Archiepiscopatibus: vide tamen Covar. *in c. alma mater*, 1. *p.* §. *ult. à*

num. 7. usquè ad finem , gl. in c. 1. in ver. prætermiſſ. de for. comp. lib. 6. & gl. in c. ut debitus, in ver. alioquin, de appellat. Vide omninò *in cap. Romana, §. ſententias, de appellat. lib 6.* ubi habet bonam practicam, & ibi Gemin. *ver. quæro, an excommunicatus.*

Ad tertium. *Cap. ut debitus, de appellat.* dicit, appellationem debere ab appellante proponi coram judice à quo, & Maran. *6. p. tit. de appellat. num.* 153. dicit non ſolùm appellationem debere proponi coram judice à quo, ſed cauſas gravaminis ſpecialiter, & quòd, qui facit oppoſitum, errat, per *d. c. ut debitus, & gl. ibi, in ver. & dicatur, in c.* verò *dilecti, il 2. eo tit.* dicitur, ſufficere, appellare facto, id eſt, per arreptionem itineris ad ſuperiorem, tamen gl. cit. concordat dicta duo capita, & juxta d. c. dilecti, vidi practicari in multis curiis metropolitanis, tamen tutius eſt practicari d. c. ut debitus, prout gl. & Doct. *ibi.* quando verò ſufficiat appellari facto, ut per itineris arreptionem, vide Gom. *in q. 11. & colum. 2. de impet. benef. per ob. fam.* Card. Grillan. *de fug. carce. num.* 20. Foller. *de compar. in pract. crim. num* 7. Boer. *deciſ. 1. numero* 24. Guid. Pap. *q. 25. & 426. numero 5. & 59. & 62. melius, & numero 67. per totum.* ubi habes pulcherrima in hac materia.

Ad quartum. Reſpondetur affirmativè, Covar. *loco citato, §. 11. à num. 6.* ubi dicit, quod licet excommunicatio verè non poſſit ſuſpendi, tamen nihil impedit, quin ab ea detur abſolutio ad certum actum, vel tempus, quo finito, ille reincidit in eandem excommunicationem, ut priùs, & dicitur abſolutio cum reincidentia, facit *c. veniens. il 2. in fi. de teſt. & c. de catero,* & ibi Abb. *n. 2. de ſentent. excomm.* ratio eſt, quia abſolutio ab excommunicatione non eſt ſacramentalis, nec pertinet ad ordinem, ſed ad juriſdictionem, Innoc. *in c. tanta, n. 3. de exceſ. prælat. idem loc cit. num.* 10. Sylveſt. *in ver. abſolutio. 1. num. 2.* Navar. *cap. 27. num. 41.* & hoc, vel quando pendente cauſæ cognitione, eſſet magnum feſtum, & ille vellet vivere more Chriſtianorum & fidelium, vellet quærere teſtes, vel ſcripturas pro ſui defenſione, facit *c. 2. in 2. reſp. de ſent. excom. lib. 6.* & ſic vidi practicari, practicavi, & obtinui in multis metropolitanis.

Ad quintum. Videtur primò *gl. in d. c. ut debitus, in ver. alioquin, & gl. in c. 1. in ver. prætermiſſo, de foro comp. lib. 6.* Maran. *4. p. d. 6. n. 26.* & Covar. *pract. quæſt. cap. 9. n. 5. concl. 1.* & an ſemper cognito de gravamine, devolvatur negotium principale ad ipſum metropolitanum, vide Gom. *in c. ſi annum, n. 11. de jud. lib. 6. c. olim, de excep.* ubi non ſemper devolvitur principale negotium, quando appellatur de exceptione juriſdictionis, vide *dec. Rotæ 1. de offi. deleg. in noviſ. & addit. ibi. n. 2.* vide Staph. *de lit. grat. fol. 319. n. 2.* Covar. *pract. q. c. 9. n. 5. per quinque concluſiones.* nec quando pronunciat Judex ad quem malè appellatum, quia tunc non devolvitur ad eum negotium principale, Gem. *in c. 1. §. poſt hæc, in fin. de appel. l. 6.* nec quando conſtat appellationem non fuiſſe legitimam ab interlocutoria, Gom. *in c. Romana, §. fi. de appel.*

libro

lib.6. notab.2. & an hoc valeat in judice, etiam delegato, ut cognito de interlocutoria, procedere possit ad negotium principale, Secundò, quòd dum appellatur ab interlocutoria, non suspenditur jurisdictio judicis à quo, nec attentata, antequam inhibeatur, revocantur per judicem ad quem, Guid. Papa *quæst.74. capitulo non solùm, de appellat. lib.6.* & hoc intellige, ni detulisset, quia tunc ligantur ejus manus ex tunc, Maran. *6. parte de appel. n.209. & 182. & decis. Rotæ 1. de offic. delegat. in novis.* Tertiò quia appellatio ab interlocutoria justificatur ex deductis, & non ex deducendis, *Clem. appellanti, de appel. & gloss. ibi. in ver. probandis.* Quartò, nec sententia lata post appellationem ab interlocutoria, est nulla, *decisio Caputaquens.* 34. & ita dicit fuisse tantùm die 4. Decembris, 1551.

Ad Sextum. Respondetur, quòd quoad istam materiam gravamen irreparabile dicitur omnis actus irretractabilis, excommunicatio, carceratio, tortura, & alia hujusmodi. Abb. *in c. cùm in contemplatione, n. 4. de reg. jur.* Maran. *6. p. tit. de appel. n.216.* Jo. And. *in c. dilectus, il 2. de rescr.* Phil. *in c. super eo. il 2. c. 1. de appel.* Direct. inquisit. *3. p. n. 151.* Syman. *de Cath. instit. tit. 65. n.20.* Ratio est, quia excommunicatio non potest per diffinitivã reparari, quin excommunicatus non sit aliquis, sic, vel carceratus, vel tortus, nam sunt actus ferentes secum executionem in instanti: vide Bald. *in marg.* Innocen. *in verbo appellari.* hinc oriuntur multa dubia, primum, an ab omni carceratione liceat appellare? Secundo, an ab omni comminata tortura? Tertiò, an ab omni excommunicatione? Ad primũ dicitur, quòd non, nisi quando gravaretur in carceratione, Phili. *loc. cit. & in c. ex parte, il primo, col. 2. de appellat.* & hoc esset quando vel quis detineretur injustè, vel quando causa esset in limine expeditionis, & suffraganeus nollet eum expedire, nec obstat quod suffraganeus posset dicere. Ego habeo tempus duorum annorum ad expediendam causam, *c.20. sess.24.* Concil. Trid quia, concesso, quod illud nomen causæ possit sumi pro criminali, & civili, prout Card. *in Clem. 1. q.18. de offic. vic.* & Maran. *5. p. n.66.* licet appellatione causarum generaliter facta, non comprehendantur causæ criminales, quando scilicet committuntur simpliciter causæ, *argum. c. licet,* & ibi Gemin. *notab. 4. de offic. vic. lib. 6.* Illud intelligitur quando causa esset non bene instructa, & adhuc esset opus processu informativo, vel aliis necessariis ad causam: sed quando omnia sunt completa, & nihil aliud restat, nisi expeditio causæ, tunc suffraganeus detinens carceratum injustè faceret, & ille carceratus posset appellare, & jure appellaret tanquam gravatus, *cap. 1. de appellat. lib.6. c. non ita, 2. q.6. & c. cum sit Romana. de appellat. cum aliis vulgatis;* secus verò quando suffraganeus carceraret aliquem, & staret adhuc in processu informativo, quia ille tunc non posset appellare, nec esset appellatio admittenda. Ratio est, quia suffraganeus non posset carcerare aliquem, quin semper carcer diceretur gravamen irreparabile, & sic semper deluderetur tribunal suffraganeorum, &

ad hoc facit *decis. Rot. 1. ut lite pendente, in novis. numero. 7. & ibi addit cap. de priore, de appellat. lib. quoniam judices, C. de appellat.* Staph. *de lit. grat. fol. 297. numero 1. 2. & 3.* Gom. *in cap. dispendia, numero 10. de rescrip.* Bald. *in l. apertissimi, in 5. notab. C. de judic.* quibus juribus & doctrinis prohibetur appellatio ab interlocutoria, quando non justè appellaretur, prout patet ex dictis: ad quod animadvertere debent metropolitani, ne defacili obtruncent capitibus causas suorum suffraganeorum, facit quod dicit Guid. Pap. *quæst. 236.* & quando quis dicatur justè carceratus, vel injustè, vide Bald. *cons. 40. & 41. vol. primo, in lib. 1. in princ. colum. 7. de quæst. & in sua pract. crim. §. attingam, num. 47.* & sic videbis an possit appellare ab injusta carceratione, vel non, vide Boer. *decis. 215. numero 34.* Ad secundum dicam *inferius*, §. 9. Ad tertium dicam *ibidem.* Posset etiam appellare, quando quis capitur carceratus, si injustè carceraretur, vel haberet iniquum judicem, vel timeret ejus tyrannidem, *cap. omnis oppressus, 2. q. 6.* Sotus *lib. 5. q. 6. art. 3. de just. & jure, cap. fin. de accusat. lib. 6. & ibi gl. in ver. reclamante.* Covar. *pract. qq. tit. 23.* Vide Gemin. *in c. 1. de suppl. negl. prel. lib. 6.*

Ad Septimum. Est notandum illud quod dicitur *in c. 1. §. officiales, de offi. ord. l. 6.* & ibi Gem. *in gl. c. secundo*, & ibi gl. *in ver. aliter, de offi. deleg. eod. l.* & Staph. *de lit. grat. fol. 291. n. 4.* ex quibus habentur duo, quòd Archiepiscopo existenti in provincia non potest Vicarius ejus generalis ferrè sententiam alicujus censuræ ecclesiasticæ in suffraganeum. Rebuff. *in pract. benef. in for. Vicinum. 164.* sed hoc intelligit de sententia diffinitiva censurarum, & non quando Vicarius generalis metropolitanus inhiberet sub pœna suspensionis, sed interdicti. Secundum quod quotiescunque inhibetur, vel præcipitur aliquid, non inhibetur Episcopo sub pœna excommunicationis, facit *d. c. de offi. deleg. & c. 1. de cler. venat.* quod animadvertere debent omnes ordinarii, & delegati apostolici, quando inhibent Episcopis, quia vidi multos decipi in hoc, Staphil. *ubi supra.*

Ad Octavum. Dico primùm, quòd electio semel facta ab Episcopo exempto de metropolitano, ad cujus synodum convenitur, ligat successores, similiter electio facta à prælatis illius diœcesis pro visitationibus *declarat.* sac. Congregat. 7. Concil. Trid. *sess. 24. c. 2. de reform.* & hoc extenditur etiam quoad appellationes, & ita audivi practicatum fuisse in archiepiscopali curia Genuensi, ad quam appellatū fuit ab Episcopo, quia qui semel elegit, non potest iteratò eligere, & comprobatur ratione: nam ista electio semel facta, ligans etiam successores parum deservit, si solùm facta esset, ut deinceps exemptus, qui alias non tenebatur, debeat ad Conc. provinc. accedere, & ut sua in diœcesi utatur constitutionibus in Conc. provinc. editis, nisi ad appellationes etiam extenderetur, ad hoc ut commoditati & dispendiis litigantium succurreretur, *arg. c. nonnulli, de rescrip. & c. statutum, §. cum verò, eo tit. l. 6. Clem. dispendiosa, de jud.* Cōc. Trid. *sess. 25. c. 10. & sess. 24. c. 20. de reform*

form. & licet rationes adductæ sint probabiles, tamen contrarium videtur elici à sacr. Conc. *sess.* 34. *c. secundo*, §. *in reliquis*, nam ibi tantummodo videtur obligare Episcopos exemptos ad eligendum semel metropolitanum, quæ electio (ut sæpè dictum est) obligat successores, ita censente eadem sac. Congreg. sed an teneantur ad observandas constitutiones factas in Conc. provinciali, videtur clarè colligi ex dicto sac. Concil. in illis verbis, *& quæ ibi ordinata fuerint, observent, ac observari faciant, in reliquis omnibus eorum exemptio, & privilegia salva atque integra maneant.* facit quòd devolutio beneficii Episcopi exempti, fit ad Papam, & non ad metropolitanum, licet etiam quòd Illustrissimus & Reverendissimus Scipio & Gesualdus Archiepiscopus Compzanus fecerit me videre quandam declarationem ejusdem Congregationis, qua censebatur exemptos Episcopos, nec teneri ad servandas constitutiones factas in dicto Conc. provinciali, quod mihi visum est quodammodo oppositum dictis verbis.

Ad nonum. Respondetur primò, quòd quando omnia ritè & rectè processerunt, ut quia datæ fuerunt defensiones, & repulsa concessa, cùm esset petita, & publicatus processus, & auditus reus in omnibus suis juribus, cum ejus procuratore, & advocato, & indicia non sunt evacuata per defensiones, & alia requisita acta sunt, & videtur potiùs appellari ad dilatandum, & ad differendum sceleris punitiones, quàm tunc, non debet admitti appellatio à comminata tortura, Covar. *pract. quæst. c.* 23. *num.* 5. *concl.* 1. *ver. tertium.* Navar. *in c. inter verba, conclusio.* 64. *juxta finem*, 2. *q.* 3. Foll. *pract. crim. f.* 227. *n.* 5. Diaz. *in pract. crim. can.* 117. Secundò, quòd à communicatione debet admitti, *c. per tuas de sent. excomm. c. ad audientiam, de appellat. c. solet, de sent. excomm. libro sexto*, Navar. *c.* 27. *num.* 4. Sylvest. *in ver. excommunicatio*, 2. *num.* 1. *& ver. absolutio*, 2. §. 6. *c. venerabilibus*, §. *sed si, de sent. excomm. lib.* 6. *cap. ad reprimendam, de offi. ordinarii*, Guid. Pap. *q.* 436. *num.* 33. *& num.* 15. *& quæst.* 75. *num.* 2. fallit in notoriis criminibus, & publicis, *c. pervenit, c. pastoralis*, §. *verò, c. cùm sit Romana*, §. *præterea, de appellat.* Abb. *in c. Parochianos, num.* 2. *de pœnit. & remis.* Covar. *in c. alma mater*, 1. *par.* §. 2. *num.* 9. Sic etiam in omnibus appellationibus frivolis, *c. cum appellationibus*, & ibi scribentes, *de appellat. lib.* 6. & idem observari potest in causa fidei, Direct. inquisit. 3. *part. nu.* 151. Sim. *de cath. institut. tit.* 65. *num.* 20. ubi habetur, quòd quando frivola esset appellatio à tortura, non esset appellatio admittenda etiam in causa religionis, vide de hac materia Guid. Pap. *quæst.* 74. *numero secundo, decis. Rot.* 58. *de appellat. in novis. per l. si quis provocatione, C. de appellat. c. non ita*, 2. *q.* 6.

Ad decimum. Respondetur ex Conc. Trident. *sess.* 13. *c.* 1. *de refor. & sess.* 24. *c.* 20. *de refor.* ubi habentur hæc verba: *Nec Episcopus, nec Vicarius appellationi hujusmodi tanquam frivolæ deferre teneatur*, nisi in illis tribus casibus, de quibus *suprà, in* §. 1. & sac. Congregat. *declarat.* 181. ita censuit: *Archiepiscopus non debet se ingerere in prima instantia causarum*

quæ agitantur coram ejus suffraganeo, & in alia declaratione quæ est 211. dicitur, *Non est inhibendum Episcopis in aliqua causa, quæ sit coram eis in prima instantia, nec deferendum appellat.* nisi in illis tribus casibus de quib. sup. adest Bulla Greg. XIII. quæ est 24. *f.* 220. *in Bullario.*

Ad 11. Dico primò, quòd excommunicatio est sententia interlocutoria, gl. *in sum.* 2. *q.* 1. Fel. *in rub. de re jud. columna* 9. Maran. *p. tit. de sentent. num.* 40. Abb. *in rub. de re jud. & in rub. de sent. excom.* Gemin. *in c.* 2. *vers. Nota ergo, de const. lib.* 6. ex Im. Lapo, & Joan. Andr. & ex communi. Secundò, nunquam transit in rem judicatam propter periculum animæ, & hoc quoad publicam utilitatem, quæ concernit animas, sed quoad privatam bene transit, Abb. *in c. consanguinei, col. penul. de re jud.* gl. *in c. cùm cessante, in ver. comminando, de appellat.* Tertiò non ligat manus judicis, quin transacto decennio possit eam revocare, vel reum absolvere, & hoc quia est interlocutoria, *decis. Rot.* 3. *de offi. in novis.* Sylvest. *in ver. appellatio, num.* 8. Fel. *loc. cit. colum.* 9. Innoc. *in c. sacro, num.* 13. *de sentent. excom.* Quartò, transactis decem diebus, non potest excommunicatus amplius appellare, Abb. *in c. ad reprimendam, de offi. ordinarii* gl. *in d. c. cùm cessante, de appellat.* Maran. *tit. de appellat. num.* 115. *cum sequenti.* Quintò, tamen si appellat post decem dies, judex ex æquitate debet admittere appellationem, *in d. c. ad reprimendam, in ver. suspendatur.* & sic vidi practicari. vide Bal. *in margar.* Innoc. *in ver. sent. excommunicationis.* Sextò, sed ista appellatio non suspendit istam excommunicationem (& quod dico de excommunicatione, intellige de omnibus censuris ecclesiasticis,) *cap. ad hæc, il secundo, capitulo pastoralis, §. verùm, de appellat.* Ratio est, quia censuræ ferunt secum executionem. videto Bald. *ubi sup. in ver. interdictum,* & Guid. Pap. *quæst. cit. num* 88. quando quis potest appellare post decem dies. Innoc. *in c. venerab. de sent. excom. & additio ad q.* 29. Cap. Tolos. dicit quòd licet excommunicatus post decem dies non audiatur per viam appellationis, tamen potest audiri per viam querelæ. Septimò quòd interlocutoria judicis continens notoriam injustitiam, potest revocari etiam parte non citata, *d. c. cùm cessante,* & Gemin. *in c. 1. notab. 2. de supplend. negligent. prælat. lib.* 6.

Ad duodecimum. Vide quæ dixi, *in ver. Archiepiscopus, §. 1. & inferiùs, §.* 16.

Ad decimumtertium. Vide gl. *in c. pastoralis. in ver. exceptis quibusdam,* ubi enumerat multos casus, quibus Archiepiscopus potest procedere absque appellatione contra subditos suorum suffraganeorum. Ratio ipsius est, quia in casib. Archiepiscopus est judex ordinarius totius provinciæ, facit *capitulum primum, §. sanè, de cens. libro sexto.* nec iis juribus derogatum est fac. Concil. Trident. cùm solum loquatur de appellat. & à jure antiquo non est recedendum, nisi quatenus in novissimo fiat exceptio, *l. præcipimus, C. de appellat.* vide Anchar. *in c. Romana, num.* 1. *de sentent. excomm. lib.* 6. vide Hostien. *in sum. titul. de offic. ordin. §. sunt autem distincta, num.* 7.

Ad decimumquartum, Dico primò,

si

si judex excommunicat. aliquem, eumque sic declarare decernit, potest latâ sententiâ declaratoriâ, statim facere affigere cedulones, etiam durante decennio: ratio est, quia licet excommunicatus posset appellare, tamen non propter hoc potest impediri denuntiatio per cedulones, quia illa cedulonum affixio nihil aliud est, quam illius sententiæ manifestatio; sive potius executionis promulgatio, & non executio, quia excommunicatio fert secum executionem, *capitulo pastoralis*, §. *verum*, gloss. *in capitulo non solum*, *in verbo*, *innovata*, *de appellat. libro sexto*, gloss. *in capitulo venerabilibus*, §. *porrò in verbo*, *appellatum*, *de sententia excommun. libro sexto*. Covar. *pract. quæst. capitulo vigesimo tertio*, *num. tertio. ver. Illud*, Maran. *sexta parte*, *tit. de appellat. num.* 177. Ratio rationis est, quia appellatio à sententia excommunicationis non impedit illius executionem, nec minus cedulonum affixionem impedire debet. Secundò, si judex vellet declarare aliquem incurrisse sententiam excommunicationis, illumque citaret ad dicendum causam quare non debeat declarari excommunicatus, tunc illo non comparente judex debet expectare decem dies. Ratio est, quia à declaratoria potest appellari, antequam feratur sententia declaratoria, & affixio cedulonum, & illa appellatio impediret sententiam declaratoriam, si appellaretur ante, sed non post declaratoriam. Fel. *in capit. cùm non ab homine*, *col. fi. de jud.* Tertiò, quando essemus in notoriis, ut in percussione publica clerici, vel notorio adulterio, & similibus, licet quis appellaret à declaratoria, non tamen propter hoc deberet impediri executio, & cedulonum affixio, *cap. pervenit*, *il* 1. *de appellatio*. Abb. *in Clem.* 2. *num.* 6. *de pœn.* & hoc etiam sentit Covar. *in c. alma mater*, 1. *p.* §. 2. *num.* 9. *infr.* Quartò, quia sic videtur servare Curia Romana: nam adjutor Cameræ eadem die publicavit excommunicationem, & affixit cedulonem in Acie campi Floræ. recitat Caputaquens. *decis.* 324. *prima parte*, in qua etiam habet, universitatem posse excommunicari, quod etiam sentit Navarr. multis in locis *cons.* 7. 8. *& 9. de sent. excom.*

Ad decimumquintum. Potest judex à quo arctare terminum appellanti ad prosequendum, seu petendum apostolos, illudque limitare, *c. personas*, *c. cùm sit Romana*, *c. ad aures*, *cap. sæpe*, *c. cum similib. de appellat.* Maran. 6. *p. titul. de appellatio. num.* 205. tamen hoc fallit in beneficialibus, ubi non potest arctari terminus juris ad prosequendum, nisi utraque parte consentiente, Phil. *in cap. cum sit*, *col. fi. de appel. & cap. constitutus*, *il* 2. *col.* 2. *eo. tit.* Maran. *loc. cit. num.* 415. gl. *in cap. penul. de offi. ordin. lib.* 6. Decis. Rot. 85. *de appel. in antiquis*, *&* 32. *de appel. in novis.* hinc fit, quòd malitia, vel fraus, vel infirmitas procuratoris, vel ipsius principalis quo minus potuerit prosequi appellationem, non causat desertionem causæ, decis. Rot. 25. *& ibi addit. de appell. in novis.* Gom. *in quæst.* 9. *de infir. resi. & tract. de privileg. infir. privileg.* 57. vide Bald. citat. *inferiùs* §. 21.

Ad decimumsextum. Respondetur primò, si lis est inter Episcopos suffraganeos, tunc Archiepiscopus est eorũ judex compe-

competens, *cap. sanè, de for. compet.* & gloss. *in capitulo pastoralis, in ver. invitum, de offi. ord.* Covar. *pract. quæstio. capitulo 9. versiculo 2.* Secundò, si lis est inter Episcopum & subditos ejus, tunc est distinguendum: si Episcopus est reus & subditus actor, tunc Archiepiscopus est judex competens Episcopi, *capitul. si clericus, 11. quæstio. 1.* & ibi gloss. *in versiculo audiatur.* Ratio est, quia actor sequitur forum rei, *capit. quamvis, de for. compet.* Si verò Episcopus est actor, & subditus reus, tunc debent eligi arbitri, ad quos eligendos Episcopus ipse potest cogere subditum, gloss. *in d. capitulo, si clericus, in ver. arbitror.* Abb. *in capitulo cum Apostolus, numer. 4. de censibus,* Maran. *6. parte tit. de appellat. num. 376.* & à sententia ipsorum arbitrorum non appellatur ad metropolitanum, sed ad Papam, Gloss. *in capitul. arbitris, de appellat. libro 6.* & hunc casum habui in facto cum essem Vicarius in Archiepiscopatu Compzato, & sic fuit responsum à sacr. Congregatio. in causa Episcopi S. Angeli Longobardorum, & presbyterorum terræ Leonum. vide Iser. *in usu feud. rubr. ult. in fin. num. 16.* & Capyc. *decis. 137. nu. 3. & 4.* vide Concilium Antiochensium *can. 14. & 15.* Host. *in sum. tit. de offi. ord. & quid pertinet, num. 3.* cum allegatis ibi, & melius *infrà num. 7.*

Ad decimum septimum. Respondetur ex gloss. *in c. ad reprimendam, in ver. suspendatur, in fine, de offic. ordin.* & ibi Abb. *in cap. literis, col. ult. de offi. ordin. & in cap. dilectio, de appellat.* & Phil. *in cap. directæ, col. pœn. de appellat.* Felin. *in cap. lator, col. 3, de jud.* quòd sic idem Maran. *6. par. tit. de appellat. num. 115. cum sequenti, & tit. de sent. excom. num. ult.* tamen Covar. *pract. qq. c. 9. n. 2.* dicit quòd non, per *c. 1. de offic. leg.* & ratio ipsius est, quia per viam querelæ potest adiri solùm ille judex, qui potest absque appellatione cognoscere causam; sed Archiepiscopus non est judex, nisi appellationum, prout patet juribus vulgatis; ergo, &c. Ego autem dicerem, prout *in §. præcedenti*, quia suffraganeus quando committeret aliquid injustitiæ in causa, vel sententia, posset tunc adiri metropolitanus per viam querelæ, quia modò Episcopus est reus, & querelans actor, & viso de justitia causæ, præcipiatur suffraganeo sententiam revocari, vel quòd revideatur in audientia metropolitana, Covar. *loc. cit. cap. 10. num. 115. vel eadem ratione*, sed de hoc videto etiam Maran. *loc. cit. num. 115.* vide Abb. *in ca. sacro, nu. 6. de sent. excom.* admittit viam querelæ in censuris ecclesiasticis. Gemin. *in cap. Romana in 3. notab. de fer. comp. lib. 6.* dicit, quòd non, nisi suffraganeus consentiat, idem *in c. 1. §. per hoc, vers. sed an judex,* & hoc magis congruit causæ sacr. Conc. Trid. sed vide eundem *in c. 1. ver. consuluit tamen, de suppl. negl. prælat. lib. 6.* ubi videtur admittere recursum ad metropolitanum in gravamine. & *in cap. si Abbate, §. hujusmodi, notab. 3.* hoc solum admirtit, quo ad legatum de latere, qui potest adiri per viam querelæ ab omnibus de provincia.

Ad decimumoctavum. Videto Phi. Franc. *in c. dilecti, il 3. q. 9. & 11. de appellat.* Maran. *loc. cit. n. 382.*

Ad decimumnonum. Respondetur affir-

affirmativè. *cap. ut debitus, & ibi notata, de appellat.* Guid. Pap. *quæst. 43. num. 79.* & hoc quando concedit Apostolos reverentiales, secus verò, quando dum quis appellat dicit judex: Admittatur appellatio, si, & in quantum, & concedit Apostolos refutatorios, ita est in praxi.

Ad Vigesimum. Respondetur, quòd sac. Concil. Trident. *sess. 24. capit. 20. de refor.* §. *præterea,* dicit quòd appellans teneatur acta omnia coram judice à quo gesta ad judicem appellationis expensis suis transferre, appellatus verò si voluerit uti illis, teneatur proportione sua subire expensas.

Ad vigesimum primum. Vide Bal. *in marg.* Innoc. *in versic. terminus & in ver. malitia,* ubi multa dicit.

Ad vigesimum secundum. Vide Bald. *loc. cit. in ver. Judex,* ubi multos enumerat casus pro practica.

Ad vigesimum tertium. Vide Covar. *in c. alma mater, 2. p. §. 2. n. 1.*

AFFINITAS.

PRimò, Affinitas est unum ex impedimentis impedientibus & dirimentibus matrimonium, usque ad quartum gradum inclusivè, *c. non debet, cum vulgatis, de consanguin. & affinit.*

Secundò, contrahitur etiam in coitu fornicario, & parit impedimentum, prout *in ver. matrimonium,* §. 12. & 13.

Tertiò, non contrahitur, quando fit copula extra vas debitum, vel ibi non seminatur. Sot 4. *sent. dist.* 41. *quæ. uni. art.* 2. Flor. Theol. *in* 4. *sent. tract. de affinit. art.* 1. *concl.* 4. neque per coitum sodomiticum contrahitur affinitas, *c. extraordinariam,* 35. *qu.* 3. *& ibi gloss.* Capella Tolos. *quæst.* 96. *& ibi additio.* & Navar, *consi.* 4. *de cons. & affinit.*

Quartò, licet inter virum & uxorem non sit affinitas, cùm sit potiùs principium affinitatis, tamen in favorabilibus veniunt appellatione affinitatis, sive affinium, prout in jure protim. & compromissi. Novel. *de jure protim.* §. *primus, num.* 39. & 40. Tiraq. *de utroque retract.* §. 14. *gloss.* 2. *num.* 19. vide etiam Iser. *in c. quæ sunt regalia,* §. *bona vacantia, vers.* 1. *additio, num.* 26. Est alia affinitas spiritualis, de qua *in ver. baptismus,* & in qua nunquam legitur Papam dispensasse. Abb. *capit. accepimus, num.* 6. *de purg. can.*

ADVOCATUS.

PRimò, Advocatus quando non est stipendio publico conductus, potest per judicem compelli ad patrocinandum causis, & litibus pauperum: si nolit, potest ei interdici officium advocandi, & potest peccare mortaliter, vel venialiter in casu contrarii, secundùm circumstantias causarum, & necessitatis pauperis litigantis, Covar. *pract. quæst. cap.* 6. *num.* 4.

Secundò peccat mortaliter, revelando secreta sui clientis parti adversæ, Navar. *c.* 25. *à n.* 28. & *infrà.* Sylvest. *in ver. advocatus,* & puniri uti prævaricator, *l.* 1. *ff. de prævaric.* sed quid in procuratore? vide §. *si quis instrumentum, l. si quis aliquid, ff. de pœnit.* Iser. *quibus modis feudum admittatur, il* 2. *per totum.*

Tertiò, non potest conveniri cum cliente de quota litis parte, vel dimidia trina, vel quinta, & infrà, Navar. *loc. cit.* Sot. *lib.5.q.8.art.ult.de just. & jure*, textus est *in l. litem, C. de procur.* Navar. *cons. 4. de pactis.*

Quartò, nec potest patrocinari ambabus partibus.

Quintò, nec ipse, nec procurator, vel judex potest retinere scripturas, seu instrumenta litigantis, sibi tradita, & consignata pro mercede, & salario. Capyc. *decis.2.n.1.* Boer. *in dec.15.* & Bar. *in l. si non sortem, §. si certum ff. de condict. indeb.*

Sextò, potest veritatem occultare adversarius si habet justam causam, *argum. cap.1.3.q.4.* Tiraq. *de utro. retract. in præfat. n.70. & c. dominus, 23.q.2.* vide Covar. *lib.1.c.2.var.resol. per totum, & nu.1.* & gloss. *in c. cupientes, in verb. malignantium*, & in Gem. *de elect. lib.6.*

Septimò, an possit esse testis in causa cui patrocinatur, vel pro parte adversa, vel deponere ea, quæ sibi clientulus communicavit, vel de quibus fuit consultus, vide Vinc. de Franc, *dec.222.* ubi quoad primum, tertium, & quartum, respondet negativè.

Octavò, Advocatus non potest esse, qui non est baptizatus, *l. nemo, C. de postulat. c. qui nemo, de pœnit. d.1.* & ibi Navar. *num.2.*

Nono, Advocatus potest esse in causa appellationis, ille qui fuit judex in causa principali, sive in prima instantia. Cap Tolos. *q.178.* & ibi Addit.

ABORTUS.

Quot pœnas censuraſque reservatas Sedi Apostolicæ incurrant abortus, etiam non animato fœtu, vel sterilitatis venena procurantes, auxiliantes, dantes medicinas, vel alia hujusmodi, vide Bullam Sixti V. editam anno Domini 1589. Vide *c. si quando, c. quod verò, cum sequentibus, 32.q.2.* & Sylvest. *in verbo abortus*: quibus pœnis subjiciantur in foro exteriori, vide Cov. *lib.2.c.20.ver.11. num.9. var. resol. & in Clem. si. furiosus de homic.2.p.§.3.n.1.* vide etiam *in l. Cicero, ff. de pœnis*, & Fab. de Mont. *in sua praxi arbitraria, super prima litera, ne tuorum, p.4.c. de crim. partus elect. & c. cum sequentib. fol.258.* ubi præter spiritualia, ponit exceptiones adversus hoc facinus *suprascripto loco, fol.240.* vide Conc. VI. generale Constantinop. *c.91.* ubi dicit puniri pœna occisoris, vide *c. si aliquis*, & ibi Abb. *de homicidio, & c. sicut*, & ibi Abb. *eo. tit.* vide Bullam Greg. XIV. editam anno 1591. quæ reformat Bullam Sixti, de qua suprà. Secundò, si dubitatur an abortus fuerit animatus, nec ne, præsumitur potius animatus quàm non, Abb. *in c. sicut, n.7. de homic.*

ABBATISSA.

SUMMARIUM.

1. *Quot annorum debeat esse quando eligitur.*
2. *A quibus eligi debeat.*
3. *Quantum temporis duret in officio.*
4. *An possit eligi ex alia religione.*
5. *Aliæ officiales monasterii à quo eligantur*
6. *Quomodo eligi debeat Abbatissa.*

7. *An*

7. *An valeat quietatio Abbatissæ tempore infirmitatis facta procuratori in detrimentum Abbatissæ successitricis, & monast.*

AD primum. Præter ea, quæ habentur in jure communi, prout *in c. indemnitatibus, de elect. lib. 6.* dicam quæ de jure novissimo solùm pro practica; & primum Abbatissa, seu præfecta monasterii debet eligi non minor annis quadraginta, & quæ octo annis post expressam professionem laudabiliter vixerit. Secundò, si his qualitatibus non reperiatur in eodem monasterio, ex alio ejusdem ordinis eligi potest. Tertiò, si hoc etiam incommodum superiori, qui electioni præest, videatur, ex iis quæ in eodem monasterio annum trigesimum excesserint, & quinque saltem annis post professionem vixerint, Episcopo, vel alio superiore consentiente eligatur, Concil. Trid. *sess. 25. c. 7. de refor. regul.* Quartò, declarat. sac. Congreg. in meis. *n. 227.* cesuit in hæc verba: *Abbatissa, licet per quinquennium non permanserit in religione, dummodo excedat triginta annos, & id fiat ad requisitionem suarum monialium, & de licentia superioris, dummodo laudabiliter superiore anno in officio se gesserit, confirmari per biennium poterit.* Quintò, an sufficiat attingere dictam ætatem, vel requiratur, quòd expleverit, vide *c. sanctimoniales, 20. q. 1. & cap. diaconissam, 27. q. 1.* & Nav. *c. 25. n. 116.* Sextò, quòd non sufficit, quod sit professa tacitè, sed requiritur quòd sit professa expressè, quia hoc clarè dicit Concilium: & quomodo professio debet fieri expressè, vide *in ver professionis.* Septimò, quòd quando Conc. loquitur de priorissis & aliis præfectis monasteriorum, debet intelligi, non quando regitur per Abbatissam primò, secundò per priorissas, seu Vicarias, & inde per alias officiales, sed debet intelligi, quando monasterium regitur vel per Abbatissam, quæ est ut caput, vel per Priorissam, vel per præfectam, & sic habes, quod circumstantias, de quibus suprà, illas sola debet habere, quæ eligitur in capite regiminis. Nam Gemin. *in d. c. indemnitatibus notab. 5.* dicit, quòd non est differentia in modo eligendi Prælatum, licet diverso nomine nuncupentur, & facit text. quia jura loquentia de Abbatissa, locum habent etiam in Priorissa. vide Sylvest. *in ver. elect. 4. n. 7. §. 6. & text. in d. c. indemnitatibus, & gl. ibi, in ver. gubernatur.* Octavò, quid si deficeret tertia conditio, i. quòd reperiretur aliqua quæ excedat triginta annos, sed si non stetit per quinquennium in professione, quid agendum? tunc respondetur, quòd recurrendum est ad declarationem, quæ allata est superiùs. Nonò, quid si non reperiretur aliqua in monasterio, quæ non excedat triginta annos? ad hoc respondetur, quòd omninò debet esse talis. Ratio, quia datur forma, & ubi verba dant formam, si actus fiat non servatâ illâ formâ, actus est nullus ipso jure. Bart. *in l. Gallus, in prima columna, ff. de lib. & posthum.* & multa alia, quæ accumulat Gom. *in c. fin. §. si verò, de judic. lib. 6. nu. 19. & 20.* Decimò, dicet quis, si non posset eligi in Abbatissam, vel præfectam in capite regiminis, quia non habet requisita, prout superiùs, ad minus eligetur in Vicariâ: ratio est, quia

sufficit adimplere per æquipollens aliquid quod non potest per formam propriam; ad hoc respondetur primò, quòd hoc non est verum, quia quando in aliquo actu est data forma, non sufficit illam adimplere per æquipollens, sed debet ad unguem observari, ut tradit Alexand. *in l.1.col.2.ff.de lib. & posthum.* & multi Doct. quos citat Gom. *in c.1.n.18. de const.lib.6.* Undecimò, urget quis; quid si non inveniretur in monasterio talis? Respondetur quòd recurrendum est ad tria illa remedia Concilii; ut vel aliunde, vel aliàs, & hoc fundatur in ratione, quia in persona, quæ vult regere alias, duo requiruntur, gravitas morum atque ætas, & experientia regionis, & hanc parturit professio, argument. eorum, quæ dicit sac. Concilium Trident. *sess.23.c.2. & c.14. de refor. & in c.juvenculas, 20. q.1.* & ratio rationis est, quia Abbatissa est velut præsidens, & vocatur presbytera à sac.canon. *c.mulieres, 23.d.*

Ad Secundum. Concilium non statuit, à quibus debeat eligi & confirmari, sed id relinquit dispositioni *dict.c.indemnitatibus*, ubi habetur, quod eligi debeat à monialibus ejusdem monasterii, & quòd non habeat vocem in electione illa, quæ non sit duodecim annorum, & sit professa tacitè, vel expressè, & debet confirmari ab ordinario loci: sed si monasterium immediatè est subditum Papæ, à Papa, vel Legato illius provinciæ debet confirmari, ut patet *per capitulum si Abbatem, de elect. lib.6.* Sylvest. *in ver. Abbatissa, n.4.§.1.* & Ang. *in ver. confirmatio, §.4.* Hic est dubium, quia *in d. capitulo indemnitatibus*, dicitur, quòd dans vocem, debet esse duodecim annorum, & quòd sit professa tacitè, vel expressè, an hodie possit dare vocem illa, quæ jam est duodecim annorum, quia in tali ætate suscepit habitum, per *c.17.* Concil. Trid. *sess.25.* sed non est professa nec tacitè, nec expressè, quia nondum habet sexdecim annos & per *c.15. eod. sess.* respondetur quòd non, sed si excesserit sexdecim annos, & perseveraverit per annum in religione, & non emiserit professionem expressam, cùm jam censeatur professa tacitè per *c.periculoso, de stat. regul.lib.6. & c.1. de reg. eod.lib. & c. ex parte, de reg extra*, quòd tunc posset dare vocem, quia in hoc sac.Conc. non derogavit juri antiquo. vide Panor. *in c. vidua, num.7. de regul.*

Ad Tertium Greg. XIII. Bulla sua, quæ est 84. *fol.*1321. *in recentioribus impressis* statuit, ut Abbatissa, & aliæ monasteriorum Præfectæ eligant non ultra triennium & ita servatur in praxi.

Ad Quartum. *In Clem.1. de elect.* prohibetur, ne religiosus aliquis in Abbatem, vel prælatum alterius religionis, vel habitus de cætero eligatur, dans rationem: quia rationi non congruit, ut homines disparis professionis, vel habitus simul in eisdem monasteriis socientur, & hæc est ratio rationis, tum quia non conveniunt in professione, quia Benedictinæ ordinis B. Benedicti faciunt professionem primò, & postea consecrantur: Franciscanæ semel, & simul profitentur, & velantur, tum etiam quoad officia divina sunt diversa Breviaria, & sunt etiam diversæ observantiæ, & ceremoniæ, ut patet *in Clem. ne in agro dominico,*

minico, cum similib. Accedit etiam quod Con. *c.* 7. *in secundo remedio,* dicit, quòd eligatur ex alio ejusdem ordinis monasterio, & non loquitur de alio alterius ordinis, etiamsi in extrema necessitate coarctetur electio, & ne miteris, quòd *dicta Clem.* 1. *de elect.* loquatur de maribus, Abb. *in d. Clem. num.* 1. & appellatione monachorum veniunt moniales, Abb. *in c. de monialibus, n.* 3. *de sentent. excom.* quia idem est de fœminis propter indemnitatem rationis. facit *c. in nova actione* 16. *q.* 7. ubi dicitur: *in uno. n. eodemque officio non debet dispar esse professio, dicente Domino ad Moysen, Deut. c.* 22 *Non arabis in bove & asino, i. homines diversæ professionis in officio uno non sociabis,* vide Gom. *de grat. expect. num.* 71. & *c. officii, ext. de elect.* & licet Abbas & Abbatissa debeat eligi de ordine suo, tamen si fuerit expediens, potest eligi de alieno, & sic de Abbatissa. Abb. *in c. officii, n.* 1. & 4. *de elect.*

Ad quintum. Secundum diversas regulas, sic diverso modo vocantur illæ, quæ eliguntur ad regimina monasteriorum: in regula. n. S. Benedicti, Abbatissa eligitur in capite, postea Priorissa: in regula S. Francisci Abbatiss, & postea Vicaria, & quia diximus de electione Abbatissæ, & alienarum, dubitatur modò primò, an idem observari debeat in electione aliarum officialium monasterii, quod in electione Abbatissæ. Secundò, an requiratur confirmatio Superiorum. Ad primum respondetur ex dictis *superius* §. 1. quòd non. Ad secundum respondetur quod Conc. nihil disponit de istis, se sacr. Cong. *num.* 24. sic censuit. *Moniales, quæ à cap. sui monasterii electæ sunt in officiales, ut bona illius monasterii administrent, possunt in hujusmodi officio perseverare, quamdiu superioribus monasterii visum fuerit*; & sic videtur primò non currere triennium officialibus istis, nec confirmatio superioris est necessaria, nec circumstantiæ aliquæ; de quibus suprà, sed in quibusdam locis fiunt istæ officiales per gradum professionis.

Ad sextum. Dico primùm, quòd electio potest fieri tribus modis de jure antiquo. Primò, per modum scrutinii, ut s. à duabus partibus eligatur, vel compromissi, vel inspirationis, *c. quia propter ext. de elect.* Armil. *in ver. Abbatissa, n.* 8. Sylvest. *in ver. electio* 3. *n.* 7. *usque ad finem.* Secundò, Concilium verò *cap.* 27. videtur solùm admittere viam scrutinii, & inspirationis, nam ita disponit; *is verò qui electioni præest Episcopus, sive alius superior claustra monasterii non ingrediatur, sed ante cancellorum fenestrellam vota singularum audiat,* & sac. Cong. declar. *q.* 16. sic censuit, *in electione Abbatissæ Episcopus potest una cum Vicario suo, vel secretario, vel alio ab ipso assumpto, vota singularum monialium ore tenus expressa audire.* Tertiò, ista electio debet fieri per vota secreta singularium eligentium, ita ut eligentium nomina nunquam publicentur, Conc. *c.* 6. *ibid.* at si non fiat secretè, non valet electio, quia esset contra formam Concilii. ita Gemin. cum multis, *in c. cum expediat, vers. sed pone quod canonici, de elect. lib.* 6. & ita fuit decisum Romæ, in electione Provincialis Carmelitanorum provinciæ terræ Laboris regni Neapolis, qui fuit electus

unanimi consensu unica voce, omnibus fratribus acclamantibus, Eligimus talem: tamen quia non fuit electus per vota secreta, fuit declarata irrita electio, & loco illius fuit alter electus. Ratio est, quia forma est essentialis, data à sacro Concilio, quam non licet alterare, prout dictum est §. 1. *superius.*

Ad septimum. vide Afflict. *decis.* 168. *n.* 2. ubi in facto respondetur negativè.

APOSTOLI.

PRimò, Apostoli in judicio unde dicantur, quot sint genera ipsorum, vide gloss. *in c.* 1. *in ver. petat apostolos, in addit. de appellat.* & Pengam. *in com.* 31, *super.* 3. *par. Direct. inquisit.* & Hostien. *in sum. tit. de appellat.* §. *qualiter, ver. dicuntur autem Apostoli.*

Secundò, terminum ad petendum Apostolos, vide *in c. ab eo, de appellat. lib.* 6. qui est triginta dierum, licet hic terminus possit restringi à judice à quo. *Clem.* 2. *& ibi. gloss. de appellat.* Maran. 6. *p. de appell. n.* 223. *& Clem. quamvis, & ibi glos. in ver. centum, eo titul.*

Tertiò, terminus ad recipiendum currit à die sententiæ, si pars habuit de hoc notitiam, secus, à die appellationis, *decis. Rotæ* 5. *in novis. de appellat.* & gl. *in c. ab eo, in ver. triginta dies, loc. cit. n.* 222.

Quartò, quomodo debeant peti, vide *dictam Clem.* 2. *& d. c. ab eo, & ibi gl. in ver. instanter.*

Quintò, an debeant dari clausi, & sigillati, vide gloss. *in d. Clem.* 2. *in ver. oblatos, in fin.* ubi videtur dicere quòd non clausi, *argum. c. intimasti, extrà, de appellat.*

Sextò, apostoli tradendi sunt appellanti non autem appellato, quia appellatus potest prosequi appellationem in casibus sibi permissis, licet non petierit Apostolos. Gemin. *in cap. ut super notab.* 1. *per illum tex. de appellatione libro* 6.

ATTENTATA.

PRimò, an lite pendente attentata sint revocanda; vide Afflic. *decis.* 131. *numero* 1. & non impediunt quò minus procedatur in causa principali, adde Cap. *decis.* 72.

Secunò, an prius diluenda, quàm eatur ad negotium principale, idem *dec.* 98. *num.* 3.

Tertiò, attentata sunt revocanda in qualibet parte litis. idem Afflict. *decis.* 352. *num.* 4.

ALTARE.

PRimò, altare est duplex, stabile, & portatile; potest esse lapideum, & ligneum, sed primum potest solùm chrismatis unctione consecrari, non secundum, & passim videmus uti altaribus ligneis. *cap. altaria. lib.* 1. *de consec. d.* 1.

Secundo, quantæ debeant esse magnitudinis, videto pro praxi instructiones positas in actibus ecclesiæ Mediolanensis, ubi pulchra habetis *in tit. de altaribus.*

Tertiò, in altari nuper ædificato, & non consecrato potest celebrari, modò adsit altare portatile, & sit in Ecclesia, in qua de licentia Episcopi consuevit celebra-

lebrari, *c. nemo, de consecrat. dist. prima*, Selva *tract. de benef. 1. p. quæst. 5. num. 226. cap. missarum, ea. dist.* Diaz. *in prac. crim. Can. c. 34.*

Quartò, quibus modis altare stabile execratur, vide Sylvest. *in ver. altare*, §. 6. Tabie. *eod. ver. n. 7.*

Quintò, altare portatile potest fieri tribus modis, Sylvest. *loc. cit.* §. 2. Primò ex ligno, & in medio ejus lapis sub quo sunt reliquiæ. Secundò ex ligno, & lapide in medio, & in medio lapidis sigillum sub quo sunt reliquiæ. Tertiò ex lapide, & in medio lapidis lapis alter continens sigillum: sed primus & tertius modi sunt in usu frequentiori.

Sextò, si sit ex ligno, & lapis sub se contineat reliquias, lapis ille debet esse capax expedis Calicis, & Hostiæ, aliàs non, Sylv. *loc. cit.* §. 1. *& 6.* & execratur primò quando amovetur sigillum, i. lapis medius à lapide, vel à tabula, i. si amoveatur lapis ille, sub quo continentur reliquiæ, quia in conjunctione lapidis cum lapide, vel cum tabula consistit consecratio; tam si altare est mobile, quam si stabile, Host. *in c. 1. de consec. Eccl. vel alt.* Tancredus, & Jo. And. *ibid.* & Panor. *n. 3.* D. Ant. *3. p. tit. 12. c. 6.* §. *9.* ubi dicit, quòd si lapis sigilli amoveatur à ligno, vel ab altari, vel à lapide, in quo compaginatus est, execratur altare, per *c. si motum, de consec. dist in. 1. & gl. ibi, in ver. altare*, Innoc. *in c. 1. num. 2. de consecrat. Eccl. vel alt.* ubi dicit, quod si mensa fuerit penitus destructa, vel enormiter fracta, execratur altare; secus verò, quando non est enormiter fracta, etiamsi sit portatile, Tab. *loc. cit.* Panor. *in c. ligneis, n. 2. eo tit.* Tabien. *loc. cit.* §. *quinto*, adeò quòd tribus modis execratur altare tam stabile, quam portatile: primò, quando amovetur lapis sigilli, & decidit, vel exclaustratur à ligno, vel à lapide: secundò, quando enormiter frangitur; Navar. *cap. 25. numero 83. not. 17.* Joan. And. *in novel. cap. 1. eodem titulo.* licet in primo dicto videatur variare gloss. *in dicto capitulo primo, in ver. altare*, & Hostien. videtur confirmare primum dictum ipsius gloss. nempe, quòd si solùm amoveatur lapis, & non frangatur notabiliter, quod non indigeat reconciliatione: sed tu tene primum, quia securius, ut patet ex Doctoribus cit. Adde tertiò, quando amovee rentur, vel tollerentur reliquiæ; *cap. 1. de consecratione Ecclesiæ, vel altaris.* Abbas *in capitulo secundo, numero primo, de jure patronat.* & Innocent, *in rubr. de consecratione Eccles. vel altaris, num. 2.* dicit tunc execrari, quando junctura fuerit mota, quia in illa conjunctura, seu conjunctione præcipuè intelligitur esse consecratio altaris.

Septimò, Altare quomodo debeat sepiri, & alia ornamenta habere, vide Sylvest. *loc. cit. à n. 55.* §. *2. & infra.* vide Conc. Turon. XI. *can. 3.*

Octavò, in consecratione tam altaris stabilis, quàm portatilis, an sint necessariæ reliquiæ, & quid si deficientibus reliquiis possit apponi corpus Christi, id est, aliqua pars hostiæ consecratæ, negativè ad omnia hæc respondet Selva *loc. cit. à num. 107. & infra.*

Nonò, an pro altari nondum ædificato possint interpretari indulgentiæ, respondetur negativè, & vide inferiùs *in ver. indulgentia*, §. 8. Deci-

Decimò, altaria, quæ interdum sunt in quibusdam capellis per agros, aut per vias, debent everti per Episcopos. Conc. Carthag. V. *cap.* 14. ita auctor Conc. Sum, & hoc nota pro visitationibus.

ARREPTITII, SEU ENERGUMENI.

PRimò, quib. ex causis homo fiat arreptitius, id est, possideatur à dæmone, quoad corpus, vide Sylvest. *in tractatu de strig. lib.* 2. *cap.* 2. *puncto* 5. ubi enumerat quinquè causas; primò pro suo merito, sicut de Severo in vita B. Martini habetur, secundò pro levi & aliena culpa, tertiò pro peccato veniali ipsius, quartò pro peccato gravi alieno, quintò pro peccato graviproprio, & sic non est verum, quod vulgo dicitur, quod semper propter peccatum mortale quis arripiatur à dæmone, Sot. 4. *sent. dist.* 6. *q.* 2. *art.* 2. D. Thom. 3. *p. q.* 49. *art.* 2 *ad secundum argum.* Gabriel 2. *sent. dist.* 8. *q.* 2. *art.* 1. Doct. expositores *super c.* 12. 2. Corinthiorum, super illa verba, *Angelus Satanæ qui me colaphizat. tract. de fuste dæmonum, c.* 11.

Secundò, cur interdum non liberentur? septem causas enumerat idem Sylvest. *c.* 11. *puncto* 3. Prima, circumstantium fides exigua; secunda, peccatum sustinentis maleficium; tertia, negligentia exhibentium remedia; quarta, exorcistæ in fide vitium; quinta, ut virtus notificetur in alio, quàm in exorcista, sexta, purgatio eorum qui patiuntur; septima, ob ritum in Baptismate non bene in totum observatum.

Tertiò, cur fœminæ potius arripiantur, quàm mares, vide eund. *c.* 5. *puncto* 1. ubi assignat quinque rationes. Alphons. de Cast. *lib.* 1. *c.* 16. *de just. hæret. punit.*

Quartò, cur potius arripiantur virgines, puellæ simplices, videto Laur. Anan. *tract. de nat. dæm. lib* 4. *fol.* 201. D. Thom. *in q. de potentia, q.* 6. *art.* 10. *ad* 4. §. August. *lib.* 11. *de civ. Dei.*

Quintò, arreptitii non sunt verberandi, nec fumo, sulphure, aut alapis vexandi, cùm exorcizantur, quia hæc dæmon parum curat, & pauperrimus obsessus sentit solùm dolorem, Syman. *de cath. instit. tit.* 63. *num.* 32. nec quibusdam herbis, seu musicis vexandi vel dulciendi. Navar. *cap.* 11. *num.* 38. *notab.* 31. sed Flagellum dæmonum *c.* 3. dicit quod sic, & refert Josephum *lib.* 8. *antiquitatum*, & licet aliqui possint expellere dæmonem rebus sensibilibus, tamen non sine exorcismis Ecclesiæ, idem ibidem ex mente & ex censura sanctissimæ Inquisitionis, quia multi possunt expellere dæmones arte magica, id est, per pacta cum dæmone tacita, vel expressa, ut homines in errore teneat. Bar. Sibilla *spec. p.* 9. *q.* 2. *c.* 8. 3. *decis.*

Sextò, optimum remedium in exorcizandis est, primò bona vita exorcistæ, secundò, confessio, & communio ipsius obsessi, jejunium, oratio, & eleemosyna. exorcismus fiat in loco sacro, cum paucis circumstantibus sine curiositate, & hæc omnia sunt notanda pro practica quotidiana, & multa reperiuntur in sacra Scriptura.

Septimò pro exorcismo habeantur Sacer-

Sacerdotale, Flagellum dæmonum, Fustis dæmonum, & alii libri de hujusmodi materia tractantes, modò sint approbati ab Ecclesia. imò circa hoc potest Episcopus multa limitare, & ordinare, ut exorcismi fiant per personas approbatas, Nav. *cons. 6. de offi. deleg.*

Octavò, vexatio hominis à dæmone potius in plenilunio, & observationibus stellarum solet evenire, quam aliàs. D. Thom. *p. 1. q. 115. art. 5. ad secundum argum.* vide *tract. de Fuste dæmonum, cap. 18.*

Nonò, ex vexatione, molestia, & maleficio potius dæmon cruciatur, quàm aliquid boni, vel quietis percipiat, licet ille dicat oppositum, ad deludendum ignorantes, vel sacerdotes exorcizantes. Malle. malef. *q. 18. f. 131.* ratio est: quia fert secum pœnas, sicut leprã leprosus.

Decimò, decipiuntur etiam aliqui credentes quòd sint animæ defunctorum, quod illi falsò astruunt, & nominant, sed revera sunt dæmones, & illi qui destinati erant particulariter ad tentandum illum mortuum, cujus animam ipse obsessus, sive dæmon fingit esse. Bart. Sibilla *in tract. pere.* sicut enim cuilibet homini datur unus Angelus ad custodiam, ita adest unus dæmon ad tentationem, ut patet ex Doctor. vulgatis. vide *tract. de Fuste dæmonum c. 3. & c. 4. & c. 1. juxta finem.* Sibilla *loc. cit. q. 6, c. 3. decis.*

Undecimò, cùm dicitur dæmonem intrare cor, vel corpus alicujus, non credas intrare in animam, quia hoc solùm potest Deus. Sibil. *loc. cit. q. 4.* D. Aug. *de Eccles. dog. c. 50.* ita cùm dicitur intrare corpus, non intelligitur, quòd intret in partem aliquam vitalem, sed in humores, vel excrementa, idem Sibil. *loc. cit. quæst. 2.*

APOSTATA.

PRimò, apostata triplex, à fide, ab ordine, & à religione, vide Sylvest. *in ver. apostata.* sed primò à fide, qui & renegati vocantur, quomodo possint absolvi, vide *inferùs, in ver. casus, in quib. & c. in ver. apostata, & in ver. renegati.*

Secundò, apostata à religione quomodo audiatur, vide *in ver. professio & Bullam Sixti* V. in apostatas tam activè, quàm passivè, & est excommunicatus, *cap. 2. ne cler. vel monach. lib. 6.* Abb. *in c. consultationi. n. 2. de apost. & in c. 1. n. 2. & 3.*

Tertiò, an sit habilis ad beneficia obtinenda. Vide Rebuf. *pract. ben. tit. de dispens. cum reg. fac. n. 43. & infra,* adde quòd etiam invenitur apostasia perfidiæ, *const. regni. exordiẽs, apostatantes, de apostat.* ubi optimè Iser. loquitur de apostasia inobedientiæ.

Quartò, apostatarum pœnas, vide *in Bull. Paul. IIII. quæst. 29.* ubi postquam moniti fuerint receptatores eorum ab ordinariis, sub quibus moram trahunt, & non destiterint, sunt excommunicati ipso jure, & si jus fuerit patronatus, patroni privantur jure præsentandi pro illa vice, nec possunt transire ad parem, vel arctiorem religionem.

BONA.

PRimò, Bona census, jurisdictiones, redditus, fructus, de quibus fit mentio *sess. 22. c. 11. Concil. Trident.* contra

occupantes ea, quæ sunt locorum piorum, videto, quid veniat appellatione eorum, utrùm bona mobilia, immobilia, actiones, & nomina debitorum, & res omnes. Covar. *inc. relatum, il secundo, de testam.* & Abb. *ibi. n.* 2. Oldrad. *consi.* 219. gl. *in c. fi. in ver. jure, de reb. Eccles. non alien. l.* 9. Guid. Pap. *q.* 584. & 441. *n.* 2. quæ deserviunt pro intellectu ipsius c. vide Vinc. Franc. *decis.* 93. & 101. *n.* 21. & 31. Bart. *in l. uxori meæ, ff. de usufr. leg. & in leg. Quintus*, §. *argento, columna secunda, ff. de aur. & argen. leg* Bald. *in l.* 2. *ff. de stat. hom. & in l. si.* § *fi. ff. solut. matri.* & ibi Imola, 2. Quæ bona dicantur de mensa Episcopi, vel capituli, vide Abb. *in c. ne super, n.* 9. 12. & 13. *de reb. Eccl. non alien.* Card. *in cons.* 112. *in princ. & con.* 34. Calder. *cons.* 2. *de feud.* & Cap. Tolos. *q.* 305. dicit quòd pecunia exigenda, non venit appellatione mobilium, & immobilium, & ita fuit decisum in facto, licet citet Bart. *in l. potest, de auctor. tut. & in l. moventum, de verb. signis.* & addit. ibi dicit, quòd appellatione bonorum mobilium, non veniunt jura & nomina debitorum.

BARONES.

PRimò, Baro, & prælatus potest uti vasallis, pro suis servitiis, modò solvat eis pro servitiis præstitis justum pretium, Abb. *in c. consensus, n.* 2. *de reb. Eccles. non alien.* D. Anton. 3. *par. tit.* 3. *c.* 4. §. 4. Navar. *c.* 25. *n.* 7. *notab.* 17. & non debet uti taxa pretii præfixi in pragmatica antiqua in hoc regno Neap. quia mutatis temporibus mutantur & leges, ut dicam *in ver. emptio.* & ita communiter observatur à Baronibus piæ mentis: & ita tenet quidam modernus scriptor. Secundò, si Barones non egerent servitiis vasallorum, & vellent eorum servitia locare aliis, non possent sine peccato mortali, etiamsi super majorem utilitatem offerent eis, quia alicui invito non confertur beneficium, Navar. *loc. cit.* nec possūt uti servitiis vasallorum diebus festis per duas horas, vel circiter, Sot. *l.* 7. *q.* 2. *art.* 1. *de just. & jure.*

Secundò, Baro potest vendere servitia vasallorum, quando esset in magna necessitate, D. Ant. *loc. cit.* & ab eis etiā exigere nova tributa aliqua, stante publica necessitate, & si ad eam sublevandam non sufficerent sui reditus. Navar *loc. cit. notab.* 16. ut pro Rege, vel pro maritandis filiabus, *arg. c. cùm secundum Apostolum, de præb. & cap.* 1. 13. *q.* 2.

Tertiò, Barones non possunt condere molendinum in suis oppidis, & cogere suos vasallos omnes ut eant ad molendinum illud, cùm hoc sit initium tyrannidis, Boer. *decis.* 125.

Quartò, non potest facere tabernam, & cogere, ut omnes transeuntes eant ad hospitandum ad illam, prohibens omnibus suis vasallis, ne hospitio excipiant domi quempiam, nec consanguineum, *capitulo significante, de appellat.* & Abb. *num.* 1. & Phil. Francis. Boer. *dec. cit.* nisi habeat privilegium à Rege, vel præscripserit hoc sibi permittentibus subditis, alias dicta præscriptio non valeret. Idem Anton. Niger *in c. gravamina Caroli* 1. *c.* 33. *numero* 52. *& infra*, & in multis locis est consuetudo, ut vasalli non possint vendere frumenta, hordeum, & vinum,

vinum, nisi priùs vendantur illa Baronis, neque coquere panem, nisi in furno Baronis: ita habet Archiepiscopus Comzanus in terra sancti Mennæ, nec macellare carnes, nisi in marcello Baronis, & ita habet Episcopus Minorensis, imò ipse solus habet apothecas, seu officinas, & quòd non possit vendi ad minuta in pondere, & hoc ex antiqua consuetudine, & præscriptione, cujus non extat memoria in contrarium. vide Afflict. *in constit. Magistris, & procuratoribus, notab. 2.*

Quintò, Barones an possint vendere officia Capitaneorum, & officialium, quos ponunt pro administranda justitia in suis terris, vide Navar. *loc. cit. nota. 19.* Sot. *lib. 3. q. 6. art. 4. ad primum argum.* Sylvest. *in ver. restitut. 3. §. 5. n. 4. & ver. dominum, n. 5. §. 2.* Vide *Bull. Pii V. 145. quæ incipit, Et si Romani, & aliam 150. quæ incipit, cùm nuper,* ubi agit contra procurantes officia, & dignitates pretio, vel alio, &c. & Navar. *consil. 2. de empt. & vend.* tenet, quòd emens officia, vel jurisdictiones, peccat mortaliter, nisi emat à Principe non recognoscente superiorem, vel de licentia ipsius, vel consuetudine, vel aliàs: tamen hodie passim videmus illa vendi, licet magna cum jactura justitiæ, & vitorum bonorum.

Sextò, Barones debent cedere locum Episcopis tam in Ecclesia quàm extra, ut par est, Conc. Trident. *sess. 35. cap. 17. de reform.*

Septimò, Baro si habet Burgensatica in territorio suæ Baroniæ, eorum respectu contribuere tenetur in onetibus universitatis, ut bona tenens, non ut civis, Vinc. de Franc. *decis. 197. n. 19.*

Octavò, Barones in quib usdam terris ex antiqua consuetudine imponunt talias certas, & absque pecca to exigi possunt, si non sunt immoderatæ. idem *decis. 56. n. 13.* nec obstat Bulla cœnæ Domini, quia loquitur de potestate ad id non habentibus.

BLADUM.

AN bladi, tritici, vel frumenti appellatione veniant omnia legumina, vel omne quod in terra, vel in agro conteritur, vide *l. triticum, de verb. oblig. & l. frugem, §. frumentum. ff. de verb. sig.* Bal. *in consi. 247. lib. 3.* gl. ac Bart. *in l. 1. ff. de aqua plu. arc.* Ab. *in c. ex multiplici. n. 3. de decim.* & ibi addit Zanch. *in ver. frumenti.*

BAPTISMUS.

PRimò, licet tractatus de baptismo est locupletissimus, de quo poteris videre apud Sũmistas, *in ver. Baptismus,* & Theologos 4. *sent. à. dist. 7.* & Canonistas, *in tit. de baptis. & ejus effect. de consecr. dist. 4.* & Navar. *c. 22. à n. 5.* tamen solùm ea attingam, quæ sunt pro frequentiori praxi.

Secundò, si quis baptizaret marem, & postea reperiret esse fœminam, an sit baptismus, vide Sot. 4. *sent. dist. 1. q. 5. art. 8. juxta fin.*

Tertiò, hodie compatres (ut vulgò dicuntur) non possunt esse nisi unus & una ad summum, qui baptizatum de baptismo suscipiant, Conc. Trid. *sess. 24. c. 2. de refor.* non potest esse mutus, nec compater, nec cõmater, *c. parvuli, de cons.*

dist. 4. & Anch. *in rub. de cognat. spirit. num.* 4. *lib.* 6.

Quartò, quod Episcopi non possunt dispensare, ut sint duo viri loco viri, & mulieris, nec contrà, ita censuit sac. Cong. *n.* 490. quod rationi est consentaneum: nam baptismus, cùm sit regeneratio spiritualis, conformari debet generationi naturali, seu corporali in quãtum potest, sed naturaliter non potest homo generari, nisi ex uno mare, & una fœmina, ergo, &c.

Quintò, hodie est ablata confraternitas, & compaternitas, inter ipsos tenentes sive suscipientes,, & filios ipsorum, & baptizatum.

Sextò, quòd uxore Sempronii tenente filium Titii, & Bertæ in Baptismo, compaternitas non contrahitur inter Titium, & Bertam matrem baptizati cum Sempronio, nec è contrà. Conc. Trid. *loc. cit.* & declarat *Bulla Pii V. quæ incipit, Cùm illius vicem. Sub datum Romæ* 1566. 4. *Calendas Decembris, Pontif. sui anno primo,* ubi concludit, inter quatuor personarum genera contrahi hanc cognationem, inter baptizantem & baptizatum, inter tenentes, seu suscipientes, & baptizatum ipsum, & patrem, & matrem ipsius, nec obstant c. *Martinus, cum similibus, & c. gaudeamus, de divortiis, & dictum Domini nostri, Et erunt duo in carne una,* quia ista auctoritas potest habere alium sensum, & illi textus sunt correcti per jus novissimum.

Septimò, dubium est an contrahatur ista cognatio inter omnes tenentes, seu suscipientes; si non scribantur; & omnes tangant, vel teneant, vel suscipiant, cùm sac. Concil. *loc cit. ver. parochus autem dicat, quòd antequam parochus ad baptismũ conferendum accedat, diligenter sciscitetur quos elegerint, ut baptizatum de sacro fonte suscipiant, & in lib. eorum nomina describat,* & respondetur quòd sic, Navar. *c.* 22. *n.* 39. & quidam modernus *in publica lectura anno* 1578. *die* 12. *Decembris.* Sed parochi negligentia erit punienda arbitrio judicis, & sic sint cauti curati, ad prius scribendum nomina compatrum, & commatrum, quàm ad baptizandum accedant.

Octavò, per *d. c. Martinus,* contrahebatur cognatio inter uxorem Titii solùm tenentis, & Titium, & baptizatum, & parentes ejus, an post Conc. ista uxor mortuo Titio posset ducere in virum, vel patrem illius baptizati, vel ipsum baptizatum: respondetur affirmativè, & è cõtra. Ratio est, quia licet per Conc. non sit ablata antiqua compaternitas in hoc casu, tamen ablatum est impedimentum, ita Pius V. *in Bulla superiùs citata, & in publica lectura,* quidam modernus *eodem anno, die* 5. *Decembris.*

Nonò, quòd dictum est de sacramento baptismi, ita censeri debet in sacramẽto confirmationis. Navar. *c.* 22. *n.* 37. *fi.* Diaz. *in pr. crim. can. c.* 76. & Cõc. *loc. cit.*

Decimò, quomodo baptizandi sunt, qui veniunt ad fidem, & quid scire priùs debeant, vide Sum. Conciliorum Elibertini *c.* 42. & Laodicen. *c.* 46. & 47. & an baptisma possit administrari extra Ecclesiam, & in Oratoriis privatis, sine licentia Episcopi? Respondetur, quòd non sub pœna depositionis, Concil. VI. Constantinopol. *c.* 31. & Paul. III. *Bulla* 29. jubet,

bet, ut instruantur in articulis fidei, abstineant à commercio infidelium, & alia prout ibi.

Undecimò, an ista cognatio spiritualis contrahatur inter omnem, & quemcunque baptizantem, etiam laicum, vel fœminam, etiam in articulo necessitatis, & ipsum baptizatum, patrem, & matrem ipsius baptizati? Respondetur affirmativè, ita Conc. *loc. cit.* & Bulla Pii V. quibus in locis fit mentio de baptizante, nulla facta exceptione, & hoc ampliatur etiam in patre fornicario: sed fallit in patre legitimo, & matrimoniali, *c.1. de cognat. spir. lib.6. & c. ad limina, 30. q.1.* Navar. *c.16. n.30. notab.10. ver. interrogatus, & c. 22. n.40. notab.3. ver. interrogatus.*

BENEFICIA.

SUMMARIUM.

1. *Quotuplex beneficium, & quæ in impetratione ipsius requisita.*
2. *A quibus conferri possint.*
3. *Quando conferri debeant.*
4. *Ad quid obligent beneficia.*
5. *Quo ordine, & quibus circumstantiis conferri debeant.*
6. *Dum vacant, fructus & introitus cui debeant applicari.*
7. *Quot beneficia possint obtineri, & possideri.*
8. *Quibus conferri debeant.*
9. *Quæ requirantur ad possessionem capiendam.*
10. *Quibus verbis uti debeat prælatus in collatione beneficii.*

AD primum, quænam requirantur ad hoc, ut aliquod dicatur beneficium, vide Selvam *1. p. q.1. num.2. & infra*, & relictis multis more meo, quæ possunt vocari beneficia, dico quòd beneficia.

Primò, alia sunt curata, alia simplicia: quænam dicantur curata, vide *in ver. parœcia, inferius*, § *1.* & Selvam *loc. cit. q.2. per totum.*

Secundò, simplicia dicuntur illa, quæ non habent populum, vel clerum, & quæ non habent curam animarum: & beneficiati simplices dicuntur illi qui non sunt canonici, Staph. *de lit. grat. fol.71. num.2.* Selva *loco citat. num.47.* D. Anton. *3. par. tit.15. cap.1.§.* & Selva *loc. cit. num.48. ver.12.* glos. *in c. cùm ad hoc, in ver. assistos, de cler. non resid.* licet etiam canonicatus de cathedrali, etsi requirat residentiam, tamen dicitur beneficium simplex, Navar. *consil. 97. de Simon. & consilio secundo de injur. & dam. dato.*

Tertio, Capellaniæ sunt illæ quæ habent aliquod onus celebrandi Missam in aliquo altari, Staph. *ibidem num.27.* & interdùm dicuntur beneficia servitoria, quando simul cum illo onere habent adjuvare curatum, in cantando, & aliis similibus in Ecclesia, *arg. c. significatum, de præbend.* Staph. *loc. cit. fol.71. num. tertio*, gl. *in Clem. unica, in versic. beneficiorum, ad 5. respon.* Selva *loc. cit. q.3. nu.10.* Gom. *de expectat. num.41. & 42. & q.23. de infir. resig.* Abb. *in capitul. recolentes, in ver. altaria, de stat. monach.* & Gom. *q.20. de ann. poss.* quod confirmatur à sacr. Congreg. *declarat.222.* in hæc verba,

Si capellania habet onus celebrandi certas missas, & coadjuvandi in cura animarum in Ecclesiæ plebanatus, dicitur requirere residentiam. Aliqui scribunt capellam cum uno p. quasi descendat à capella, quia pellibus capellarum fiebant sub dio; aliqui per duo pp. sed unde dicatur capella, & quænam sit, vide observationem Illustrissimi Baronii, *in Martyrol. die undecimo Junii, littera* F.

Quartò, beneficium monocolum est illud, quando prælatus solùm illud habet ad conferendum, *dec. Rot.* 13. *de præb. in novis.* Selva *loc. cit.* 3. *p. q.* 11. *n.* 25. *qualit.* 13.

Quintò, beneficium sæculare, vel regulare quando dicatur, vide *c. cum de benef. de præb. decis. Rot.* 2. *de præb. in novis.* Selva. *loc. cit. à n.* 39. & quòd temporis curriculum sufficit ad probandum beneficium esse sæculare, vel regulare, ultra dictam decis. & Selvam, vide Gom. *de expect. à num.* 67. *& infrà, & nu.* 206. & Staph. *de lit. grat. forma* 8. *à n.* 1. *& for.* 10. *nu.* 2. ubi concludunt ad probandum sæculare sufficere decennium, regulare vero quadragesimum. Verùm quomodo hoc intelligatur, vide *dec. cit.* hic sunt nonnulla dubia, & primùm an regularis possit præfici beneficio sæculari eique dare in titulum. Selva 4. *par. q.* 7. *ver.* 15. dicit hoc posse facere Episcopum de licentia sui prælati, idem Covar. *c.* 22. *de testam. n.* 2. etiamsi esset paræcialis, *decis. Rotæ* 433. Staph. *loc. cit.* 136. *num.* 5. *& fol.* 80. *n.* 6. *& decis. Rotæ* 18. *de præben. in novis.* sed hodie secus, Conc. Trid. *sess.* 14. *c.* 10. *de refor.* Decis. Caputaqu. 85. *&* 223. *par.* 2. idem censet de pensione. Secundùm, an regularis possit habere in titulum beneficium regulare; respondetur affirmativè per Concilium Trid. *sess.* 14. *c.* 10. *de reform. prout ibi.* dummodo sit processus in illa religione, cujus est beneficium regulare, aliàs non, & ita intelligitur de qualibet concessione facta regulari, Rebuff. *tit. de dispen. fact. cum irreg. num.* 24. *fol.* 322. Oldrad. *cons.* 222. adde quòd Covar. *cap.* 2. *num.* 2. *de testam.* intelligit Concilium Trident. de beneficiis simplicibus, & non de paræciali.

Sextò, beneficia manualia sunt illa, quæ non dantur in perpetuum, & ideo non possunt dici verè beneficia ecclesiastica, sed dantur ad tempus, & sunt amobilia ad nutum superioris, Gom. *de expect. num.* 44. Staph. *fol.* 38. *n.* 29. Selva 2. *p. q.* 11. *n.* 8.

Septimò, præstimonia, seu præstimonialia sunt quidam introitus, fructus, census, seu emolumenta, quæ ab initio fuerunt instituta pro studentibus, & pro subsidio contra infideles, Gom. *loc. cit. num.* 39. Staph. *fol.* 17. *num.* 5. & aliquando dantur in titulum, gloss. *Clem. fin. in ver. quodcunque, de vit. & hon. cler.* & pro servitio alicujus Ecclesiæ, quod non potest fieri per laicum, aliquando pro subsidio, Staph. *loc. cit. fol.* 72. *num.* 5. Conc. Trid. *sess.* 23. *c. de seminario.*

Octavò, beneficium patrimoniale quodnam sit, vide Gom. *loc. cit. n* 39. & 40. & Covar. *pract. qq. c.* 35. *n.* 5. *&* 6. *c.* 36. *n.* 4. *ver. similiter.* & ista beneficia patrimonialia cadunt sub indultis Cardinalium, & Ordinarii debent ea conferre filiis patrimonialibus, Caputaqu. *dec.* 66. Cardinales in hoc debent se habere ac se habent

habent ordinarii, cum per indultum subrogentur loco illorum. idem *decis.19.n.2.* & agens ad beneficium patrimoniale debet probare, se talem, ita etiam in jure patronatus, nec creditur Episcopo attestanti, talem esse filium patrimonialem, Rota *decis.11.de jure patr.in novis.* Caputaqu. *decis.289.par.2.* sicut petens hæreditatem, debet se probare hæredem, idem *loc.cit.decis.320.*

Nonò, beneficium juris patronatus, & hoc potest habere multis modis, ut dicam *in ver. Jus patronatus*, §.1. & est multiplex. Primò, ecclesiasticum, ut quando præsentatio ad illud pertinet ad personam ecclesiasticã, ratione Ecclesiæ. Secundò, quando pertinet ad personam ecclesiasticã ratione patrimonii. Tertiò, competit personæ Ecclesiasticæ ratione Ecclesiæ, & laico simul. Quartò, quando persona laica illud habet ab Ecclesia. Quintò, quando persona ecclesiastica illud habet per donationem â laico, & in iis omnibus solet derogare summus Pontifex, & Legatus de latere, ut patet *c.dilectus, il 3.de præb.& ibi gl.in ver.ex ordinatione*, gl. *in c.dilectus*, *in ver.quempiam præsentare, de jure patron.* & gl. *in c.2.ver.collatio, de præb.lib.6.* Selva *loc.cit.3.par.q.11.n.11.& infr.q.4.num.19.* Hostien. *hoc titul.in sum.* §. *in quibus*, *num.* 10. juxta medium. Sextò, quando est laicale, ut ex patrimonio, tunc non solet Papa derogare, etiamsi vacet in Curia, alter quàm per obitum, Staph. *fol.92.nn.8.& fol.98.n.5.* Covar. *pract.q.c.36.num.4.* & Staph. *fol.17.n.1.*

Decimò, hospitalia quænam sint, vide *in verb.hospitale*, & an, & quando veniant appellatione beneficiorum, vide *Clem.1.* & ibi scribentes, *de præb.* Gom. *q.2. de trien. possess.* ubi dicit; quòd dictionem, *quodcunque*, venit hospitale, gloss. *in Clem. fin. in ver. quodcunque*, *de vita & honest.cleric.* & Gom. *q.7.de trien. poss.* Selv. *3.p.q.57.per totã, & 1 p.q.6.n.26.*

Undecimò, Commenda potest fieri de non curato, & de curato beneficio, gl. *in c.nemo.* & ibi scribentes, *de elect.lib.6.* & an hodie dentur in titulum, vide Gom. *qu.5.de trien.possess.* ubi dicit, quòd sic, & *q.5.de idiomate, & de expect.nu.66. & q.3.de infirm.resig. & q.26.de ann.possess.* & an commendatarius dicatur in dignitate constitutus, vide eund. *in c.statutum, n.79. in nova ampliatione, de rescrip. lib.6.* & hodie pro majori parte sunt perpetui, & consequenter faciunt fructus suos, utuntur mitra, & baculo, ut vidi Surrenti, in Conc. provin. ubi sunt quatuor Abbatiæ commendatæ, & memini quendam Archiepiscopum, dum dubitaret, quia audivit leges civiles existens commendatarius, per *c.fin. ne cleric. vel monachi*, Papam Greg. XIII. secũ dispensasse dum dubitabatur, ne incurrisset aliquam irregularitatẽ: vide Boer. *decis.217.* & Capyc. *dec 3.n.1.* & vide Gem. *in c. nemo. ver. in ea. & gl. ibi non*, ubi dicit per illũ text. & Doct. in illo, quòd commenda habet quandam attinentiam, vel affinitatem cum pralaturæ, per quã Ecclesia non dicitur vacare, sicut dicitur de præscrip. & consuetudine, quæ sibi attingunt.

Duodecimò, dignitas quid sit, quot, quæ sint, vide Sylvest. *in ver. dignitas*, & Arch. *in c.1.de conf.l.5.* & quæ sit prima post pontificalem, vide gl. *in capit. de liberatione, in ver. electionis, in fine, de off. leg. lib.6.*

lib.6.& Staph.*fol.*8.*n.*9. & hoc deservire poterit prælatis pro intelligentia regulæ cancel. in qua reservantur summo Pontifici omnes majores dignitates post pontificalem tam in cathedralibus,quàm in Collegiatis, & licet de jure sit Archidiaconus, tamen de consuetudine secus.

Ad dignitates assequendas, si curatæ sunt, requiritur ætas viginti quinque annorum, saltem incæpta, Conc. Trident. *sess.*24. *c.*12.*de refor.* §.*nemo igitur*; Gom. *in c.statutum, n.*99.*c.cùm in cunctis, de elect.* in dignitatibus verò,seu personalibus, non habentibus curam animarum, requiritur viginti duorum,Cõc. *loc.cit.*§. *ad cæteras*,quos sufficit inchoasse,Navar. *c.*25.*n.*116. Dubitatur. Primò, an valeat hoc decretum, etiam in dignitatibus seu personalibus Ecclesiarum collegiatarum, & videtur quòd sic, per verba Concilii, tamen contrarium censuit sac. Congreg. *declarat.* 262. ubi dicit decretum non habere locum in collegiatis, & hoc potest adjuvari jure communi, per *c.statutum de elect. lib.* 6, in quo non includitur, *c.licet canon,eo. tit. & lib.* quoad parochiales collegiatas; similiter nec constitutus in dignitate archidiaconatus habente annexã parochialem, tenetur dispositioni, *c.licet canon*, ut promoveri debeat infra annum, Boer, *decis.*119.*nu.*7. Secundo per *c.licet canon,& c.commissa, eod.tit.& lib.* datur annus, ut quis possit promoveri ad ordinem presbyteratus, si assecutus est Ecclesiam curatam. Gemin. *in d. c. ver.sed cùm justum.* dicit textum non includere dignitates. Sed Concil. Trid. *d.sess* 24.*in dict. c.*12. requirit ætatem 25. ann. & quòd possit exequi munus suum, & innovat. *c. cùm in cunctis, de elect.* ergo requirit dictam ætatem & ordinem,prout *in c.licet canon,eod.tit.6.* Dubium est, an sufficiat habere viginti tres annos cum dimidio; ut quia tunc est diaconus, & in fine anni attingit vigesimumquartum cum dimidio, & sic fieri presbyter,& videtur quòd sic,ut patet ex superioribus. respondetur tamen oppositum esse verius,ratio est,quia attenditur tempus datæ *c.si eo tempore, de rescrip.lib.6. & c, cùm, in cunctis* §. *inferiora de electione*, accedunt verba clara Concilii dicentis, *nisi quis saltem 25.suæ ætatis annum attigerit*, Navar. *loc.cit.* Anan. *in rub. de ætat. & qual.n.*2. & Abb. *in c.cum in cunctis*, §. *inferiora, n.*1.*&* 3. *de elect.* Dyn. *in c.firmatur,n.*3.*de reg.jur. lib.6.* facit quod notat decisio Caputaqu. 127.*p.*1. ubi habetur, quòd parochialis non debet commendari alicui, nisi constitutio in ætate legitima, & in sacerdotio,per *c. nemo deinceps, de elect.* & hoc in terminis dicit Gemin. *in dict. cap.si eo tempore, ver.in ea glossa. in fi.* Tertium an sint idem dignitas, personatus, & officium,ad hoc dico. Primò,quòd aliqui dicunt esse synonyma, per *c.cùm accessissent, de constitut.* Secundò, vide Gom. *in c.statutum, de rescrip. lib.6. à num.*17. *& infrà, & Selva* 1.*p.q.*2.*num.*36. *usque ad* 44. *& c.*1. *de consuetud. lib.6.* gl. *in Extravag. Execrabilis, in ver.duas.* Staph. *de lit.grat. fol.*10. *à num.*2. *& inf.* & Selva *loc. cit. num.* 42. ubi dicit, quod tria sunt quæ faciunt dignitatem, *decis. Rot.*9.*de præb. in novis* Boer. *decis.*286. Quartò, an Episcopus possit constituere novas dignitates in aliqua Ecclesia, vel cathedrali,

drali, sine auctoritate Apostolica, hic sunt duæ opiniones, prima Innocent. referentis gloss. *in c. cùm olim, in ver. concessimus, de consuet.* & Selv. *prima p. q. 4. num. 18. & 4. q. 7. n. 20. casu 116.* ubi dicit quòd sic, quod confirmat ex Batt. *in tract. de Epis. 2. p. libro 4.* & ex speculatore *in tit. de dispensat. vers. 107.* Secunda opinio est gloss. *in d. c. cit.* imò tex. ibi. *& in c. cùm accessissent, eo. tit.* gl. *in c. in ver. omnes, 22. distin.* & Selv. *2. par. q. 3. in 6. ver. 8.* & gl. *in Clem fi. in ver. mensæ suæ, de reb. Eccles. non alien.* ubi habetur quòd non, imò plus dicit ex mente Hostien. *in d. c. cùm accessissent*, quòd dignitas non confirmata per Papam, tolli potest de Ecclesia cathedrali per Capitulum ipsius, Abb. *in d. Clem. num. 12. & in c. transmissæ, n. 5. de verb. sign.* Ego censeo cum secunda opinione: ratio est, quia sic habui in facto, & sic responsum fuit ab Urbe, & quòd dictum est de novis constituendis, idem in veteribus extinguendis, per dicta jura & glossas, Hostien. *in sum. tit. de constitut. §. quando constitutio. n. 20. ver. cùm quæritur*, dicit quòd sic, & Innoc. *in c. cùm accessissent, eo. tit. n. 2. ver. item Episcopus*, dicit quòd sic, & ita potest practicari, & ita audivi practicatum fuisse ab Episcopo Stabiensi sive Castri ad mare, annis elapsis, nominato Antonio Lauro Neapolitano, qui habebatur pro magno canonista, & in sua cathedrali creavit multas dignitates. Quintò an Episcopus posset constituere novos canonicos, vel veteres extinguere, absque sedis Apostolicæ facultate, respondetur (relictis, quæ de jure antiquo dici poterant, per *cap. si & ibi gl. in ver. ex revisse de verb. sign.*) quòd hodie per sac. Cõc. Trid. *sess. 24. c. 15. de refor.* habetur, posse Episcopum cum consensu Capituli propter tenuitatem introituum, prout ibi, & è contrario sensu, posse etiam novos constituere, Innoc. *ubi sup.* Caputaq. *decis. 221. p. 1.* vide Boer. *decis. 62. n. 7. & c. ex parte*, & gl. *in 1. notab. de constit. & c. 1. & 2. de instit. c. ex parte, de concess. præb.* & Selva *4. p. q. 726. ver. 115.* & in creatione novorum canonicorum quomodo sit procedendum, vide Vinc. de Franc. *dec. 2. num. 18. & 19.* causa ob quam possit multiplicari numerus canonicorum, vel clericorum, ea etiam potest esse, quando Ecclesia habeat magnam quantitatem pecuniæ, vel introituum de novo advenientium, Gemin. *in c. si canonici, §. si autem, juxta fin. de offi. ordin. lib. 6.*

Decimotertiò. Præbenda, & canonica pro majori parte semper inveniuntur annexæ, inter eum verò distinctæ. Innoc. *in cap. cùm M. Ferrar. nu. 2. de const.* Gom. *de expect. n. 2.* Angel. *in ver. In magister. §. 7. & inf. decis. Rot. 33. de rescrip. in novis.* Staph. *fol. 75. num. 4. & fol. 12. num. 1. & 2.* ubi canonicus creatus sine præbenda, dicitur canonicus in herbis, & *& fol. 79. num. 2.* & Gom. *de expect. num. 37. & c. dilectus, il 2. de præb.* & licet iste canonicus sic factus gaudeat distributionibus quotidianis: de jure tamen, per contrariam consuetudinem hodie non gaudet, Staph. *loc. cit.* & istæ præbendæ distinctæ, solent dari à prælatis lectoribus sacræ Scripturæ in cathedralibus, Conc. Trid. *sess. 5. c. 1. de refor.* & istis non debent derogari, idem Concil. Trident. *sess. 25. capit. quinto, de reformat.* & dicitur

præbenda theologalis, D. Tho. 2. 2. q. 200 *art. 3. ad 3. arg. c. quia nonnullis cum sequentibus, de magistris.* Solet etiam dari laicis præbenda, ut patet *in cap. cùm M. Ferrariensis, & ibi gl. in verbo receperunt, de constit.* Selva 1. *p. q. 7. num.* 4. Gom. *in c. si annum. num.* 18. *de jud. lib.* 6. Navar. *c.* 25. *num.* 119. Boer. *decis.* 171. & præbenda quæ solet dari laicis, non est annexa rei spirituali, cùm sit mere temporalis, potest vendi absque labe simoniæ. Caputaqu. *decis.* 356. *par.* 2. facit *c. primum, de consuet. lib.* 6. Gemin. *in c. fin. §. in præb. eo. tit. & lib. not.* 1. ubi præbenda ponitur pro canonicatu, & ibi canonicatus pro præbenda.

Decimoquartò, Missæ celebrandæ in aliquo altari, legatæ ab aliquo, de his fuit consulta sacr. Congreg. Card. *num.* 322. & respondit in hæc verba: *Dubitatum fuit quid juris de illis, qui nullum habent beneficium, sed solùm jure legati relictum fuit à quibusdam, ut certæ missæ in hebdomada celebrentur, & hæredes eorum fecerunt electionem sacerdotis, qui hujusmodi legato satisfaciat, responsum fuit ab eadem Congregatione satis esse, quod dicti hæredes unum sacerdotem ex approbatis ab ordinario elegerint.*

Decimoquintò, distributiones quotidianæ quænam sint, vide *in ver distributiones.*

Decimosextò, plebania est Ecclesia curata, quæ habet sub se capellas in quibus perpetui clerici instituuntur, *c. 2. ne cler. vel. mon. lib.* 6. Rebuff. *in 3. par. sig. super verba etiam situationis, nu.* 7. adeoque plebania addit aliam qualitatem Ecclesiæ curatæ: nam omnis curata est plebania, sed è contra.

Decimoseptimò, Capellæ, quæ fundantur in propriis territoriis, vel domibus, etiam cum dotatione sine auctoritate Diœcesani possunt fieri, & non dicuntur beneficia ecclesiastica, sed profana, & possunt conferri per laicos cuicunque, modò sit idoneus, Guid. Pap. *q.* 187. *n.* 1. *& infrà,* sed licet secundùm dictum ipsius sic procedat de consuetudine, alicubi tamen de jure non potest stare, quia clericos instituere non pertinet ad laicos, sed ad Episcopum, sive prælatum. *cap. præterea de jure patron. & cap. ex frequentib. de instit.* ubi excommunicantur contra facientes.

Decimo octavò, Capellaniæ, ut in aliquibus altaribus Missæ celebrentur, veniunt appellatione beneficii. gl. *in Clem. 2. in ver. si beneficium, ad quintum respons. de dec.*

Decimononò, Oratio, de quibus vide *inferius, in ver. Missa §. 2. concl. 4. in ver. Oratorium.*

Ad secundum. Regula est, Episcopum posse conferre omnia beneficia ecclesiastica in sua diœcesi existentia, *cap. ab exordio, 35. dist.* Staph. *fol.* 55. *num.* 2. & 3. gl. *in cap. quamquam, in verb. devolvetur, de elect. lib.* 6. Innoc. *in cap. postulasti, de jur. pat.* Gom. *de expect. num.* 3. & 18. ubi dicit, quòd Episcopus est generalis ordinarius episcopatus sui, & ideo posset conferre beneficia in omnibus mensibus, nisi prohiberetur, quia est præordinator in cunctis, *Decis. Rotæ* 167. *quia incipit, de collat. in novis. c.* 26. *q.* 3. *c. decretum c. regenda,* 10. *q.* 1. *c. omnes basilicæ,* 16. *q.* 1. *c. de Xenodochiis, de relig. dom. conquer. c. dilectus, & quasi per totum de off. ordin.*

Selva

Selva. 3.p. q. 51. Fallit primò de beneficiis vacantibus apud Sedem Apostolicam, vel Rom. Curiam, *c.2. de præb. lib. 6.* & quomodo intelligatur apud Sedem Apostolicam vacare, vide *c.præsenti, eo.tit. lib.6. Extravag.Benedicti XII.quæ incipit, ad regimen. sub tit. de præb. & Extravag. Ex debito. Jo. XXII.* in cõib. *sub tit. de elect. & Extravag. Piæ sollicitudinis, quæ est Bonif. VIII. sub tit.de præb. & Extrav. Execrabilis sub eod.tit.* Gom. *q.17. in reg. de impetr. ben. per obitum fam. Card. & q.31. de trien.poss.col.2.ver. & ideo pro clariori, & gl.statutum, in ver. Curia, eo.tit. & lib.* & in sum.de omnib. reservationib. vide Gom. *in d.q.31.col.6. ver.2.* Dicitur etiam vacare in curia, quando fertur ibi sententia privationis vel in citatum personaliter, vel per procuratorem. *Dec. Rot. 86.aliàs 35.de præb. in antiquis.* Caputaqu. *dec.64.* Fallit secundò, *in c.2. de concess. præb.* ubi habetur, quòd si Episc. vel is, ad quem spectat collatio, infra sex menses non disposuerit, collatio devolvitur ad superiorem, ut ab Episcopo ad Metropolitanum, ab hoc ad Primatem, ab illo ad Patriarcham, & demum ad summum Pontificem, *c.licet, de suppl. negl.præl.* Abb. *ind.c.2.n.7.* sed in beneficiis curatis, Pius V. providit in Bulla sua 32. de qua memini *in ver. parochia.* Hoc etiam intellige, quando hodie darentur omnes isti gradus, sed pro majori parte, ab Episc. ad Archiepiscopum, & statim ad Papam fit devolutio, & quod dicitur de collatione, idem dic de electione & præsentatione; nam devolvitur ad superiores gradatim, vel immediatè. Host. *in sum. tit. de elect. ver ex præmissis, n.24.* sed hoc non est verum in Episcopo exempto: nam ad hoc immediatè fit devolutio ad Papam. Rebuff. *de devolut. n.36.* Fallit tertiò in omnib. dignitatib. post Pontificalem, tam in cathedralib, quàm Collegiatis, & in Cathedralib. *capitulo, si pro eo tempore, de elect. l.6.* quia majores dignitates per prædicta sunt reservatæ, per regulam Cancellariæ, *n.45.* Selva 3. *par. q.12. n.12. in 7. qualitate,* Staph. *in for.1. expectativæ, n.8.* Rebuff. *loc.citat. hic. nu.6.* & quænam sit prima dignitas post Pontificalem, vide Gloss. *in c.deliberatione, in ver. electionis, de offi. leg. in 6.* ubi dicit, standum esse consuetudini, Staph. *loc.cit.n.9.* Rebuff. *tit. de reservat.* & vide *in ver. dignitas,* quando est unica tantum dignitas. Fallit quartò, per reservationem factam per reg. Cancel. ubi solum quatuor menses anni conceduntur ordinariis, s. Martii, Junii, Sept. & Decemb. ut notat Gom. *de expect. n.13.* & Rebuff. *de expect. n.2.* sed si Episcopus residens sua in diœcesi, petit alternativam à summo Pontif. ei conceditur cognitio, sigillo, & subscriptione ad sex menses per literas obsignatas manu Datarii sanctissimi domini Papæ, & sic alternatim concurrit cum Papa, & si hanc non petit, non habet nisi illos quatuor menses, vide *Bullam Pii V.* 164. & 166. vide Bald. *in proœm. Gregoriano,* Gom. *loc.cit.* Staph. *de lit.grat.236.n.25. & in præfat. ejusdē l.n.20.* & ista alternativa currit à mense Martio, qui est Papæ, April. Epis. & sic alternatim, imò mensis Janu. spectat ad ordinarium mortuo Papa. Caputaqu. *decis.1254. par.2.* Fallit quintò, quando Papa propter aliquã Ecclesiæ necessitatẽ reservaverit pro tempore collationem beneficiorum omniũ,

seu quorundam ut *in Extravag. Ex debito, sub tit de elect. & in Extravag. Adregimen, in tit. de præbend. in communibus, quæ fuerunt temporaneæ, quoad beneficia, in 2. dispositione illorum*, quia in ambabus dicit summus Pontifex: *donec Christi dignatio nos dignabitur universalis Ecclesia sponsæ suæ regimini præsidere*, Gom. *in q. 2. fol. 8. col. 1. in fin. super. reg. Cancel. pro præmiali.* Sed an ista reservare non cesset morte Papæ reservantis, etiamsi reservasset beneficia familiarium Cardinalium, Gemin. *in cap. 2. ver. quod nota, de off. leg. libro 6.* dicit, quòd cessat, licet Papa semel manus apposuisset, & nec semel contulisset. Ratio assignatur per illum textũ, & sic non valet semper illa regula, quod semel effectum semper restat affectum, quia intelligitur de reservatione, in beneficiis reservatis per gratias expectativas, sive mandata. Fallit sextò, de providentia, prout Gom. *in pec. tract. de grat. expect. & man. de providen.* Staph. *de lit. grat.* sed hodie (Deo gratias) ablata sunt ista per decr. sac. Concil. Trident. *sess. 24. capitulo vigesimonono, de reform.* Fallit septimò, in beneficiis, quorum collatio pertinet ad aliquem ex speciali statuto, consuetudine, vel privilegio, ut *in Clem. unica, de suppl. neg. prælat.* & ad alios prælatos inferiores, sicut & literas, *eod. tit.* Selva 3. *par. q. 99.* Rebuff. *tit. de coll. c. fin. de instit.* sed an istis etiam currat alternativa, videtur quòd sic, & probatur à majori ad minus, & solùm quoad quatuor menses, & in his omnibus reservationibus animadvertere debent locorum Ordinarii, nam si conferant beneficia aliquot istorum, sic provisi, dicuntur intrusi, vel de jure communi, vel secundum Reg. Canc. prout dixit Gom. *q. 47. de trien. poss.* & Staph. *de lit. grat. fol. 182. num. 3.* & ipsi Ordinarii, tanquam mali collatores, ultra peccatum mortale in quod incidunt, possent puniri à summo Pont. quia dant quod non habent, & sic usurpatur, quod est alterius, contra illud. 1. *Cor. c. 4. Sic nos existimet homo, ut ministros Christi, & mysteriorum Dei dispensatores*, &c. & Sic provisos faciunt manere in peccato mortali, si hoc ipsi sciunt, & reddunt obnoxios restitutiõni fructuum perceptorum, & aliis pœnis, prout Rebuff. *pract. benef. de pœn. collat. indignis.* Hostien. *in sum. tit. de supp. neglig. prælat. §. quam pœnam, n. 6.* & an mora, seu negligentia, *num. 7.* & ibi dat optimum consilium, quod videas, & *Bull. Clem. VII. 46. quæ incipit admonet*, licet videatur solùm comprehendere Germanos. Fallit octavò, in beneficiis familiarium Cardinalium per Reg. Cancell. Gom. *in d. regul. Rebuf. loc. cit, de reservat. generali, & spec. num. 13.* & per reservationem beneficiorum familiarium Papæ, subcollectorum, & aliorum officialium domini Papæ, Rebuff. *ibi. num. 25. & infrà*, & ista beneficia Collectorum, seu subcollectorum sunt reservata ex sola deputatione, absque exercitiv. Caputaqu. *decis. 104. par. 1. & 141.* etiam sine juramento præstito, de fideliter administrando. idem. *decis. 76. par. 3.* Fallit nonò, quod Episcopus non potest conferre beneficium, quod Papa contulit alicui, & pertinebat ad collationem Episcopi, etiã sine reservatione, licet collatio pro illa vice sit nulla, & invalida, puta

facta

facta excommunicato, vel inhabili, Covar. *in cap. alma mater*, 1. *par.* §. 7. *numero* 8. Gom. *q.* 30. *de trien. poſſeſſ.* Selva. 3. *par. q.* 11. *num.* 3. *Deciſ. Rotæ* 10. *de præben. in noviſſ.* Fallit decimò, in monaſteriis virorum excedentibus valorem annuum ducentorum florenorum auri, communi æſtimatione, quia ſunt reſervata Sedi Apoſtolicæ, ab Innoc. VII. uſque ad Greg. XIII. & ſic deinceps, & ita iſtæ Abbatiæ, cum tali valore, cùm vacaverint, non poſſunt conferri per Ordinarium: hoc intellige, ſi quæ ſunt, fuerunt monaſteria, ſecus verò non, quia quædam dicuntur Abbatiæ, quæ non fuerunt monaſteria, quædam verò ſic. Niſi etiam adſit conſuetudo immemorabilis, & præſcripta, quòd locorum Ordinarii ea conſueverunt conferre, ut Beneventi Archiepiſcopus confert duodecim Abbatias habentes uſum baculi, & mitræ, quæ forſan olim fuerunt monaſteria virorum: nam conſuetudo dat juriſdictionem, ut patet vulgariter, & *in c.* 1. & ibi Gem. §. *non ſic, not.* 2. *de offi. ord. lib.* 6. & ibi gloſſ. *in ver. conſuetudine, cum alleg.* Fallit undecimò, quòd Ordinarius nō poteſt conferre beneficia litigioſa, per *c.* 2. *ut lite penden. lib.* 1. intellige ſi lis pendet principaliter inter duos ſuper beneficio, ſive aliter poſſideat beneficium, ſive non. Sed ſi lis non pendet principaliter, ſed acceſſoriè ſuper beneficio, ut puta, quia unus eſt electus vel præſentatus, vel inſtitutus ad beneficium, & opponitur ei inhabilitas, quia poſſidet plura beneficia incompatibilia, & ſuper illa exceptione litigantur, tunc benè poteſt Ordinarius illud conferre, tanquam incompatibile, per *c. dudum, il.* 2. *de elect.* & ibi Hoſt. ita Lapus *in c.* 2. & Gem. *in ver. oppono, ut lit. pend. lib.* 6.

Ad Tertium. Dico primò, Epiſcopum poſſe conferre beneficia pertinentia ad ſuam collationem infra ſemeſtre, *c.* 1. *de conceſſ. præb. & c. licet, de ſup. negl. præl.* & hoc intelligitur de omnibus beneficiis, exceptis cathedralibus & Regularibus quæ inf. tres menſ. debent conferri, ut *in cap. ne pro defectu, de elect.* Selva 3. *p. q.* 64. Hoc fallit primò in inſtit. juris patr. ut dicam *in ver. jus patr. dub.* 2. Fallit ſecundò in permutationibus, Selva *in loc. cit. per Clem. unicam, de rer. perm.* Tertiò fallit in collationib. Hoſpitalium, Selva ibid. Fallit quartò in executore apoſtolico, idem ibid. Staph. *loc. cit. fol.* 211. *n.* 6. licet de executore dicat oppoſitum, *fol.* 274. *n.* 7. & 8. quia his proviſionibus non eſt præfixum tempus. Dico ſecundò, quòd Epiſcopus poteſt conferre beneficia juris patronatus, ad ſe devoluta, ab ultimo die quadrimeſtris competentis, patrono laico, uſque ad ultimum diem decimi menſis vacationis, vel ad duodecim, ſi patronus erat Eccleſiaſticus, ratione Eccleſiæ, *c. unico, de jure patronat. l.* 6. *& aliis vulgatis.* à die devolutionis, vel veriſimilis notitiæ currit tempus, vide Panor. *in c. ex parte, n.* 13. *de conceſ. præben.* Dico tertiò, quòd poteſt conferre beneficia regularia, quæ ſpectant ad collationem Prælatorum regularium, ſi Prælatus regularis infra ſemeſtre non providerit, *Clem. unica, de ſupp. neglig. prælat.* ſed non poteſt conferre illa Clericis ſecularibus, niſi illa prius per clericos ſæculares conſueverant poſſi-

deri, quia regula est quòd beneficium Regulari est conferendum, gloss. *ibid. ver. Religionis.* Conc. Trid. *sess.* 14. *c.* 10. *de refor.* modò sit professus, Rebuff. citatus *suprà*, §. 1. *concluſ.* 5. an & quando aliquod beneficium dicatur sæculare, vel regulare, vide *superiùs*, §. 1. *conc.* 5. sed animadvertendū est, Clem. illam non habere locum in Prælatis secularibus exemptis, à quibus non fit devolutio ad Episc. & gradatim ad Metropolitanum, sed immediatè ad Papam, Selva 3. *par. q.* 49. *n.* 2. Et an idem sit de beneficio, cujus collatio pertinebat ad Ecclesiam citra Cathedralē, vel ad Prælatū ipsius, vide Abb. *in Clē. 1. n. 2. de suppl. neg. Prælat.* nec valet contra hoc allegare præscriptionem, vel consuetudinē, Hostien. *in sum. tit. de offi. ord.* § *sin. autem quædam.* Dico quartò, Episcopum posse conferre beneficia vacantia in Rom. curia, si Papa infra mensem de eis non providerit: nam elapso mense à die vacationis enumerando, statim devolvitur ad Episcopum collatio, *c. statutum, de præb. l. 6.* Nota dici, à die vacationis, non à die notitiæ, *arg. c. licet, de suppl. neg. Prælat.* sed dubium est, an hoc capitulum sit reformatum per *Extravag. Ex hoc debito, de elect. & Extravagantem, Piæ sollicitudinis, de præb.* quia Gom. *de grat. expect. n.* 21 dubitando videtur declinare in patrem negativam, tamen *in q.* 35. *colum.* 3. *de trien. possess.* dicit, fuisse correctum, *& c. præsenti, de præb. l. 6.* Staph. *loc. cit. fol.* 174. *n.* 8. etiam dubitat, tamen dicit, quòd licet ex stylo Curiæ videatur correctum, tamen non de jure communi. Ego dicerem, quòd stante hac dubitatione Doctorum, Ordinarius providebit prout Deus benedictus sibi inspiraverit, vide *Bull. Pauli II. quæst.* 4. *& incipit; Ad Romani. & Bullam Pii IV.* 36. *quæ incipit: Cupientes; & Bullam Pii V.* 161. *quæ incipit: Sanctissimus*, ubi fit reservatio omnium beneficiorum vacantium, Sede Episcopali vacante, vide *inferius in ver. Episcopus*, §. 45. Dico quintò, quòd Ordinarius ponet Oeconomos, seu Vicarios, etiam perpetuos, in omnibus beneficiis, tam curatis, quàm simplicibus, etiam juris patrocinatus, etiamsi collatio eorum spectet ad Papam, vel ad quemcunque, durante eorum vacatione, vel beneficiato non residenti, vel insufficienti, vel inhabili, Conc. Trid. *sess.* 24. *c.* 18. *de refor. & sess.* 6. *cap.* 2. *sess.* 7. *c.* 5. *& c.* 7. *sess.* 21. *cap.* 6. *sess.* 25 *cap.* 16. *de refor. Bulla Pii V. citata à me inferiùs, in ver. parochia, c. cùm vos, de offic. Ord c. eam te, de jure patron.* Selva *loc. titul.* 3. *par. q.* 33. *n.* 3. Rebuff. *loc. titul. de collat. n.* 20. Abb. *in d. c. cùm vos, num.* 8. *& 9.* Gemin. *in c. nemo, ver. & per hanc glossam, de elect. lib.* 6. Dico sextò, quòd licet Episcopus non possit dare beneficium Ecclesiasticum ad tempus, ut *c. si constiterit de accus.* tamen potest id dare in commendam, *d. c. & ibi gloss. in ver. commenda.* Selva *loc. cit. ver. quia, in initio*, & potest etiam iteratis vicibus illud commendare, modò hoc faciat sine fraude. Secundò, ut non labatur totum semestre, gloss. *in c. nemo, in ver. commendare, circa finem, de elect. lib.* 6. Tertio, ut fiat propter Ecclesiæ, & non personæ utilitatem, gloss. *ibidē, in ver. durare*, Rebuff. *in pract. benef. tit. de collat. benef. numero* 16. Vide Gemin. *ibi ver. quæro, quando.* Dico septimò,

mò, & hoc est magnum dubium, & quotidianum in praxi, quòd sunt quædã beneficia tenuissima, & quæ non excedunt valorem quatuor ducatorum de Regno, & quædam dignitates potius nomine, quàm re, sine ullis reditibus, quæ vel vacant in mense summi Pontificis, vel devolvuntur negligentia Prælatorum, ex quo sequuntur hæc mala. Primum, quòd nunquam conferuntur. Secundum, quòd evanescunt illæ dignitates. Tertium, quòd beneficia amittunt celebrationes, & alia debita obsequia. Quartum, quòd reditus in dies usurpantur. Quintum, quòd interdum possidentur de facto, sine canonica collatione. Sextum, quod patroni, ex majori parte omnes reditus occupant. Septimum, quod pejus est, animæ defraudantur debitis suffragiis, & deperduntur pie testantium voluntates. Octavum, & ultimum, quòd incurruntur tot peccata, tot censuræ, prout fac. Conc. Trid. *sess. 22. c. 11. de refor. & aliis juribus vulgatis*, sed quid agendum? Ego dum essem Compzæ Vicarius, & Archiepiscopus, consuluimus Illustriss. dominum Datarium sanctiss. D. Papæ, ut conderet facultatem Reverendissimo Archiepiscopo conferendi dicta exigua beneficia, & tenues dignitates, solutis solvendis, quidquid propter hoc solvi debeat, nihil perfectum fuit tamen (ut anser inter olores) dicerem duo in hac materia. Primum, ut omnes Prælati unanimiter supplicarent summo Pontifici, ut eis concederet hanc facultatem conferendi dicta beneficia tenuia ad tantam summam, citra quod Sanctitas sua pro evitandis tot malis in dies orientibus facilè (meo quidem judicio) concederet. Secundum, quòd possunt Ordinarii ista conferre, salvo meliori judicio. Et probo primum à simili, per ea quæ dicit Gom. *de expect. n. 46.* Staph. *in form. 2. de expect. num. 8.* & per dictum illud vulgare, quòd de minimis non curat prætor. *l. scio ff. de restitut. in integr.* & *cap. etsi quæstiones, de simon.* ex quo Doctores sumunt, & Ang. *in l. Senatus*, §. *Marcellus, ff. de leg. 1.* ubi dicit, quod si statutum prohibet alienare domum, vel aliam rem immobilem in forensem, non habebit locum in domũcula, ut parva re. & Roman. *in singul. quod incipit, hodie* exclamat propter illum text. & facit *c. terrulas, 12. quæstio 2.* & facit *pro Extravaganti, Ambitiosè, de rebus Ecclesiæ non alien.* & Gom. *loco citato n. 98. in for. pauper. per c. si pauper, de præb. lib. 6.* Nec obstat quòd eadem est ratio de magno & minimo, *si motu proprio, & capite, non potest. de præb. l. 6. & cap. postulasti, & ibi gloss. in versic. proventibus, & ca. si proponente, de Rescript. extrà.* Secundò, quia adest damnum officialium Cancellariæ, & aliorum qui amitterent lucra suorum officiorum quæ emunt. Nec obstat tertiò, quia multa modica faciunt unum satis, & D. August. *super Psalm. De profundis*, ubi dicit, *Congeres multa minima, & facies ingentem acervum*; quia adhuc responderem pro modulo capacitatis meæ, concedenda omnia, tanquam vera: sed majus malum est, quòd nec ipsi officiales habent suos proventus, nec observatur *capit. 2. de concess. præb.* & beneficia & dignitates deperduntur, & sequuntur tot mala,

prout

prout suprà; ergo ad evitandum omnia prædicta, minus malum esset eligendum, quia communis error facit legem, & minora mala tolerantur, ne sequantur pejora, & ordo est aliquando ordinem non servare, & sic censerem posse Ordinarios confere illas minutias, quia potiùs Missarum celebrationum, quàm beneficiorum nomine dignæ sunt, & supremi Principis animum aliquando dedecet, considerare ista minima, & memini quendam Reverendissimum Archiepiscopum, quem hodie credo esse in Paradiso, propter ejus singularem vitæ sanctitatem, qui dum conferebat hujusmodi beneficia, sic devoluta, ego dicebam hoc sibi non licere, per prædicta, & ille respondebat, Papam summum Principem, non habuisse oculum ad ista minima. quidquid sit, dixi superius, quòd faciunt ea, quæ dicit Staph. *loc. cit. fol.* 350. *numero* 14. & 15. per Regulam quòd de modicis non curatur, prout *suprà*, & Rebuff. *in tertia for. sign. grat. in versic. necnon verus valor. numero 6.* faciunt quæ dicit Rodoan. *tract. de rebus Eccles. non alien. quæstio. 52. à. num. 67.* facit quòd indulta, & alternativæ concessæ Ordinariis, sunt favorabiles, & ideo ampliandæ, & extendendæ, *cap. odia, de regul. jur. libro 6.* & Ordinarius per eas conservatur in antiqua sua jurisdictione, & regulæ Cancellariæ censentur impedimentum contra jus commune, Caputaqu. *decisio.* 214. *parte* 2. Dico octavò, quòd Episcopus potest conferre beneficia, etiam in mensibus Papæ, & etiam vacantia in Curia, seu apud Sedem Apostolicam, quæ ex creatione, seu feudatione, aut aliis constitutionibus aliquas qualitates, seu certa onera habent injuncta, ut in præbendis theologalibus, Concil. Trid. *sess. 25. cap. 5. de refor.* gloss. *in cap. cum in Ecclesia, in ver. dictam consuetudinem. & tex. ipse. de præb. lib. 6.* Covar. *pract. quæstio. capite 36. numero 4. versicul. similiter.* & dicit hoc hoc etiam tenere Gom. *de expect. num. 33.* & multos alios Doctor. quos ipse citat, facit *c. unic. de rerum permut. libro 6.* Dico nonò, quòd potest conferre beneficia manualia, præstimonia, præstimonialia, seu quia ista non cadunt sub reservationibus Domini Papæ Gom. *de expect. num. 44.* Dico decimò, quòd Episcopus potest conferre omnes parochiales Ecclesias vacantes in Curia Apostolica sede vacante, & etiam illas, quæ vacaverunt vivente Romano Pontifice, sed ante obitum ipsius non fuerunt collatæ, *cap. si Apostolica, de præb. lib. 6.* Rebuff. *loc. cit. de reservat. num. 2.* & hoc intelligitur, si moritur Papa intra mensem, aliàs non esset dubium, per *cap. statutum, & ibidem gloss. in d. cap. si apostolica, in ver. obitum.* & ita posset cõferre parochiales vacantes extra Curiam, sed in mense summi Pontificis hoc probatur à majori ad minus, & propter identitatem rationis, & ne ipsarum vacatio diuturna periculum valeat animabus afferre. Dico undecimò, quod est casus practicabilis nimis. Constitutio est per *Extrav. Execrabilis, tam primam, quàm secundam*, ubi disponitur, quòd omnis habens dignitatem, personatum, officiũ, vel beneficium Curatum, si postea acceptaverit aliud simile, teneatur resignare primum coram Ordinario intra mensem,

sem, verbaliter, vel realiter cum effectu, sub testimonio publico, aliàs & primo, & secundo fit ipso jure privatus. Primum dubium est, an illud dimissum in manu Ordinarii, possit per eundem Ordinarium conferri (præmisso tamen quòd ad eum aliàs pertinebat collatio ipsius.) Secundum, an sit necessaria ipsa dimissio coram Ordinario, prout suprà, an possit ire ad secundum beneficium adeptum, relinquendo illud, nullam aliam dimissionem faciendo coràm Ordinario? respondetur, quòd res est difficilis, & quoad primum, videtur quod collatio pertineat ad Sedem Apostolicam, prout *ibi, §. qui verò. & §. quæ omnia & singula, & gl. ibi in ver. valeamus.* Ex alia parte videtur, quòd pertineat ad Ordinarium, prout *ibi, in §. cæteris, & ibi gl. in ver. nova, & gl. in ver. maneamus*; & sic vidi servari in praxi, & Rebuff. *loc. cit. de reservat. num.* 12. dicit, illam esse revocatam per Conc. Basilien. & *in tit. de sig. grat. super verba, aut per constitutionem, Execrabilis, & c. de expectat. n.* 1. & in facto non vidi adiri Sedem Apostolicam pro collatione parochialis, quæ vacabat per assecutionem alterius. Quoad secundum respondetur verba textus esse clara, *§. cæteris tamen*, Staph. *loc. cit. fol.* 127. *n.* 8. dicit de mente Ægidii, quòd satis est, quòd rector Ecclesiæ intra mensem à tempore assecutionis secundi incompatibilis realiter, & cum effectu dimittat primum, & ejus possessionem, licet intra dictum mensem coram Ordinario sub publico testimonio illud verbotenus non relaxet, quod est notandum. Sed ad hoc ut vacet primum, opus est, ut habeat pacificam possessionem secundi: & exercitium curæ, & possessionem fructuum, vel majoris partis; secus verò, si turbaretur super administratione, ita Gemin. *in cap. commissa, §. annus, ver. quandoque, de elect. lib. 6.* ex Archid. & Joan. Andrea. Dico duodecimò, quod si Episcopus conferat beneficium devolutum ad Papam, per *c. 2. de conces. præbend.* & beneficiatus possedisset per triennium, quod non posset ampliùs molestari. Rebuff. *loc. cit. in for. sig. grat. in ver. etiamsi devolutum, n.* 3. *adde* 2. *addit. addere, in c.* 1. *in ver. regula, de jur. lib. 6.* Dico decimotertiò, quòd Episc. ponit Vicarios temporales propter absentiam Rectoris, juxta *c. ex eo, de elect. lib. 6.* & gloss. *in Clem.* 1. *in verbo presbyteri, de privileg.* vide *in ver. Vicarius, §.* 10. 2. *par.* Dico quintodecimò, habenti parochiam, datur Canonicatus Cathedralis, sed duobus mensib. elapsis non sua culpa, quibus debeat dimittere parochiam, conceduntur, ad dimittendum quatuor menses, sac. Congreg. declarat.

Ad quartum. Dico primò, si beneficium est Curatum, obligat ad sacramentorum administrationem, & ad ea omnia, quæ dicuntur *in ver parochia, §.* 3. Dico secundò, quòd obligat ad Missarum celebrationem, tam frequenter ut suo muneri satisfiat. Conc. Trident. *sess.* 23. *cap.* 14. *in fine de refor.* Navar. *cap.* 25. *num.* 88. *notab.* 21 Tertiò, omne beneficium, etiam tenuissimum, obligat ad divini officii celebrationem, sex mensibus post adeptam possessionem, Conc. Later. & Bulla Pii. V. relata à Navar. *d. cap.* 25. *numero* 122

quicquid dicat Sot. *lib.* 10. *quæst.* 5. *art.* 2. *Concluſ.* 2. *de juſt. & jure*, & hoc ſingulis diebus per ſingulas horas, alioquin amittuntur fructus pro rata, ut *ibidem in Bulla*, quicquid dicat. Et *ubi ſupra art.* 6. *prope fin.* Navar. *lib.* 3. *c.* 13. *num.* 9. *ver.* 12. *& in fine capitis. var. reſol. lib.* 4. omne beneficium prærequirit ordinem Eccleſiaſticum, & collatio facta alicui non ordinato, eſt nulla, Boer. *deciſ.* 171. Quintò, requiritur ætas prout *ſuperiùs*, §. 1. *verſ. ad dignitates.* nam ad beneficium ſimplex, vel Canonicatum, cui non eſt annexus ordo ſacer, requiritur ætas 14. annorum inceptorum, ſic. Conc. Trid. *ſeſſ.* 23. *c.* 6. *de refor.* declarat ſic. Congr. 254.

Primum dubium, an clericus qui infra ſex menſes non recitat divinum officium, vel quia neſcit, vel ſi ſcit, nolit, quia putat ſibi licere indulto Conc. Later. & Bulla Pii V. ſpatii ſex menſium, faciat fructus ſuos, & peccet mortaliter: ad hoc dico. Primò quòd ſi neſcit recitare, excuſatur, & facit fructus ſuos, quia quidquid fit jure permittente, pœnam non meretur, *cap. qui peccat.* 23. *q.* 4. *l. Gracchus C. de adulter.* Secundò, quòd etiam peccat mortaliter, & non facit fructus ſuos, ſi ſcit, & nolit recitare. Ratio eſt, quia tam Conc. quàm Pius V. indulſit illius temporis ſpatium, ad hoc, ut poſſit edoceri divini officii celebrationem: nam intentio utriuſque erat, ut ab initio officium celebraretur; vulgatum enim eſt illud, quod propter officium datur beneficium, *c. fi. de reſcrip. lib.* 6. Sylveſt. *in ver. clericus*, 4. *num.* 16. §. 23. nam ſpatium ſex menſium eſt potius indulgentia ratione ignorantiæ, quam relaxatio obligationis, iis qui ſciunt. *cap. ſi.* 92. *diſtinct.* & hoc clarè habetur *ex Bulla Pii V.* 138. *quæ incipit*, *Ex proximo*, ubi dicit inter cætera, *item ille, qui primis ſex menſibus officium non dixerit, niſi legitimum impedimentum ipſum excuſaret, grave peccatum ſe intelligat admiſiſſe.* ubi ſummus Pontifex videtur innuere, quòd non tenetur ad reſtitutionem fructuum, neque peccare mortaliter, ſed graviter tantùm, & Leonis X. *Bulla* 11. *pag. pen.* & Navar. *conſ.* 19. *de celebrat miſſ.* ubi dicit, in primis ſex menſibus ſi ſcit & non recitat, peccat graviter, ſed non tenetur ad fructuum reſtitutionem, ſed elapſis illis ad utrumque.

Secundum dubium eſt, an relinquens officium, non ſolùm amittat fructus pro rata, ut dictum eſt, verùm etiam peccet mortaliter, quibuſdam viſum eſt, ſolùm amittere fructus, ſed non peccare mortaliter: ratio eorum eſt; quia lex eſt pœnalis. Verùm oppoſitum eſt tenendum: & ratio eorum convincit eoſdem, quia lex pœnalis etiam obligat in conſcientia, ut dicam *in ver. Pragmatica, ad ſecundum.* Navar. *de Hor. Can. c.* 5. *n.* 18. Hoc clarè dicit Gemin. *in c. cõmiſſa*, §. *illum, in* 3. *notab. de elect. l.* 6. ubi ait, quòd faciens contra legem præcepti, peccat mortaliter, etiam dato, quòd lex imponat aliam pœnam temporalem, *& cit. c. tit perpetuo, eod. tit. de elect. l.* 6. *at apertiſſimè in c. fi. ver. quærit hic Archi. de reſcrip. eod. lib.* 6. & dicit hoc etiam ſentire Archid. & eſt communis.

Tertium dubium eſt, à quo tempore incipiat currere iſta oblatio? Dico quod à tem-

tempore collationis & non possessionis, si ex tunc incipiant currere fructus beneficii; Nav. *loc. cit. n.* 29. *c.* 7. facit *c. licet Can. de elect. l.* 6. secus verò, si à die possessionis, per ea quæ dicam, *inf.* §. 6. *ver. quoad secundam partem.*

Quartum dubium est. quid si habeat possessionem, sed non percipit fructus beneficii, an teneatur & videtur quòd non, per ea quæ dicit gl. *in c. si tibi concesso, in ver. vacare, de præb. lib.* 6. & gl. *in c. commissa, in ver. pacificam, de elect. lib.* 6. ubi videtur, quòd non teneatur, *c. licet Can.* ille qui in continenti turbatur in possessione beneficii, & quòd non vacant beneficia promoti, & consecrati in Episcopum, prout *in c. cùm in cunctis*, §. *cum verò, de elect.* si solùm habet possessionem Episcopatus, sed non percipit fructus: tamen oppositum est verius, patet primò per gl. *in d. c. licet Can. in ver. annũ.* nam ex quo habuit pacificam possessionem, vel per se steterit, quin eam habuisset, tenetur dispositioni illius text. Secundò, quia habet titulũ, & licet beneficiũ fuisset tenuissimum, tamen etiã obligaret, ut dixi *superiùs*, & Sylv. *in ver. hora, n.* 5. §. 2. *ver.* 2. ubi dicit, quòd sibi imputare debet, ex quo se fecit ad illud intitulari, Tertiò accedit, quod dicit Nav. *loc. cit. c.* 7. *n.* 30. ubi dicit, quòd si aliquis resignavit beneficium alicui, retinendo sibi omnes fructus, & pensionarius contentus solo titulo, dat omnes fructus resignanti, etiam sibi nihil retinens, tenetur ad officium, etiam per rationem dicendam *in* 6. *dubio, hic inferiùs.*

Quartum dubium est, quid si non habebat possessionem, sed solùm percipit fructus, an teneatur? & videtur quòd non, per prædicta, ex quo non habet titulum; tamen oppositum est verius, *c. cum secundum Apostolum, de præb.* ubi habentur illa verba D. Pauli. *Qui altari servit* &c. ergo, qui vivit de altari, altari servire debet. Ideam à simili confirmat Gom. *de expectat. n.* 77. & Staph. *loc. cit. fol.* 34. *à n.* 12. & ratio est, quia si obligatur ille qui solum habet fumum, i. possessionem, quantò magis iste, qui habet carnem assatam, i. fructus?

Sextum dubium, quid de illo, qui habet beneficium sine ullis reditibus, an obligetur? videtur quòd non, per ea quæ accumulat Gom. *in q.* 47. *de ann. poss. & q.* 53. *de trien.* tamen oppositum est verius, per dicta *hic in* 4. *dubio*, & patet. Primò, quia licet beneficium non habeat fructus in actu, habet tamen in potentia, quia est aptum eos habere pro tempore. Secundò, quod etsi non percipiat fructus ex beneficio, tamen illud deservit ad alia, & inter cætera, ut gaudeat privilegio fori, Conc. Trid. *sess.* 23. *c.* 6. *de reform.*

Septimum dubium est, quid de illo, qui habuit beneficium, & postea illud resignavit? Ad hoc respondetur negativè, Navar. *de Hor. Canon. c.* 7. *n.* 19.

Octavum dubium est, quid de illo, qui habuit possessionem, nec percipit fructus sed litigat? est distinguendum cum gl. *in c. commissa, in ver. pacificam.* & Gom. & Staph. *loc. cit.* nam si nactus possessionem, statim turbatur in possessione, non tenetur. Ratio est, quia quæ in continenti fiunt, censentur inesse. *c. officium de elect. lib.* 6. *l. lecta, ff. si cert. petatur,*

Si verò accepit possessionem, & steterit aliquantulum per unum, vel duos menses, & postea turbatur, tunc tenetur, gl. *ibi*, & Lapus *in cap. fraternitatis, de frig. & malef.* tamen ego dicerem eum non teneri, quia habet sex menses indulti ad non recitandum divinum officium, & quia dubius est litis eventus, *l. quid debetur, ff. de pœnit.* & posset esse, quòd beneficium etiam perderet, & ratio est, quia nihil percipit. Dices; quid si lata sententia omnes fructus, qui interim sint collecti, & consummati, qui de jure pertinent ad illum qui sententiam pro se tulerit, & notat. gloss. *in c. beneficium, in 3. notab. de regul. libro 6.* tunc dico, quod si non recitavit divinum officium, quia nescivit, posset solùm accipere fructus illorum sex mensium, quibus gaudebat indulto, reliquos verò, vel fabricæ Ecclesiæ, vel pauperibus tenetur conferre, gloss. *ibidem*, verùm si ipse clericus esset pauper, & satis expendisset in litibus, posset eos percipere, Navar. *cap. 25. num. 122.* urgent quæ dicam *in* §. 7. *in 2. dicto*, quia fructus beneficiorum tunc pertinent ad Reverendam Cameram, quando non sunt per pacificam possessionem acquisita beneficia; sed hic supponitur illum assecutum fuisse possessionem, tamen Navar. *in consil. 17. num. 13. de celebrat. miss.* dicit teneri, quia sufficit, quòd in casu victoriæ, poterit fructus habere, & addit, quòd obligatio non currit à die præsentationis, nominationis, electionis, vel collationis, nisi sequatur institutio, confirmatio, & pacifica possessio, nec teneatur promoveri durante lite. Rebuff. *de non promot. infra an. numero 41. 42. & infrà.*

Nonum dubium est, an iste clericus teneatur restituere fructus perceptos ob non recitationem divini officii ante condemnationem, vel declarationem? & videtur quod non, per ea, quæ dicit Covar. *de spon. 2. p. c. 6. §. 8. n. 10. ver. tertiò*, & dicam, *in ver. privatio*, §. 6. tamen oppositum est verius, quia tenetur in conscientia restituere, vel fabricæ, vel pauperibus, ut *sup.* Nav. *de Hor. Can. c. 9. c. 10. & c. 19. n. 41.* Diaz. *in pract. crim Can. c. 49.* & Sylv. *ver. Cler. 4. n. 16. §. 27.* & Con. *loc. cit*, cætera de divino off. vide *in ver. Hor. Can.*

Dico quartò principaliter, quòd beneficium obligat ad promotionem Sacerdotii, si est curatum spatio unius anni, *c. licet Canon, de elect. lib. 6.* & hoc etiamsi non percipit fructus, sed solùm habet possessionem pacificam, gl. *ibi in ver. annum*, Rot. *decis. 3. & addit. ibi, n. 3. de præb. in novis.* & ista obligatio currit à die possessionis, non impetrationis, Tiraque. *de utroque retract. tit. 1. §. 1. gloss. 10. n. 109.* ista pœna respicit forum interius, obligat in conscientia, Navar. *c. 25. n. 18.* & sic tenetur restituere fructus perceptos, licet non teneatur dimittere parochi Ecclesiam, nisi post latam sententiam. Navar. *ibidem*, Covar. *loc. cit.* & dicam *in ver. privatio*, §. 6. & qui sic privatus est, non poterit ea vice iteratò illud beneficium obtinere, per *c. commissa, de elect. l. 6.* Tiraq. *loc. cit.* §. 8. *gl. 7. n. 16.* Hoc tamē fallit. Primò omnibus modis quibus dixi obligatione ad divinū officiū Secundò fallit in paræciali Collegiata, *per cap.*

ca. statutum, eod. tit. & lib. gloss. *in d. cap. licet, in ver. paræcia.* Ratio assignatur per Innoc. *in cap. de multa, in princ. de præb.* Tertiò fallit cum dispensatione Episcopi per quinque vel septem annos, ratione studii, modò infra annum fiat Subdiaconus, *cap. cum ex eo, eod. tit. & lib.* Navar. *loc. citat.* Quartò fallit, si parochus tali morbi genere teneatur, & ut ad functionem sui sacerdotii, ad res divinas per se obeundas minimè idoneus esse videatur, quia tunc durante prædicto morbi genere, non tenetur sacris ordinibus se initiari facere, declar. sac. Congreg. 239. Quintò fallit in legitimè impedito in quatuor temporibus, in quibus non potuit promoveri, Gemin, *in dicto capit. cùm ex eo, ver. sed quid, de elect. lib. 6.* & sic datur purgatio moræ, tex. *in cap. commissa, eod. tit. & lib.*

Primum dubium, an subjaceat huic Constitutioni ille, qui assumitur ad aliquam Ecclesiam paræcialem, ubi sunt plures sacerdotes, tamen cura animarum residet penes ipsum, qui vulgo vocatur Archipresbyter, vel Plebanus, & videtur quòd non, per *d. capit. statutum, & gl.* quia sunt Ecclesiæ Collegiatæ, & faciunt ea quæ dicit Guid. Pap. *decis.* 258. quæ dicta sunt *superiùs*, §. 1. *num.* 16. tamen oppositum est tenendum, quia istæ Ecclesiæ potiùs dicuntur receptivæ, quàm collegiatæ, Concil. Trident. *sess.* 24. *cap.* 18. *de reform.* & istæ Ecclesiæ, & Plebaniæ antiquitus erant gubernatæ ab uno Sacerdote, qui parochus dicebatur. Postea crescente populo Christiano, creverunt & Sacerdotes, qui omnes simul recipiuntur ad illam Ecclesiam, tamen animarum cura residet in persona unius, qui Archipresbyter, sive Parochus, sive Plebanus nuncupatur, & habetur *in capit.* 2. 13. *q.* 1. & *c. uniones*, 10. *q.* 3. Selva *loc. cit.* 1. *p. quæst.* 4. *ferè per totum*, glos. *in c. licet can. in ver. Parochialibus, de elect. lib.* 6. Navar. *in cap.* 1. *in gl. num.* 94. *de pœnit. distinct.* 6. *cùm non ignores, & caput. præcedente, de prob.* & quando dicitur collegium, vel non, vide glos. *in cap. statutum, in ver. collegiatas, de elect. libro* 6. Sylvest. *in ver. Collegium, in initio.* Innocen. & alii, *in cap. cùm dilecta, de excess. prælat.* & non valet ista consequentia: in Ecclesia aliqua sunt multi Clerici, sive Presbyteri; ergo est Collegiata. Staph. *loc. cit. fol.* 108. *num.* 9. & 10. sed requiritur quòd ipsi sit unus, ut caput, vel rector, alii ut membra, ut canonici, & sic practicatur, & fit concursus in vacatione, prout dicam *in ver. parochia*, §. 2. Hostiens. *in sum. tit. de offic. Archipresbyter. num.* 1.

Secundum dubium est, ubi non sunt animæ, i. populus, sed fuerunt, vel est unita alteri, & remansit beneficium simplex: quoad primum, gl. *in d. cap.* dicit, quòd si non adest populus, non subjacet dispositioni illius tex. sed si inciperet habere parochianos, ex tunc inciperent subesse illi censuræ, Selva 3. *par. qu.* 42. *col.* 4. *ver. ego circa*, Gomes. *q.* 2. *col.* 3. dicit ligari illa Constitutione, quando actu non exercet curam animarum, sufficit ut exerceat habitu, Staph. *loc. cit.* concordat, ut prima opinio valeat ad hoc, quod non sit incompatibile, & ex consequenti non subjaceat illi capitulo, ut sit necesse quòd in impetratione fiat mentio de cura, & sic opinio gl. remaneret firma. Oppositum

tum vidi obſervari in practica : nam reperiuntur multæ Eccleſiæ quæ antiquitus fuerunt Curatæ, & habuerunt populum, & nunc carent populo, & ſunt dirutæ, & habent bonos reditus, & qui ad illas aſſumuntur. his non providetur per concurſum, nec ſubſunt diſpoſitioni, *capit. licet Canon.* & ſic vidi obſervari Beneventi, & facit quæ notat Affli ctus *in Conſt. Officio, notab.* 4. ubi probat, & multis textibus Canonicis & Canoniſtis, & quòd qui habet, dicitur habere beneficium ſimplex, & quòd tunc incipiet eſſe Curatus, quando incipiat habere populum. Quoad ſecundum, ſi unio facta eſt alteri parœciæ, adeò quòd effecta ſit velut beneficium ſimplex, dico ut ſuprà, quòd deſinat eſſe talis, quia cùm uniatur alteri, incorporatur cum ea, & extinguitur, & efficitur unum corpus, Gom. *q.* 25. *in regul. Cancel. de ann. poſſ.* ſed an iſta unio parœcialium poſſit fieri, & quomodo, vide *in ver. unio.* vide Bald. *in marg.* Innoc. *in ver. Eccleſia, q.* 8. ubi ſequitur opiniones gloſſæ ex mente Inn, & Abb. *in c. de multa, de præben.* vide Gemin. *in d. c. licet Canon, in verſic. & deinde quærit.* ubi diſputat hanc materiam, ſed *in fin.* videtur ſentire cum Gloſſa, poſt longam diſputationem hinc inde, quam videas, ſuccedente caſu in practica, & venti labili in controverſia.

Dico quintò, quòd beneficium obligat ad reſidentiam, de quo *in ver. privatio, & in ver. reſidentia*, aliàs fructus interim percipiendi fiunt Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ, prout dicam *inferius*, §. 6.

Ad Quintum, Dico primò, quòd de ordine conferendi Eccleſias Curatas, ſeu parochiales, vide *in ver. parochia*, §. 2. de aliis beneficiis providendis, ſacr. Conc. quantum videre potui, nullam fecit mentionem, ſed *ſeſſ.* 24. *c.* 12. §. *neminem*, dicens: Neminem deinceps ad dignitatem, Canonicatum, aut portionem recipiendum eſſe, niſi qui eo ordine ſacro aut ſit initiatus, quem illa dignitas, præbenda, aut portio requirit, aut in tali ætate conſtitutus, ut infra tempus de jure ſtatutum, initiari valeat. Providit etiam idoneitati, cùm ad ordines promovendi priùs debeant examinari, ut patet *ſeſſ.* 23. *c.* 4. 5. 11. 12. 13. & 14. ut dictum eſt *in ver. ordo*, & ideo nullam de examine, quoad beneficiandos fecit mentionem, quia illud præmiſit in ordinandis. Vel etiam poteſt dici, hoc reliquiſſe diſpoſitioni juris communis, etiam quoad beneficiandum beneficiis ſimplicibus, ut *in Clem. unica, & ibi gl. in verſic. reputamus, de conceſſ. præb.* ut ſciat legere, canere, & conſtruere, Gom. *de expect. nu.* 73. & Staph. *loc. citat. fol.* 36. *num.* 23. ex mente Innoc. *in c. dilectus, de temp. ordin.* & Archid. *in c. nullus, eod. tit. & libro*, dicit illiterarum eſſe inhabilem ad beneficia eccleſiaſtica. Innoc. *in cap. Lateranenſi, in fine, de præb. & in c. quia diverſitatem, in fine, de conceſſ. præb.* & ſic dicit ſervare Curiam Romanam, & ſic ſervatur hodie indifferenter; & Diaz *in Practica Crim. Can cap.* 18. ubi dicit ſe credere, nec Papæ eſſe obediendum, ſi præciperet, etiam ex certa ſcientia, ut provideatur alicui de beneficio, qui eſſet illiteratus; & ratio eſt, quia eſt de jure divino, *Oſeæ c.* 4. *Malachiæ c.* 2. Selva 3. *par. q.* 8. *num.* 28. *ver.* 2. *limitatur, & 4. p. q.* 7. *n.* 6. *& 7. ver.* 28. dicit

28. dicit in hoc non posse dispensare Episcopum, & Navar. *c.27.n.205.not.2.* dicit quòd rarò, aut nunquam in hoc defectu Papa dispensat, licet aliquando indirectè dispensando super ætate necessaria ad discendum, *facit c.illiteratos, 36. distin.* & Gom. *in c.1.n.113.* ex mente Felin. *in c. si quando, colum.pen.in versi. sed dices, de rescriptis*, dicit in hoc non posse Papam dispensare, quia est de jure divino, & quod defectus scientiæ in beneficiato, dicitur magis detestandus, quàm homicidium, & Aristot. *in 3. Ethicorum*, dicit: *Omnis ignorans malus*, & in hoc animadvertere locorum Ordinarii debent, ut prius examinent eos, quibus volunt conferre beneficia, etiamsi sint simplicia, & videatur gloss. & tex. *in cap. si quis neque sanctis, 1.q.1. in versic. amore, cap. nemo, de simon.* & Selva *3.par.quæst.quinta, num.1. & 2. & per totum.* ubi concludit, hoc esse arbitrarium, juxta qualitatem loci, & officii sui, & Boer. *decis.171.n.10.* ex mente Abbat. *in c.fi. in fine, de præscript.* ubi dicit quemlibet præsumi idoneum, etiam ad beneficia obtinenda, modò sit Clericus, *c.1. de instit. c. ex litteris, de transact.* & Bald *in marg.* Innoc. *in versi. præsumitur*, ex mente Abb. *in c. dudum, de probat.*

Dico secundò, examinato, & reperto idoneo beneficiando, expediuntur Bullæ in forma, quæ an sint necessariæ, tam in collatione facta ab Ordinario, quàm à summo Pontifice, dicam *in ver. Bullæ.*

Dico tertiò, expeditis Bullis capitur possessio, vel per se, vel per suum procuratorem, & sic tria possunt concurrere in provisione alicujus beneficii. Primum collatio, & hæc potest fieri etiam absenti, *cap. si tibi absenti, de præb. lib.6.* Secundum, investitura, quæ fit per annuli, vel pilei, vel bireti impositionem. Tertium, receptio possessionis, Covar. *lib.3.c.16. variar. resol. per totum; & maximè in sexto, & decimo num.* gl. *in cap.2. in ver. signum, de consuetud.* gl. *in c. ex ore, in ver. annulo, & in versic. mandatum, de his quæ fiunt à mai. par. c.* gloss. *in 2. notab. in c. cum qui, de præb. lib.6.* ex quib. colligitur, necessariam esse corporalem, seu realem possessionem in beneficio: quia non sufficit collatio, Canonicus titulus, Investitura, etiam cum administratione, sed est necessaria corporalis possessio ad agendum, Covar. *lib.3. loc.cit.n.6. in fine, & n.10. in princ.* gl. *in c proillorum, & ver. investitu, de præb.*

Dico quartò, quòd requiritur etiam, ut provisus de beneficio Ecclesiastico, teneatur facere fidei professionem, prout dicã *in ver. fidei professio*, Conc. Trid. *sess. 25.c.2. de refor. & Bulla Pii IV. quæ incipit, injunctum sub datum Romæ anno 564. idibus Novembris, Pontif. sui anno quinto.* sed distinguendum est. Primò, quia provisi de beneficio curato, tenentur à die adeptæ possessionis infra duos mẽses in manib. Ordinarii orthodoxæ fidei publicã facere possessionem, & spondeant & jurent prout in Bulla. Secundò, provisi de Canonicatib. & dignitatibus in Ecclesiis Cathedralibus bis ad fidei possessionem tenentur, Primò in manibus Ordinarii. Secundò, in capitulo, in quo capitulo, Canonicatus, seu præbendæ possessio suffragetur; Conc. Trid. *sess.24. c.12.§. provisi etiã.* Hic autẽ dubitatur cui Conc. nullam mentionem fecerit de provisis in colle-

collegiatis, vel de beneficiis simplicibus; sed respondetur, super hoc disposuisse *in sess.25.cap.2.de refor.* ubi dicit: *Cæteri verò omnes, sive in præsenti, sive in futurum beneficia Ecclesiastica habituri, & qui in Synodo diœcesana convenire debent, faciant fidei professionem*: & clarum est, quòd appellatione beneficiorum Ecclesiasticorum veniant omnia beneficia, etiam Collegiatarum Ecclesiarum, etiam simplicia, *cap.tua nobis, de verborum signific.* clarum est etiam, omnes beneficiatos teneri interesse Diœcesano Concil. prout *in c.2. sess.24.de refor.* Et ex decreto Congregationis hodie Episcopum non posse dispensare propter studia; Ergò omnes beneficiati tenentur ad hoc.

Dico quintò, provisi de parochiali Ecclesia per summum Pontificem, non solùm ad hæc dicta tenentur, sed etiam ad juratoriam fidejussionem, de residendo, prout disponit Pius IV. *in Bulla sua 87.fol.783.* & aliqui dubitant quòd ad hanc tenentur etiam provisi per Ordinarium, sed hoc, vide *in ver.parochia*, §.8.

Primum dubium, an locorum Ordinarii possint capere à beneficiatis vel totos fructus beneficii primi anni, vel medios, prout in quibusdam locis fortassis fieri audivi, respondetur, quòd sac. Conc. Trident. *sess.24. capit.14.* respondet negativè, nisi ea, quæ priùs convertebantur in usus pios, Selva 3.*parte, quæst.20. nu.2.* Dicet quis, quid si illapriùs convertebantur in usum proprium Canonicorum, vel Episcopi, & modò quia ita non licet, vellet Episcopus, vel Canonici illud, vel quid simile, in usus pios, & non amplius in proprios conferre, an hoc liceat? & videtur quòd sic: quia Conc. videtur concedere, ut possint accipi, modò convertantur in usus pios; ad hoc respondetur ex Nav. *cap.23. num.101.prope finem*, ubi dicit hoc non licere, per *c. ex multis, 1.q.3.* & Gom. *in q.12. col.pen.ver. & ista quæ. de trien.poss.* nec Episcopi possunt eos fructus sibi attribuere, prout sac. Congreg. censuit, *num.469.* Dicet quis, nonne dulciaria, vel quid simile possint accipere Canonici, vel Episcopus pro ista missione in possessionem? Sac. Congreg. respondit negativè, *declarat. 295.* Hinc etiam colligitur detestandam esse consuetudinem, sive potiùs corruptelam, ut quisquam presbyter, qui volet admitti ad mensam communem, vel recipi in Ecclesia receptiva, ut solvat quid, per prædicta; sed vide Rebuff. *tit.de requi.ad bon.col. & vol.hab.benef.num.8. & infrà.* ubi habes, an & quando Episcopus possit recipere fructus beneficii pro collatione.

Secundum dubium est, an Episcopus possit conferre beneficia sub conditione, si vacant: ut si Ordinarius habens verisimilem notitiam de morte Sempronii, dicat Titio; Confero tibi beneficium Sempronii, si vacat? Respondetur affirmativè, relictis disputationibus, ita Gom. *q.1. de verb.notat.* gl. *in c.2. de elect. lib.6.* Lapus *alleg.6.* Selva 3.*p.q.46. & q.20.num.3.in fin.* Covar. *lib.3. capit.16. n.1. var.resol.* Joan. Nico. Gimonteus, *de grat. expectat.fol.380. & infrà*, ubi etiam addit hanc provisionem, seu collationem factam, si vacat, inducere obligationem ipsi permittenti, tex. *in c. accedens, de præbend.*

Tertium

Tertiũ dubiũ est, an collatio beneficii facta excõmunicato, teneat? Respondet affirmativè, relictis ambagibus, & hoc quoad consensum, non quoad jus acquisitum, quia nunquam acquirit illius jus, per hanc acceptionem, donec absolvatur, decis. Rotæ *de conceſſ. præben. in noviſſ. & deciſ. 33. in antiquis. & deciſ. 195. in noviſ.* Covarr. *loco citato, num. 4. in fine*, Gom. *de expectat. num. 60.* Selva *3. p. q. 4. per totum. & num. 23. peculiariter*, Staph. *fol. 178. nu. 22.* Covarr. *in cap. Almamater 1. p. §. 7. per totum*, sed ex professo, *num. 4. ver. 12.* & ex hoc etiam concludit, quòd præsentatio facta à patrono laico excommunicato tenet, si sequatur institutio: licet Covarr. *loc. citat. n. 9. ver. 12.* idem censeat in laico excommunicato, etiam sicut in clerico, & hæc omnia procedunt in excommunicato, prout *in Bulla Martini V.* Navarr. *capit. 27. num. 31.* Sot. *4. sentent. dist. 1. quæst. 5. art. 6.* vide *in ver. excommunicatio*, Staph. *de lit. grat. fol. 149. num. 8.* licet ibidem *num. 9.* dicat oppositum, illud potest intelligi quoad jus acquisitum, non quoad acceptationẽ: nam excommunicatus potest omne quid facti, licet non juris, Gom. *loc. cit.* sed acceptatio est quid facti, sicut & collatio beneficii, & sunt actus extrajudiciales, Gom. *in qu. 18. de infirm. resig. col. 3.* Boer. *dec. 119. num. 1.*

Quartum dubium est, quia satis vulgatum est illud *cap. si tibi absenti. de præb. libro 6.* ubi dicitur, quòd potest Ordinarius conferre beneficia alicui absenti, & interim non alteri, donec ille qui promisit, dissenserit, & licet lapsus sit terminus datus ad consentiendum, si tamen res est integra, potest etiam acceptare, Franc. ibi, & Covar. *loc. cit.* Abb. *in c. accedens, col. 1. de præb.* hinc oritur dubium, & fuit in facto: Vacavit quædam Ecclesia parochialis, facto examine per concursum, est magis idoneus electus ab Ordinario, sed quia non ad Ordinarium, sed ad Illustri. Cardinalem pertinebat collatio per indultum Sedis Apostolicæ, ille sic electus adiit ipsum Illustriss. Cardinalem pro collatione cum approbatione Ordinarii more solito, Cardinalis ille remisit electum ad Archiepiscopum cum litteris, quibus collationem illius parochiæ committebat illi Ordinario, quia acceptis literis, dixit illi electo: Vade, & revertere, quia faciam tibi expediri Bullas; ille interim moritur, dubitabatur per cujus obitum vacabat illa Ecclesia parochialis, quod quibusdam videbatur, quòd non per mortem istius, quia nondum ei erat collatum beneficium: ego autem relictis disputationibus, dixi, & dico, quòd vacabat per obitum illius, quia jam ei erat acquisitum jus ad rem, per illam electionem factam in examine, & per dictum illius Archiepiscopi, Concil. Trid. *sess. 24. capitulo 18. §. peracto deinde*, & per literas missas ab illo Cardinali ad Reverendiss. Archiepiscopum, quibus committebat collationem illius electi, hoc clarè habetur ex Gom. *in 4. parte, de non tollend. jur. quæsito, ver. 1. & 5.* ubi explicat quot modis acquiratur jus ad rem, & dicam, *in ver. jus*, & ita fuit concluſum, & sic Illustriss. ille Cardinalis fecit Bullas alteri, cui per obitum illius fuit provisum, facit quod dicit Boer. *deciſ. 24. nu. 9. & c. inſtitutionis, 25.*

quæst. 2. hoc tamen fallit in proviſione beneficii vacantis. Abb. *in c. nulla, n.* 2. *de conceſſ. prab.*

Quintum dubium eſt, an collatio beneficii poſſit fieri irregulari. Circa hunc articulum quoad homicidam, dicam *in ver. privatio*, §. 1. & pro nunc dicitur, quòd collatio facta irregulari, ex homicidio voluntario, eſt nulla, Concil. Trid. *ſeſſ.* 14. *c.* 7. *de refor.* ſed an ſit idem de mutilatore, ſive obtruncante aliquod membrum, videtur quòd ſic: quia eadem irregularitas contrahitur, *Clem. unica, de homic.* Navar. *c.* 27. *num.* 206. *notab.* 2. *& n.* 224. *notab.* 9. Sot. *lib.* 5. *q.* 2. *art.* 1. *juxta medium, de juſt. & jure.* Panor. *in c. Clerici, n.* 3. *ne cler. vel monach. & c.* Diaz. *in pract. crim. Can. c.* 92. ſed de hoc, & quoad alias ſpecies irregularitatis, vide *in ver. irregularitas.*

Sextum dubium, an prælatus poſſit, vel debeat conferre beneficia alicui clerico extraneo ſine literis commendatitiis proprii Epiſcopi? de hoc vide Panor. *in c. fraternitati, n.* 3. *de cler. non reſid.*

Ad ſextum. Quoad primam eſt dubium; & ſingulis diebus practicabile, & maximè hodie, per concordiam factam cum Sede Apoſtolica ſuper ſpoliis, dubium eſt, inquam, moritur Clericus beneficiatus in menſe Maii, vel in medio anno, in quo jam lucratus eſt medietatem, vel majorem partem fructuum beneficii, ſed quia nondum erant maturi, nihil eorum accepit, petitur, an pertineant ad hæredem pro rata, vel ad ſucceſſorem illius beneficii? reſpondetur, hunc articulum tangi à Gimonteo *de grat. expect. c.* 1. *num.* 24. Covar. *in c. cum officiis, num.* 1. *& 2. de teſtam.* gloſſ. *in c. fin. in ver. obitus, de pecul. cler.* & Gom. *qu.* 1. *in ult. de trien. poſſ.* & in ſumma duas referunt opiniones, quarũ prima eſt, quæ dicit inter beneficiatum defunctũ & Eccleſiam fieri diviſionẽ pro rata, & parte anni, pro qua ſubiit onus in Eccleſia: ſicut fructuum dotis inter maritum & hæredes mulieris fit diviſio pro ea parte anni in qua maritus ſubiit onera matrimonii, *l. divortio ff. ſolut. matr.* Secunda opinio dicit beneficiatum fructus Eccleſiæ facere ſuos, ſtatim ex quo ſunt à ſolo ſeparati, à quocunque, & cujuſcunque nomine fiat, ad inſtar bonæ fidei poſſeſſoris, & uſufructuarii, licet, nondum ſint in horreis reconditi, quia beneficiatus æquiparatur uſufructuario, Gui. Pap. *q.* 110. *in l. quid ſit*, §. *qui in alieno. ff. de uſufruct. l. ſi uſufructuarius, ff. quibus modis uſufruct.* & ratio eſt, quia Clericus eſt uſuarius in morte, & uſufructuarius in vita, Afflict. *deciſio* 168. *num.* 2. ſed uſufructuarius tunc ſolùm facit fructus ſuos, cum ſint maturi & collecti, & à ſolo ſeparati, quamvis nondum domi reconditi ſint, §. *is verò inſtit. de rerũ diviſ.* facit quod notat Nov. *de jure protim.* §. *ſecundus, num.* 202. *& infrà*, ubi dicit, quòd fructus pendentes, inter immobilia reputantur, & ſunt partes fundi; ergo non competunt niſi dum ſint à ſolo ſeparati, Vinc. de Franch. *deciſ.* 168. *& deciſ.* 96. ubi multa habentur de fructibus immaturis collectis in fraudem ſucceſſorum, & Tyraquel. *de retract. convent.* §. 4. *gloſſ.* 5. *num.* 3. & Vinc. Franch. *deciſ.* 19. *num.* 1. ubi dicit, quòd ſi vaſallus moritur poſt Kalendas

das Martias, omnes fructus illius anni pertinent ad hæredes ipsius, non ad dominum; secus verò, si antè, vide Iser. *in rubr. hic finitur lex, &c.* §. *iis consequenter, num.* 19. gloss. *in capitulo si propter, in vers. primi anni, de rescript. lib.* 6. Ad hoc accedit Bulla Julii III. quæ est 9. *fol.* 504. quæ vult, omnes fructus beneficiorū inexactos, ad successores in beneficiis spectare; & hoc est bene considerandum: nam accidit singulis horis, & momentis, & maximè hodie, per dictam concordiam ipsorum, ob quam successores prætendere possunt omnes fructus remanentes in beneficio per mortem beneficiati; ego autem censerem cum prima opinione, & illam vidi practicari: nam hæredes presbyteri demortui accipient fructus pro rata temporis servitiorum, hoc clarè tenet Covar. *lib.* 1. *cap.* 15. *num.* 12. *var. resol.* & idem censet in renunciante: sed hodie fiunt Reverendæ Cameræ Apostolicæ omnes fructus qui in vita non fuerint exacti: & sic vidi servari. Ratio est, quia bona debita, licet n ondum soluta & quærenda beneficiatio, post mortem censentur spolia. Navar. *tract. de spol.* §. 1. *num.* 3.

Quoad secundam partem, regula juris est, omnes fructus beneficiorum obvenientes tempore vacationis, pertinere ad successores. *c. quia sæpe, de elect. l.* 6. *c. fi. de offic. ord. eod. lib. Clem. Statuto, de elect. c. quandoquidem,* 75. *dist. & c. illud quod,* 12. *q.* 2. Boer. *decis.* 20. Navar. *in c. non liceat,* 12. *q.* 2. *& in Manuali, c.* 27. *n.* 69. *in fine,* Gimont. *loc. cit. nu.* 22. Julius III. *Bull. nona, quæ incipit: Cùm sicut;* disponit beneficiatorum fructus tempore obitus beneficiatorum inexactos, ad successores in beneficiis spectare: tamen hodie secus est: nam Gregor. III. *Bulla sua* 72. *fol.* 1034. & Sixtus V. *Bulla sua fol.* 1367. dicunt omnes fructus, reditus, & quæcunque pretiosa decedentium, Ecclesiarum, & beneficiorum prædictorum, usque ad diem præfectionis, & provisionis, seu commendæ ad Reverendam Cameram Apostolicam pertinere. & de beneficiorum Papæ fructibus antea idem Pius V. *Bulla sua* 53. *fol.* 1008. Pius IV. *Bulla* 36. *fol.* 700. in regno Neapolitano jam fecerat reservationes dictæ Cameræ à die vacationis quousque de manu Nuncii Apostolici caperetur possessio, & hoc non solum tempore vacationis per obitum, sed si fuerint beneficia malè unita alicui loco, prout puta Seminario, vel malè collata, quia tunc censentur vacare, & hoc accidit in facto Beneventi, prout dicam *in ver. unio*, §. 9. Navar. *tract. de spol.* §. 6. *num.* 7. *& cons.* 2. *de spol.*

Ad septimum. Mallem esse discipulus, quàm magister, alios audire, quàm quicquam loqui, & de pluralitate beneficiorum satis superque dictum est à sanctis Patribus & Doctoribus variis in locis, & profectò saxeum pectus monerent verba Diaz *in Pract. crim. Can. cap.* 42. tamen in hac practicabilia magis attingam per conclusiones, quas per extensum reperies apud Doctores alios, quos ego citabo.

Sit prima conclusio; per sac. Concil. Trid. *sess.* 14. *c.* 17. *de refor.* unum tantum beneficium in posterū singulis conferatur, qualiscunq; sit ille: quòd quidē si ad

tam ejus cui confertur, honestè sustentandam non sufficiat, liceat nihilominus aliud simplex sufficiens, dummodo utrumque personalem residentiam non requirat, eidem conferre, *capite 25. num.125.*

Secunda conclusio, quia Concilium loquens de secundo beneficio, mentionem fecit de sufficientia, videtur posse tolerari pluralitas beneficiorum propter tenuitatem ipsorum, prout *in c.eam te, de ætate & qualit. & ibi gloss. in ver. tenues.* & Navar. *loc. cit.* dicit Concilium tacitè approbare dictam glossam, & ideo solet dici, quòd obtinens tria insufficientia, non dicitur sufficienter beneficiatus, Decis. Rotæ 455. *quæ incipit. si Legatus, in novis.* Staph. *loc.cit. fol.23.num.6.& 7.* Gom. *de expectat. num.62.* & hoc comprobatur ex declarat sac. Congreg. *nu. 25. in meis* ubi dicitur *habens beneficium simplex sufficiens ad ejus victum, si adipiscat pacificam possessionem parochialis Ecclesiæ sibi legitimè collatæ, vacat beneficium simplex.* ex quo infert, quod si non erat sufficiens, vacat.

Tertia conclusio, hinc etiam fit, sacr. Concil. non prohibere, ut quis in eadem Ecclesia possit habere Canonicatum cum præbenda & dignitate, & simplex beneficium, Car. *in Concil. 3. quem incipit: Domina.* Staph. *de lit. grat. fol.13. n.5.* Ratio est; quia Canonicatus cum præbenda & dignitate habentur loco unius. Staph. *loc.cit. fol.12. num.2.*

Quarta conclusio, hoc intellige, quando simplex beneficium vel ille Canonicatus non esset per se sufficiens, quia jura abhorrent pluralitatem beneficiorum, etiam simplicium, dum unum sit sufficiens, in eadem Ecclesia gl. *in c. dudum, il 2. in ver. retinere, de elect. c sanctorum* 70.d.gl. *in c. cùm adeò, in ver. si dignus, de rescrip.*

Quinta conclusio, quòd per illa verba Concilii, dùmmodo utrumque personalem residentiam non requirat, intelligi debet, sive requirant residentiam de jure communi, de consuetudine vel statuto, Staph. *loc.cit. fol.73. num.8.* Gom. *de expect. num.45.* Rebuff. *tit. de disp. ratio. ætat, ver. incompat. nu.5.& 8.* Gemin, *in c. gratia, vers. & istud ultimum, de rescript. lib.6.* ubi disputat de residentia beneficiatorum, & de eorum compatibilitate, vel incompatibilitate, sufficientia, vel non sufficientia, conformitate, vel non conformitate, quod nota pro praxi quotidiana, & mihi sæpe accidit in consulendo

Sexta conclusio, hodie per hoc dictum Concilii cessat illud dictum commune Doctorum *in c. literas, de concess. præb. & ibi gl. in ver. vacare,* Selva 3.p.q.39 Rebuff. *loc.cit.* quia quis potest habere duo beneficia conformia sub eodem tecto, modò sint simplicia, & non requirentia personalem residentiam, & sufficientia, & sic possunt habere locum, Gloss. *in c.1.21.q.1. in ver. necessitatem,* gl. *in c. sanctorum, 70. d. in fi.* gl. *in c. gratiæ, in ver. de jure, de rescriptis, l.6.* & gl. *in c. de multa, in fi. de præb.* Staph. Gõ. Selv. *loc.cit. n.17.* Dico posse habere locũ, juxta dicta & normam sac. Conc. secus verò non, quia omnes d.gl. se fundant in tenuitate, paupertate, vel necessitate beneficiorum. Dicet quis, adest declaratio sac. Cong. *n.107.*

n. 107. ubi dicit hæc verba: *Plura beneficia non possunt obtineri, licet sint simplicia, sic dispensatione Papæ.* ad hoc respondetur, illud intelligi in terminis fac. Con. quando unum esset sufficiens, prout eadem fac. Cong. censuit, *superius decl.* 70. ibi relata, & potest quis habere plura beneficia simplicia, personalem residentiam non requirentia, usque ad competentem tamen sustentationem, Nav. *consil.* 10. *n.* 2. *de prabend.*

Septima conclusio: Episcopus non potest dispensare, ut quis habeat duo beneficia simplicia, quorum alterum sit sufficiens, nec, si non sunt sufficientia; & requirunt residentiam personalem prout *supra.* Ratio est: quia Episcopus non potest dispensare supra Constitutionem conciliarem, *Clem. Ne Romani, de elect.* Doct. *in c. 1. de bigam. lib. 6.* & sic cessant quæ dicit Staph. *loc. cit. f.* 73. *n.* 8. & habent locum quæ dicit *ibidem, n.* 9. imò nec legati à latere Cardinales dispensant super vel contra conciliares Constitutiones. Gem. *in c. deliberatione, §. prohibemus, notab.* 3. *de offic. leg. lib. 6. per text & ibi gl. in c. dilectus, in ver. non obstante, de filis presbyt.*

Octava conclusio, quænam dicantur beneficia simplicia sufficientia, ad sustentandâ vitam, hoc opus, hic labor est, quia Juvenalis ait: *Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit.* & Ovidius, *quò plus sunt potæ, plus sitiuntur aquæ.* & Horatius, *Nemo sua sorte contentus.* & D. Hier. *in cap. Diaconi 93. d. & in cap. 1. 44. distin.* & Diaz. *loc. cit.* Selva & Glos. *in c. dudum, il secundo, de elect.* tamen dicitur primò ad evitandum peccatum mortale simplici clerico sufficere tale beneficium, quod non sufficit nobili, & literato, *cap. de multa in fine, de prabend.* gl. *in c. cùm adeò, de rescrip. in ver. sufficientem, & in ver. si dignus.* Staph. *loc. cit. fol.* 10 *num.* 2. glos. *in c. Cler.* 21. *q.* 1. Staph. *loc. cit. fol.* 45. *num.* 4. Gom. *de expect. num* 107. Navar. *c.* 25. *num.* 125. *num.* 128. & ad sciendum sufficientiam beneficiorum, Gimon. *de expect. cap.* 5. *num.* 25. *usque ad* 27. dicit beneficium dici insufficiens, si non ascendat ad summam 200. florenorum, anno, & hoc colligitur ex §. *quòd si quis, tit. de collat. in prag. sanctionum,* quæ summa est 200. ducatorum de Camera; sed circa hoc cùm non possit dari certa regula, quisque formet conscientiam suam, & si habet plus quàm ei sufficiat, sciat se esse in peccato mortali, prout gl. cit. *in c. dudum,* & Doctor. citati, vide Host. en. *in sum. titulo de rescrip. n.* 25. *& in titul. de prabend. §. cui sit conferenda, num.* 3. Caputaqu. *decis.* 95. ubi dicit, quòd beneficium valoris 25. ducatorum computatis distributionibus non dicitur sufficiens, & fac. Congreg. *declar.* 250. censuit, quòd habens Canonicatum & duo simplicia beneficia, quorum omnium annui reditus secundùm communem æstimationem non ascendunt ad summam 12. ducatorum non prohibetur à Concilio Tridentino, quin ea omnia retinere possit: facit etiam quod notat Gem. *in cap. fin. vers. si vero, prope finem, cap. de offic. leg. lib. 6.* ubi de sufficientia & insufficientia beneficiorum per bellè tractat ex Lapo: hinc oritur dubium, si quis habeat duo, vel tria beneficia requirentia Missarum celebrationem, & sunt insufficien-

ficientia, prout sunt quædam Altaria seu Capellaniæ, an requirant personalem residentiam, & ideo non possint simul obtineri, cùm sit contra formam Concilii? & videtur quòd istæ Capellaniæ, quæ requirunt Missarum celebrationem, & quæ dantur in titulum, & sunt beneficia servitoria, prout suprà, requirunt residentiam, & quòd debeant beneficiati per se ipsos missas celebrare. Ratio est, quia eligitur industria personæ, *cap. is cui, de offic. deleg. libro 6. & capitulo ei cui, de præbend. eod. libro capitulo fin. §. cæterùm, de offic. deleg. extra.* Gom. *tract. de man. de provid. numero* 116. Maran. *in 4. part. distinct. 5. num.* 69. Gom. *in capitulo, statutum, numero* 64. *de rescript. lib. 6. capitulo, ei cui, de præbend. libro 6.* & ut Staph. dicit, *loc. cit. fol.* 17. *& 18. numero 6. & 7. infrà*, Canonicus non potest simul cum Canonicatu habere beneficium servitorium, sed hujusmodi Capellaniæ sunt tales; ergo, &c. Ad hoc respondetur per conclusiones, & sit prima conclusio ista; beneficia requirentia Missarum celebrationem, non requirunt residentiam personalem, prout dictum est suprà de beneficiis simplicibus. Primò patet per ea, quæ dicit Staph. *fol.* 74. *numero* 1. *&* 2. ubi dicit ex mente Card. *in Concilio citato*, quòd potest quis habere Canonicatum cum Capellania, quia non sunt incompatibilia de jure in eadem Ecclesia: sed non potest habere beneficium servitorium, idem *fol.* 18. *numero 6. & infrà*. Ratio diversitatis est, quia Capellaniæ solùm habent onus celebrandi Missas, & sic non detrahunt à servitio Canonicatus, sed beneficium servitiorum, sic quia habet plus oneris quàm Capellaniæ, prout patet *suprà*, §. 1. *ver.* 3. Secunda conclusio; hodie dictæ Capellaniæ per consuetudinem non solùm non requirunt personalem residentiam; sed potest beneficiatus Capellanus in eis per alium deservire, & sic non tenetur personaliter residere; Lapus *allegat.* 39. *quæ incipit: Verùm absque dispensatione*, ex Inn. *in cap. ex tunc, ver. item oportet, de cler. non resid.* Selva 4. *p. q.* 2. *num.* 9. *versic. postremò, variar. resol. & numero* 3. *Conclus.* 1. *circa fin.* Abb. *in c. quia nonnulli, numero* 7. *de cler. non resid.* Tabien. *in ver. beneficium*, 3. §. 20. Armil. *ver. Beneficium num.* 83. idem sacra Congreg. censuit *in meis, numero* 143. in hæc verba: *Obtinens beneficium, quod sit simplex, & sine cura animarum, & extra Ecclesiam Collegiatam, nec personalem residentiam ob aliam causam requirens, non tenetur in eo residere, sed ad inserviendum illi per alium, qui probatus sit ab Ordinario*; ex qua declaratione, & etiam ex mente Concilii, & Congreg. potest habere quis Capellaniam talem, etiam extra Ecclesiam, in qua habet Canonicatum, per eandem rationem. Probatur ultimò ex deductione ad impossibile, quia si quis haberet duas, vel tres Capellanias requirentes Missarum celebrationem in diversis diœcesibus, esset impossibile posse eum personaliter ibi celebrare; ergo potest per alium, Abb. *in c. extirpandæ*, §. *qui verò num.* 3. *de præb.* & idem censuit sac. Congreg. *in meis, numer.* 201. Inno. *in c. Clericus, n.* 2. *de cler. non resid.* Tertia conclusio fallit, quã-

do

do dicta Capellania fuisset fundata ab aliquo cum hac conditione, ut qui eam voluerit obtinere, per se dictas Missas celebrare debeat, vel quòd sit in tali ætate, vel Sacerdos, Rebuff. *pract. benef. in 3. par. for. sign. super clausula, nec non juris patronat. n. 44.* nisi ad hoc accesserit voluntas patroni, ut non sit presbyter, *ibidem n. 46.* idem si per statutum, vel consuetudinem requireret personalem residentiam, Staph. *fol. 73. num. 8. c. ei cui, de præben. lib. 6. fol. 183. n. 2.* hoc tamen fallit, nisi adsit clausula, non obstantiarum, quia tunc per illam cessat statutum, modò sit ætatis legitimæ, etiamsi non sit presbyter, decis. Rotæ 5. *in novis.* Caputaqu. *decis. 127. numero 2. par. 1.* Quarta conclusio: in Capellania requirente Missarum celebrationem simpliciter potest beneficiari etiam Clericus, qui non sit actu Sacerdos, cùm possit per alium deservire, Selva, Tab. & Armil. *loc. cit.* fallit, quando, vel ex fundatione, vel statuto, vel consuetudine requiritur, quòd sit actu sacerdos, Doctor. *locis cit.* Rebuff. *in tit. de requis. ad collationem bonam, numero 35.* Quinta conclusio, quid si fundator vel statutum, vel consuetudo dicat, sit Capellanus vel sacerdos, an requiratur quod sit actu sacerdos, vel sufficiat, quòd sit clericus; & primò videtur quòd sufficit, quòd sit clericus, *per c. inter cæteras, & ibi gl. in 2. notab.* ubi facit regulam, quòd in disiunctivis, vel alternativis sufficit probare unum, vel alterum, & sic illud adimplere, facit gl. *in c. ex parte, il. 1. in versi. & perpetuò, de rescrip.* Staph. *loc. cit. fol. 22. n. 5.* Decis. Rot. 7. *de rescrip. in novis.* ex alia parte videtur requiri, quòd sit actu Sacerdos, per *d. c. ei cui.* & dictio sive, seu, vel, non semper dicunt disjunctionem, sed aliquando augmentum, & paritatem, prout *in l. si quis ita, ff. de aur. & arg. leg.* & hoc pro singulari commendat Cepolla *in singulari 56, incipiente, Lego Digestum,* ubi dicit, quòd si testator legat Digestum, sive Codicem, quòd utrumque debetur, ita ponderat illum tex. Romanus *in conc. 363. col. 2.* Alex. *in cons. 193. lib. 2. col. 2.* & aliquando dicta dictio ponitur declarativè, prout *in 6. nulli, de reb. Eccl. non alien.* & Gom. *in c. statutum. n. 21. usque ad 25. de rescrip. lib. 6.* & aliquando disjunctiva resolvitur in copulativam, Bar. *in l. penult. de verb. signif.* Boer. *decis. 214. n. 4.* vide Cov. *lib. 2. c. 5. n. 10. variar. resol.* & pro secundo dicto fuit sententiarum in simili casu in Archiepiscopali Curia Compzana, & ultra prædicta addebatur causa favorabilis favore Ecclesiæ, & animarum, quia melius & tutius est Capellis hujusmodi deservire per Sacerdotes, quam per simplices Clericos. Nec urget regula, *Qui per alium,* quia illa est fictio juris. Sexta conclusio; potest quis habere Canonicatum cum præbenda, & dignitate, quando sunt omnia ista tria annexa, & insufficientia, & alium Canonicatum insufficientem non requirentem personalem, ut quia est in Ecclesia diruta, sic etiam parochialem dirutam pari modo, prout in Cathedralib. vel collegiatis, & parochiis translatis, vel unitis, vel per carentiam populorum dirutis, vel quia non possunt reparari propter tenuitatem fructuum, glos. *in c. licet Canon, in ver. parochialis, de elect. lib. 6.* & Conc. Trid. *sess. 20.*

sess. 20. c. 7. de refor. & sic potest quis hodie habere unum beneficium Curatum, vel requirens personalem residentiam, non sufficiens, & aliud simplex sufficiens, vel non sufficiens, modò hæc duo simul faciant unum sufficiens. Ratio est, quia concurrunt requisita à sac. Conc. quòd est sufficiens, vel non sufficiens, & non requirit personalem residentiam, Gom. *de expect. n.* 44. Staph. *loc. cit. fol. 6. n.* 4. *&* 5. *& infrà.* Jo. And. *in c. literas, de conces. præb.* Panor. *in c. jam dudum, eo. tit.* Septima conclusio, per hæc non potest quis hodie, nec anteà habere Canonicatum simul cum Ecclesia parochiali, nisi sint annexæ illi præbendæ vel Canonicatui, per eandem rationem, Conc. Trid. *sess. 22. c. 3. de refor.* & dicam *in ver. distributiones quotidianæ*, §. 3. Ratio est, quia parochia requirit personalem residentiam, per jura communia, & vulgata, *cap. licet Canon, c. commissa, c. cùm ex eo, de elect. l. 6.* Conc. Trid. *sess. 23. c. 1. § eadem omnino, de refor.* Similiter Canonicatus requirit personalem residentiam, *Clem. fi. de præb.* Francus *in c. cum Ecclesia, in gl. 3. in fi. de præb. lib. 6.* Pius V. *Bulla 64. fol.* 121. & ex iis patet responsio ad quæsitum, quicquid dicat Rebuff. *tit. de dispensat. rat. ætat. n.* 8. & Conc. Trid. *sess. 24. cap.* 12. §. *præterea, de refor.* Navar. *cons. 12. de cler. non resid.* ubi habetur, Canonicatū requirere residentiam. Octava conclusio, dignitas Archidiaconatus est incompatibilis cum beneficio curato. Barbat. *conc.* 58. *col. pen. ver. capio nunc ultimam, in* 1. *vol.* Boer. *decis.* 296. *num.* 14. & idem censet de personatibus & aliis dignitatibus, idem *ibidem n.* 10. Hoc intellige, quando illud beneficium curatum non esset annexum dignitati, personatui, vel officio, quia si esset annexum, posset illud beneficium curatum simul cum dicta dignitate, personatu & officio retineri, per dicta *superius conclusione* 7. & Gemin. *in cap.* 1. *vers. si quæritur, an possit, de consuet. lib. 6.* ubi dicit, quando potest quis habere præbendam, & Ecclesiam parochialem annexam, per *c. super eo, de præb.* Nona conclusio; Episcopus poterat de jure antiquo dispensare, ut quis haberet plura beneficia simplicia. Rebuff. *tit. de dispensat. ad plur. benef. n.* 29. *& infra*, sed hodie non esset opus ista dispensatione, cùm Conc. loco cit. permittat pluralitatem beneficiorum simplicium insufficientium, ultrà potest Episcopus dispensare, quia est constitutio Conciliaris. Decima conclusio, nec potest quis habere parochialem in commendam, & aliud beneficium in titulum, vel econtra, Caputaqu. *decis.* 145. *p.* 1.

Ad Octavum. Quibus conferre debeant? Respondetur perpaucis (sed habeantur pro non dictis, quia non observantur) primò, conferri debent personis dignis, non solùm scientia, sed etiam bonis moribus, prout patet *superius* §. 6. & collatio facta indigno, non dicitur Canonica. Rebuff. *loc. cit. in cap. Canonica institutio quæ dicatur numero* 5. Secundò, debent conferri magis incolis, quàm exteris, Sylv. 2. *p. q. ult. cap. penult. num.* 34. *cap. bonæ memoriæ, il* 2. *juxta finem, de postulat. prælat.* Gom. *in q.* 1. *reg. Cancell. de idiomat.* gloss. *in Clem. unica, in ver. repererint, de offi. deleg.* Staph. *loc. cit.*

cic. fol. 73. num. 25. Covar. *pract. qq. c.* 35. *num.* 5. & 6. Sot. *lib.* 3. *quæ* 7. *artic.* 2. *de just. & jure*, & videant loco rum Ordinarii, Rebuff. *fol.* 26. *n.* 62. imò falsa expressio diœcesis impetrantis, causat surreptionem impetrationis. Rebuff. *in* 3. *p. signat. in ver. Diœcesis.* Tertiò, beneficium non potest conferri laico, *c. ex literis de transact.* Conc. Trid. *sess.* 23. *c.* 6. *de refor.* quicquid dicat addit. ad Dynum, *in c.* 1. *de reg. jur. lib.* 6. ex Friderico de Senis, *in consi.* 127. *quod incipit. Casus talis. in* §. 5. *ver. dico tertiò, in fine add.* vide Dyn. *in c.* 1. *n.* 28. *de regul. jur. lib.* 6. & *addit. ibi in ver. Vicarius.* Quartò, nec clerico conjugato, etiamsi duxerit unicã, & virginem; nec obstat, *c. Joannes, de cler. conjug.* quia gl. *ibi in ver. beneficium*, & Hostien. *ibidem* aliter intelligit, nec potest ei conferri pensio, Pius V. *Bull.* 71. *quæ incipit sacrosanctum.* Quintò, nec illi qui contraxit matrimonium per verba de præsenti, & postea promovetur ad sactũ ordinem, non dirimitur matrimonium ratum, & sic cùm teneatur ad matrimonium, non est capax beneficii, *c. unico, de voto, lib.* 6. Extravag. Joannis XII. Cap. Tolo. *q.* 361.

Ad nonum. Et est communis sententia, rejectis multis quæ pro & contra possent dici. Respondetur, posse Episcopũ extra suam diœcesim existentem, conferre beneficia vacantia in sua diœcesi, gl. *in cap. statutum, in ver. in remotis, de præb. lib.* 6. *& in cap. novit, in ver. Terminos, de offic. leg. & cap. post electionem, de concess. præb.* Selva 3. *p. q.* 40. *&* 2. *p. q.* 14. *n.* 8. additionator ad dec. 7. Rotæ, *de offic. Vic. num.* 3. *in noviss.* Gom. *in c.* 2. §. *statuto, num.* 61. *lib.* 6. *de const.* licet hoc negerin Vicario Episcopi, *& in q.* 3. *in reg. de non jud. juxta for. suppl.* Etiamsi Episcopus esset in curia, licet melius faceret, si quando vellet conferre, exiret ab urbe, & extra illam conferret, ad hoc, ut dicatur esse in aliena diœcesi, *& decis.* 1. *de rerum permut. in noviss.* fallit, quòd non posset conferre beneficia vacantia, per *c. statutum*, quia illorum collatio requirit quòd Episcopus sit in sua diœcesi Covar. *lib.* 3. *c.* 20. *num.* 9. *var. resol.* ubi plus dicit, quòd nec resignationes, nec permutationes beneficiorum suarum diœcesum potest in Curia recipere, vel admittere, quia tunc dicerentur vacare in Curia, & ipse postea admissa resignatione, vel permutatione, non posset providere, per *c.* 2. *lib.* 6. sed Rebuff. *loc. cit. de for. Vic. n.* 227. non solùm in Episcopo, sed etiam in Vicario hoc admittit, ut possit conferre extra diœcesim, si ad hoc habet speciale mandatum, per *c. fi. de offic. Vic. lib.* 6. & dicam *in ver. Vicarius*, Boer. *decis.* 30. Capyc. *dec.* 203. *n.* 16. licet hoc limitter in contradictorio judicio, per ea, quæ dixi *in ver. absolutio*, §. 8. Ratio est: quia extra diœcesim non habet jurisdictionem, quæ requiritur in contradictorio judicio, & sine hoc, collatio beneficii est jurisdictionis voluntariæ, prout patet vulgatis juribus, vide Rebuff. *loc. cit. tit. de miss. in possess.* ubi habet multa, quæ sunt necessaria ad ipsam possessionem juridicè capiendam, quæ si non observentur, periculum est de intrusione, prout dicam *in ver. intrusus*, vide etiam Staph. *loc. cit. fol.* 139 *usque ad fol.* 187. ubi declarat clausulas apponi solitas in fine Bullarum, &

quonam modo intelligatur quando inveniretur obstaculum in capienda possessione.

Ad decimum. Vide Abb. *in c. auctoritate, num. 9. de instit.* ubi utitur his verbis: *investio te de tali beneficio*, licet possit uti aliis verbis, confero, do, trado, consigno, & similibus.

BULLÆ.

SUMMARIUM.

1 *Diximus in materia beneficiali, §. 6. d 3. quòd Bullæ sunt necessariæ in collatione beneficiorum, & ordinum collatione. ideo pro practica præmitto primo, an in omnibus beneficiorum collationibus requirantur Bullæ.*

2 *Quando Bullæ dicantur expeditæ.*

3 *Quid si deperdantur.*

4 *Quid si fiat collatio beneficii alicui ab aliquo Prælato, vel à summo Pontifice, & morte intercedente, non perventum sit ad Bullarum confectionem.*

5 *Quando beneficiatus teneatur eas ostendere.*

6 *Quid si moritur sola supplicatione expedita à summo Pontifice, an dicatur beneficium vacare per obitum illius, qui dictam supplicationem pro se expedivit.*

7 *Quid solvendum sit pro expeditione illarum.*

8 *Quid contineri debeat in Bullis.*

AD Primum. Conclusio est, quòd in omnibus beneficio, collationib. requiratur Bullarum expeditio, non quoad essentiam gratiæ, & collationis, sed quoad probationem, *cap. institutionis, & ibi gl. 25. quæst. 2.* & Fel. *in cap. eam te, 2. de rescrip.* Selva *3. p. q. 22. num. 3.* gl. *in Clem. dudum, in ver. verbo, de sepul.* Bal. *in l. humanum, C. de leg.* Joan. And. *in proœm. lib. 6.* Selva *1. p. q. 2. n. 34. & 2. par. 15.* Covar. *lib. 3. cap. 16, num. 1. var. resol.* Gom. *de expect. num. 17.* Staph. *fol. 203. v. 10.* hoc tamen fallit in gratiis, & collationibus factis à Papa, quæ nullo modo valent, literis non expeditis, Gom. *in quæst. 1. & 9. in regul. de non jud. jux. for. suppl.* Ratio est, quia Papa, faciens gratiam, vel conferens beneficium, intelligitur levatis Bullis, seu expeditis literis, & Staphil. *loc. cit.* & rationis est: quòd gratia Papæ dicitur in formis, & imperfecta, & adhuc existere in utero, ante literarum expeditionem, pro quarum confectione postea acquirit formam, & perfectionem, & editur in lucem, decisio. Rotæ 20. *de conces. præben. in novis.* ubi habetur, gratiam non valere literis non expeditis. Adest regula Cancellariæ de hoc, & Bulla Julii III. quæ est. *33. fol. 434.* Nec gratia suffragatur, vel probatur in foro exteriori, nisi expeditis literis. Gom. *in quæst. 1. in dicta regula.* Adest *Extravagans prima sub tit. de elect.* ubi prohibetur, aliquem habere beneficium non levatis Bullis, quam Gom. dicit solùm locum habere in beneficiis consistorialibus, *in quæst. 5 in regula.* tamen Bulla Julii III. extenditur ad omnia beneficia obtenta in Curia, Selva *3. p. q. 11. n. 5. & quæst. 22. numero 1.* & Gom. dicit, quòd qui intrat possessionem beneficii, literis non expeditis, perdit omne jus, nec sola supplicatio, sive gratia sine literis dat canonicũ titulũ. Gõ. *quæst. 1. ubi sup.* Fel. *in c. veniẽs, col. 2. de acc.* & hoc extend. etiã

ad

ad Apostolica Brevia, Gom. *tract. de Brevibus, num.* 7. ad Commissiones, & ad Dispensationes, idem *dicta, q.* 1. *col.* 2. fallit hoc, quando Papa diceret in gratia, quòd sola signatura sufficiat, prout in dicta Bulla & Doctor. vide Rebuff. *titul. de miss. in possess. num.* 39. ubi etiam dicit, dici intrusum, si cum sola signatura acciperet fructus, vel caperet possessionem, nec facit fructus suos, & hoc *in* 3. *par. sign. in ver. datum, numer.* 8. idem de gratiis regum, & aliorum principum. Vinc. de Franc. *decis.* 62. *nu.* 12. & 14. Vide Caputaqu. *decis.* 267. Navar. *tract. de spol.* §. 7. *num.* 3. Felin. *in ca. veniens, & accusat.* & sac. Cong. *declarat.* 525. in hæc verba. *Domini dixerunt, Ordinarios non posse super supplicationibus tantùm expedire literas, minus & possessionem tradere vigore supplicationis tantum, & hoc neque ex antiqua consuetudine, ut postulatum fuit, & declarat.* 366. censuit, in hæc verba, *Conquerenti Episcopo Lucensi, quosdam suos Canonicos obtinere beneficia, nec expediri Bullas, visum est respondendum, ut privet qui ita obtinent, adhibitis Vicariis, qui inserviant Ecclesiæ, donec, &c.* quomodo, & quando sufficiat sola supplicatio, sive petitionis solæ porrectio, vel literarum confectio, vel an gratia per mortem concedentis expiret, etiam in Episcopo, vide per bonam practicam Gem. *in proœmio Sex. lib. Decret.* §. *universitati, ver. quæro, an gratia Papæ.*

Ad Secundum. Tunc dicuntur] expeditæ Bullæ, quando sunt in plumbo, vel sigillo, juxta notata *in c. licet, de crim. fal.* Gemin. *in c. sicut, de præb. lib.* 6. & ita servat practica Fel. *in c. ex diligenti, col.* 4. *de simon.* Gom, *dicta q.* 1. & *in tract. utriusq. sig. fol.* 87. *col.* 4. & quòd tunc literæ dicuntur expeditæ, quando sunt plumbatæ, seu sigillatæ, quia Bulla dicitur plumbum pendens, sive sigillum. gl. *in Clem.* 1. *in ver. aureo de jurejur.* & quod dixi in Bullis summi Pont. idem de Bullis Ordinatiorum, quoad probationem tituli, licet non quoad omnia, & sac. Congreg. *declar.* 321. respondit in hæc verba. *Quid juris de illis qui præsentati & instituti fuere, sed non habent Bullas?* Responsum fuit ab ea Cong. quòd sufficit, si alliunde legitimè constet de dicta tali institutione, nisi instituti obligati fuissent expedire Bullas Apostolicas, tunc enim eis obstat Bulla Julii III. edita adversus eos, qui possessionem beneficiorum adipiscuntur, non acceptis Bullis Apostolicis.

Ad tertium. Est distinguendum: nam loquimur de Bullis factis ab Ordinariis, clarum est, quòd si deperdantur, probari possunt per testes, vel aliàs legitimè, prout dicam *in ver. dimissoriæ*, §. 6. & gloss. *in cap. si judex, in ver. fecerit, de sent. excom. lib.* 6. & *l. ad testium, ff. de testam. l. si solennibus, C. de fide instrum.* Guid. Pap. *q.* 474. Covar. *pract. quæst. cap.* 33. *num.* 3. Jason. *in repet. l. admonendi colum.* 97. *num.* 186. *ff. de jurejuran.* & *in l. hac consultissima, C. de testam.* Rebuff. *de for. pri. tons. vers.* 27. & *infra*, & Boer. *decis.* 171. *num.* 23. & *infrà, cap. inter quatuor, & ibi gloss. in vers. argumento. de cler. pereg.* & Boer. dicit, quòd Bullæ cleticatus possunt probari etiam per unicum testè, etiam per indicia, & argumenta. Caputa-

qu. *decis.* 177. *pag.* 1. ubi dicit, quòd potest probari per publicam vocem & famam, vide Navar. *consil.* 4. *de præsump. & consil.* . *de succes. ab intest.* ubi dicit, quando agitur de interesse tertii, plura requiruntur, & Hostiens. *in sum tit. de cler. pereg.* §. *quando, numero* 4. ubi dicit non sufficere probationem per juramentum; Afflict. *in constitut. Apostatantes numero* 20. sed non sufficit ostendere Bullam sacerdotii, omissis aliis aliorum, nisi adsit integritas ordinantis vel diuturnitas temporis, Innocent. *in cap. tua de cler. pereg.* Panor. *in c. nisi, de præben. & in c. fraternitatis, de cler. non resid.* Rebuff. *in tit. de miss. & possess. n.* 28. Boer. *ubi suprà, n.* 14. & Guid. Pap. *q.* 445. Selva 3. *q.* 32. *n.* 6. *in fine* ex mente Abb. *in c. qualiter, de elect.* ubi dicit, quòd gratia potest probari per testes; si verò loquimur de Bullis Papæ, dico, quòd non possunt probari nisi per literas, & non per testes, & maximè de stylo Curiæ, ut *in decis. Rot.* 332. *quæ incipit: Licet Romana Curia in novis.* Staph. *fol.* 203. *numero* 10. *decis. Rot.* 27. *de rescript. in novis.* licet circumstantiæ ipsius gratiæ Papæ possint probari per testes, *dicta decis. & addit. ad decis. de constit. in novis.* & Selva *loc. cit.* & Staph. *fol.* 204. *numero* 11. & poss. ffio beneficii potest probari per scripturam privatam, trino teste signatam, & etiam per testes, Rebuff. *tit. de miss. in possess. numero* 41.

Ad quartum. Similiter est distinguendum: nam si collatio facta fuit à sum. Pontif. & ante confectionem Bullarum moreretur, quòd successor debet dare literas, faciendo mentionem de prædecessore, *cap. literis, de rescript.* Boer. *decis.* 346. Afflict. *decis.* 253. *num.* 4. fallit, si ille sic provisus adeptus esset possessionem non expeditis Bullis Apostolicis: ei enim obstaret Bulla Julii III. de qua superiùs; si verò loquimur de collationibus factis ab Ordinario, tenetur successor facere Bullas ei, cui prædecessor contulit beneficium, & non fecit Bullas, quia sufficit collatio verbalis, Gloss. *in Clem. dudum, in verbo, de sepult.* quia sufficit de jure communi, collationem fuisse factam solo verbo; per reg. enim Cancel. & propter probationem fuit inventa expeditio literarum, seu Bullarum, ut Gom. *quæst.* 1. *in dicta reg. col. pen. & in q.* 2. dicit, regulam non habere locum in collationibus factis ab Ordinariis, nec potest dicere successor, quòd, non teneatur facere Bullas provisо à suo prædecessore, quia constito ei legitimè de veritate collationis, hoc non potest negare, cùm illi jam sit acquisitum jus, per *c. si tibi absenti, de præb. in* 6. *c. in nostra, n.* 10. *de rescript.* & Felin. imò potest acceptari beneficium, literis non expeditis, & ita ait fuisse decisum Romæ die 24. Aprilis 1552. Caputaqu. *decis.* 1. *num.* 4. licet successor possit revocare gratiam factam à prædecessore. Gemin, *in c. si, gratiosè, notab.* 7. *de rescript. lib.* 6. *per e. fin. de concess. præb.* quòd intelligerem cum causa.

Ad quintum. Licet sit regula, quòd nemo teneatur ostendere titulum suæ possessionis, *l. cogi, C. de petit. hæred.* tamen fallit. Primò, quando agitur contra Clericum possessorem beneficii, quia semper tenetur ad instantiã Judicis interrogã-

tis

tis ostendere titulum suæ possessionis, Bald. *in leg. 2. C. quomo. & quando jud. & in dicta l. cogi, columna secunda, & in l. sive, C. de probat. & in l. cui C. de fur. & in l. sancimus, de sacrosan. Eccl.* & gloss. *in c. 1. de regul. jur. lib. 6.* Fallit secundò, quando agitur contra possessorem alterius rei ecclesiasticæ, Doct. *loc. cit.* & Maran. *6. p. tit. de inquisit. numer. 152, & 4. distin. 13. num. 6.* hoc limitatur, primò, quòd non teneatur ostendere titulum, seu Bullas ad instantiam partis, Bal. *in l. civile, & gl. in d. cap. 1. de reg. jur. lib. 6.* & text. *in l. loci corpus, §. competit. ff. si servit. vind.* Jo. An. *in c. olim. de rescrip.* Innoc. *in c. Abbat. de verb. sign.* gl. *in c. unico, de eo qui mitt. in possess. libro 6. & gloss. penult. in c. 1. ut lite penden. eod. lib.* Selva *3. p. q. 25. col. penult.* Maran. *loc. citat.* & sic intelligi debet declarat. sac. Congreg. *in meis*, 151. ubi dicit, quòd qui pacificè per triennium beneficium aliquod possedit, non tenetur ostendere titulum. Limitatur secundò, quando quis possederit per longum tempus, ut per decem annos, & concurrit bona fama, Innocent. & Abb. *in c. illud, col. 4. de præsumpt.* Bald. *in d. l. sive, C. de probat.* Maran. *loc. cit.* & Gom. *q. 26. de trienn. possess.* ubi concludit per extensum, quòd qui possidet per decem annos, habet titulum coloratum, in tantum, quòd non possit molestari; & ratio est, quia hoc videtur inducere tolerantiam Ordinarii, ut dicit Anchar. *in consi. 117.* Gom. *q. 24. colum. antepen. de trien. poss. & in q. 43.* & quæ dixi *in ver. beneficium, §. 2.* vide Bald. *in marg.* & Innoc. *in ver. titulum, ostend. tit.* & Innocent. *in c. cum causa, de probat.* Secundò fallit, prout Panor. *in c. quarto, num. 8. de cons.* Covar. *in c. alma mater, 2. par. §. 10. numero nono, versi. hæc, & illa.* & addit. ad Dyn. *in c. 1. in versi. Regulæ, de regul. jur. 6. lib.* vide Abb. *in c. 1. de simon.* Joannem Andr. *de reg. q. 1. vers. 1.* Caputaq. *decis. 353.* ubi dicit hoc valere, quando jus non resistit uni parti, vel alteri, *argum. c. ad decimas, de restit. spol. lib. 6. & c. 1. de præscript. ibidem*, & Episcopus noviter creatus, potest cogere beneficiatum ad ostendendum titulum. Navar. *cons. 4. de offic. ordin.* & Leo X. *Bull. 16. quæ incipit, In eminenti*, dicit, quòd qui possedit per triennium beneficium, non potest molestari, nec in petitorio, nec in possessorio dummodo non sit violentus possessor, aut legitimo impedimento detentus. Facit gl. *in c. Eccl. Sutrina, in vers. Episcoporum, de caus. possess. & propr.* Jas. *in l. si certis annis, n. 4. ver. adde, C. de pact.*

Hoc ultimum dictum fallit. Primò, quando Ordinario constaret de intrusione, vel alio vitioso ingressu ipsius beneficiati, vel possidentis rem Ecclesiasticam, quia tunc non solùm potest petere, ut ostendat titulum, sed eum omninò removere; Abb. *loc. cit. & in c. dilecto, de præb.* Gom. *quæst. 58. col. pen. de trien. possess.* Secundò fallit, quando ordinarius poneret dictum generale, ut omnes beneficiati ostendant titulum suorum beneficiorum sub pœna privationis, ut notant Doctores, *in cap. Ordinarii, de offi. ord. l. 6.* §. Selva *loc. citat. pen.* Tertiò fallit, quando esset Episcopus novus, quia tunc potest requirere titulum beneficii; Abb. *in cap. licet Heli, de*

simon. Quartò fallit; quod licet sit novus, sive antiquus, semper potest hoc petere. Felin. *in d. c.* Hostiens. *in cap. simoniacè, de sim.* & Ancharan, *in capit. 1. de regul. jur. libro 6.* nec obstat longa tolerantia Ordinarii, ut quia toleravit eum in beneficio per multos annos, *c. dicto de præb.* etiamsi dicta tolerantia fuisset tacita, vel expressa, gl. *in d. cap. dilecto*, *in ver. recepisti*, Abb. *in dicto c. dilecto, num.* 8. *&* 13. Sylv. *in ver. beneficium*, 3. *num.* 20. §. 19. *in fine*, Covar. *lib.* 3. *capit.* 16. *num.* 6. *in fine var. resolut.* Selva 3. *part. quæst.* 10. *per totum*, *& præsertim num.* 11. *& quæst.* 25. Quando verò constaret judici, quod beneficiatus amisit Bullas, vel habuit canonicam institutionem, vel collationem, sed Bullas non expedivit, & concurrit bona fama, & aliæ circumstantiæ excusantes ab intrusione, posset admittere dictum beneficiatum in dicto beneficio, sub juramento, Selva *loc. cit. colum. fin. per l. arbiter, ff. de probat.* & quod notatur *in capit. illud, & c. exore, de his quæ fi. à majori par. Cap.* Ratio est, quia præsumptio est pro titulo, ex quo fuit toleratus per prædecessorem; vel factum est antiquum: nam imputandum est Episcopo, quòd diu tacuit, & toleravit, *ut in c. 1. de frig. & malef.* & quia, quando sumus in antiquis, non possunt de facili haberi probationes, & ideo potest recurri ad protestabile juramentum, ut notant Abb. & Hostiens. *in c. licet, de sim.* & dixi *in ver. Alienatio*, §. 10. secus verò diceretur intrusus, de quo vide *in ver. intrusus*, Rebuff. *in tit. de restrip. ad vacant. num.* 19. *&* 20. Covar. *loc. cit.* nec Episcopo petenti à beneficiato hanc tituli ostensionem, potest obsisti, per *reg. Cancel. de trien. possess.* prout notat Gom. *ibi quæst.* 38. quia ad officium Episcopi vel Vicarii pertinet perquirere titulos beneficiorum. Caputaquens. *decis.* 16. *par.* 3. *per cap. Ordinarii*, & ibi Scribentes *de offic. ordin. lib.* 6. Sed quid si beneficiatus ostendit Bullas beneficiorum suorum, sed non in forma probante, an sufficiat? Respondetur quòd non, prout glos. *ibi*, *in ver. nulla*, & ibi Gemin. §. *quod si. vers. sed pone*, tamen concurrentibus, de quibus suprà, scilicet bona fama cum cæteris, sufficeret Judici, ne tam citò eum privet, cùm possit haberi recursus ad registra, & hoc notandum pro practica: nam habui in facto Compzæ, ubi quidam senex septuaginta ferme annorum, ostendit mihi in visitatione solam supplicam, seu signaturam Papæ super quodam beneficio, quod longo tempore possederat, & fuit à præteritis Archiepiscopis sic toleratus, & ego tolleravi, cum esset parvi momenti, in anno 1589. facit quod notat *in c. cùm persona, & ibi glos. in ver. trahere, de privil. lib.* 6. Sed licet sufficiat, quoad ostensionem tituli porrectio copiæ, tamen quoad probationem requiritur postea authenticum, prout *ibi, ver. quòd si tales*, hoc non omittam, quia dicam pro succedente casu in practica, quoad ostensionem tituli beneficii, omninò recurras ad Gemin. *loc. cit. vers. conclude*, ubi omnes & quando beneficiatus teneatur ostendere titulum, etiam ad petitionem Ordinarii, & quando non, & quantum operetur factum antiquum, & quando proceditur ex officio, vel via ordinaria, vel

ad

ad petitionem alterius: nam tunc etiam in facto antiquato admittuntur probationes in contrarium, cùm ut in beneficialibus sententia nunquam transeat in judicatũ, prout *infrà in ver. sententia*, §. 4.

Ad sextum. Vacat beneficium in Curia, vel apud Sedem, vel in mense Papæ, vel Papa reservavit sibi aliquod beneficium, & illud contulit Titio, qui expedita supplicatione, antequam expedirentur Bullæ, moritur, vel extra curiam, vel in mense Episcopi, dubitatur, an Episcopus posset illud conferre, tanquam vacans, & non amplius sit Papæ reservatum? Hic sunt duæ opiniones. Prima Staph. *loco cit. num.* 10. ubi dicit, quòd cùm per solam signaturam nõ sit provisum de beneficio, ut dictum est *suprà*, & dicam *in ver. supplicatio, seu signatura*, fit quòd si impetrans moriatur, vel uxoretur, vel religionem ingrediatur, literis non confectis, quòd sola signatura non probat; & hanc dicit esse opinionem multorum. Secunda opinio est Gom. *in quæst. 1. super reg. de non jud. jux. for. suppl. col. 2. de infr. resig.* & cum hac secunda opinione ego censerem esse tenendum; patet ratione: quia per solam supplicationem acquiritur jus illi, *per c. si tibi absenti, de præb. l. 6.* & idem Gom. *quæst. 1. modo quinto, in reg. de non toll. jure quæsito*, non obstant, quæ dicta sunt per Staph. quia illa intelliguntur quoad probationem: per solam enim supplicationem non datur probatio, ut patet communiter, & dicam *in ver signatura*. Dicet quis contrà; per solam supplicationem impetratam acquiritur jus ad rem, multo magis per electionem, ut patet ex eodẽ Gom. *d. quæst. 1. modo primo*, *& per d. cap. si tibi absenti*, Selva 3. *par.* 11. *numer. primo*, & tamen per mortem electi non datur vacatio, quia non est provisum de Ecclesia ante confirmationem. Decis. Rotæ 6. *num.* 2. *de elect. in noviss.* Selva. 3. *p. q.* 6. *num.* 21. & sic si electus moreretur in Curia, non propter hoc diceretur affectum esse beneficium per solam supplicationem, seu electionem. Ad hoc respondetur pro nunc. Primò, quòd hoc procedit favore jurisdictionis Ordinarii: nam Ordinarius est fundatus de jure communi in collatione beneficiorum, prout dixi *in ver. beneficium*, §. 2. Respondetur secundò, quòd facilius res redit ad naturam suam, quàm ab illa recedit, & facilius nec renascitur, quàm de novo nascatur, & Ordinarius reducitur ad jus suum primævum, *c. ab exordio*, 35. *dist. & in l. si unus*, §. *pactum, ff. de pact. juncta l. filio quem pater. ff. de lib. & posthum. l. si testamentum, ff. de testament. l. inter*, §. *sacram. de verb. sig.* Gomes. *de expectat. num.* 121. Staph. *loc. cit. fol.* 55. *num.* 2. 3. & 4. Abb. *in Clem.* 1. *num.* 2. *de supp. neg. prælat.* facit quòd beneficium, ut sit sæculare, sufficit spatium decem annorum, & ut sit regulare, quadraginta, prout dixi *in ver. beneficium*, §. 1. *concl.* 5. & reservationes sunt odiosæ, & potestas Ordinarii favorabilis, glos. *in c. 1. in ver. processus, de rescript. lib* 6. *circa finem*, & Gom. *de grat. expect. nu.* 19. Gloss. *in c. si contra unum*, *in ver. Episcopi, de offi. deleg. lib.* 6. & potestas Ordinarii est perpetua, Gom. *in d. c. num.* 70. faciunt quæ dicit Boer. *decis.* 24. *num.* 96. ubi dicit, quòd quis possit resignare

beneficium

beneficium Bullis nondum confectis. facit *c. institutionis*, 25. *quæst.* 2. Dubium adhuc est, aliquis sola supplicatione expedita à summo Pontif. cæpit possessionem beneficii bona fide, idque per multos annos possedit, quid dicendum? Respondetur prout dixit ad quartum, & dicam *in ver. intrusus*. facit quod dicit Caputaqu. *decis.* 144. *p.* 1. ubi ait beneficium commendatum mortuo Commendatario vacare, ut priùs.

Ad septimum. Non potest dari certa regula, quia secundùm varietatem curiarum, varia est pandecta, seu taxa, verum est, quòd minus solvi debet pro Bullis beneficiorum curatorum, quàm pro Canonicatibus, & minus pro istis, quam pro simplicibus, & minus pro collativis, quã patronatibus, quia ubi majus pondus, ibi minor solutio expensarũ; & ratio est, quia qui gravatur in uno, relevari debet in alio. Sed Rebuff. *in tit. quotmodis benef. acquiran. n.* 13. dicit, non debeti accipi nisi unum aureum pro collatione beneficii. Pius V. *Bulla* 116. *quæ incipit, Durum*, revocat omnia privilegia, & consuetudines Ecclesiarum aliquid recipiendi in collatione, provisione, & admissione in possessionem beneficiorum, facit Conc. Trid. *sess.* 24. *c.* 14. *de refor.* & Navar. *cap.* 25. *num.* 101. *in fine, & cons.* 1. & 2. *de simon.* vide Navar. *cons.* 2. *de simonia*, ubi concludit, nihil posse accipi ab Episcopo vel ejus secretario pro institutione, vel collatione beneficii, nec valere consuetudinem in contrarium *c. ex multis*, 1. *q.* 3. & alia ibi citata.

Ad Octavum. Respondetur, requiri multa. Primum series collationis, prout Rebuff. *de possess. cap.* Secundum à tergo Bullarum instrumentum possessionis. Tertium fidei possessionis emissio. Quartum publicationum factarum narratio, seu brevis assertio, si beneficium fuit resignatum, vel permutatum juxta dispositionem Bullæ Greg. XIII. de qua agitur *infrà*, *in ver. renunciatio seu resignatio*; & ad omnia sint cauti beneficiati, quia secus non facerent fructus suos, & commissarii Apostolici irremissibiliter ad hoc procedunt, & vidi in practica.

BLASPHEMIA.

PRimò, quomodo puniatur in regno, & per Judices sæculares seu laicos, vide Gram. *dec.* 50. *per totum*, & Maran. *6. par. tit.* 9. *num.* 54. *& infra*, & Boss. *in tit. de inquis. num.* 123. *& infrà.* ubi habes, posse hoc delictum ab utroque Judice puniri.

Secundò, quando sapiat hæresim, vel sit hæreticalis, vide *in ver. casus*, *in quibus*, &c.

Tertiò, quomodo punienda de jure canonico, vide *capitulum secundum de maled.*

Quartò, pœnæ clericorum & blasphemantium videantur in Diaz *pract. crim. Can.* c. 103. & Sylvest. *in ver. blasphem. n.* 7. §. 6. vide Affl. ctum *in const. Inconsutilem, num.* 48.

Quintò, de pœnis blasphemantium Deum Patrem & Filium, vel Spiritum sanctum, aut beatam Virginem, sive alios Sanctos, & de pœnis non revelantium,

vide

vide Bullam Julii III. 43. *quæ incipit: In multis* Leonis X. *Bullam* 11. & Pii V. *Bullam* 5.

CAPTIVI.

CAptivorum bona possunt vendi pro ipsorum redemptione, quamvis filii in continenti contradicant. Vinc. de Franc. *dec.* 190. *per totam.*

CARDINALES.

PRimò. Quibus conditionibus, quot Episcopi, quot Sacerdotes, quot Diaconi, & qua ætate, & tempore sint creandi, vide Bullam Sixti V. & Concil. Trid. *sess.* 24. *c.* 1. *de refor. vers. ea verò.*

Secundò, Cardinalibus credendum est, & statur eorum dictis, Gram. *decis.* 65. facit *cap. Nobilissimus*, 67. *distin.* & Bald. *in marg.* Innoc. *in vers. credulitas*, ex Innocent. *in cap. olim, de privileg.* & *in c. ex rescripto, de locatio*, & gl. *in d. c. in verbo, literarum*, sed primò limita cum Panormit. *in cap. sicut vobis, num.* 5. *de sentent. excom.* Decisio. Caputaqu. 93. tamen Cap. Tolos. distinguit, quando esset in præjudicium alterius, non esse eis simpliciter credendum, & exemplificat in Cardinali pœnitentiario, *quæst.* 463. sed Navar. *consi.* 9. *de officio leg.* dicit debere credi Cardinali dicenti, sibi vivæ vocis oraculo à Papa mandatum fuisse etiam deponenti in præjudicium meum. vide *cons.* 6. *de testam. num.* 8. Quòd Cardinali credatur, vide Gemin. *in cap. ut circa*, § *edicto, vers. existo infertur, de elect. lib.* 6. limita secundò, cum Gemin. *in c.* 1. *vers.* item est aliud, quando vellet uti reservatis Papæ, quia tunc deberet probare concessionem, *cap. quod translationem, eod. tit.*

Tertiò, quid sit Cardinalis, unde dicatur, qualis debeat esse, quot sunt genera Cardinalium, quot sunt numero, ad quid sint, & de eorum titulis, vide Alvar. *in c. per Episcopum, Abbatem, vel Abbatissam, col.* 6. *cum sequentib.* Abb. *in repet.* §. *qui vero. extirpandæ, nu.* 8. *de præb.*

Quartò, Cardinalium domos invadentium pœnas, vide per Bullam Leon. X. quæ est la 18.

Quintò, Cardinales non possunt deponi sine Concilio generali. Joan. Andr. *in c. super eo, de hæret. lib.* 6. & Cardin. *ibid* quòd collegium Cardinalium est in quasi possessione ut Papa non possit explicare ardua sine Concilio Cardinalium: potest quidem, sed non debet, & quòd tractata sine eorum consensu, & consilio, non valent, sed sunt retractanda, Panor. Fel. & alii, *in c. proposuit, de concess. præb. n.* 18. gl. *in Clem. Ad nostrum, de hæret.* & *in cap. ad Apostolicæ, lib.* 6. dicit quòd non, cùm sit caput totius Ecclesiæ ministrantis, & cum gl. ego censeo.

Sextò, si indulta Cardinalium, circa beneficiorum collationes, vide in Julio III. *Bull.* 37. *quæ incipit, Sanctissimus*, & Clem. VII. *Bull.* 38. *quæ incipit, Sanctissimus*; revocationem verò & declarationem istorum indultorum, vide in Pio V. *Bull.* 93. *quæ incipit, Felicis.*

Septimò, Cardinales non Episcopi conferunt minores ordines, Abb. *in c. Clerici, n.* 6. *de vit.* & *honest. cler.* Sed ut sint saltem Sacerdotes, prout ibi, & in

suis titulis, ubi habent jura episcopalia, prout dicetur.

CONCUBINARII.

SUMMARIUM.

1. *Qui dicantur concubinarii.*
2. *Quomodo sit procedendum quoad laicos.*
3. *Quomodo quoad personas ecclesiasticas.*
4. *Quæ pœnæ incurrantur à personis ecclesiasticis.*
5. *Quomodo probetur aliquis concubinarius.*

AD Primum. De rigore juris ille verè dicitur Concubinarius, qui ita domi retinet mulierem, ac si esset ejus uxor, Bald. *in Authen. licet concubinam, ff. de concub.* & alii quos refert Diaz *in pract. crim. Canon. cap. 37.* Sylvest. *in ver. Concubinarius, num. 11.* licet Diaz ipse dicat, quòd non solum qui domi eam retinet, sed qui aliquo colore eam retineret in domo suæ matris, vel aliquarum consanguinearum, vel alibi, & cum ea habeat assiduam consuetudinem. Ratio est quia attenditur scandalum quod à populis concipitur, tam si domi, quàm si extra retinetur, & ad hoc inclinat sac. Conc. Trid. *sess. 24. cap. 8. de refor. matr.* ubi Concubinarius vocatur, etiam qui extra domum mulierem suspectam retinet, & clarè *sess. 25. cap. 14. de reformat.* ubi in domo vel extra prohibet consuetudinem mulierum, cum quibus posset haberi suspicio, & eas vocat concubinas, & Navar. *consi. 1. de cohabitatione cler. & mul.* dicit Conc. *sess. 25. c. 11. de reform.* habere locum etiam in una simplici incontinentia, etiam sine qualitate concubinatus.

Ad Secundum. Sac. Conc. Trid. dat formam *in d. cap. 8.* ut primò ter moneantur ab Ordinariis, etiam ex officio. Secundò, si hoc peracto non resipiscerent, esse excommunicandos. Tertiò, si animo indurato per annum sic steterint, pro qualitate criminis severè ab Ordinario puniantur, prout *in sess. 25. c. 3. in ult. de refor.* & dicam *in ver. casus, in ver. excommunicatio.* Quartò, mulieres quæ publicè cum suis concubinariis vivunt, nisi, ut suprà, admonente Ordinario, paruerint, extra oppidum, sive diœcesim ejiciantur, invocato ad hoc etiam si opus erit, brachio sæculari: sed quia vidi nonnullos locorum Ordinarios circa hujusmodi salutare decretum trepidare, verentes molestari à Judicibus sæcularibus, ideo relictis millibus locis sacræ Scripturæ, quibus probari posset, Episcopos potiùs debere consulere officio, seu ponderi & obligationi conscientiæ suæ, quàm vereri judicum laicorum molestiam, dico quod non propter hoc cessare debent, & meminisse illius actuum c. 5. *Oportet magis obedire Deo quàm hominib.* & illius Pauli dicentis: *Dum hominibus placeo, non sum servus Christi.* & David, *Dissipat Dominus ossa eorum qui hominibus placent*, & videant sac. canones, gl. *in c. ex literis, 2. in ver. compellas, de sponsa. c. cùm in tua, de usur.* Syman. *de Cath. inst. tit. 66. nu. 3. c. ad nostram, 2. de jure jur.* & Maran. *6. p. tit. de inquis. n. 135. & infra*, Abb. *in d. c. ad nostram.* Postremò exequantur hoc salutare decretum in quib. locis habetur, Episcopum debere non

solùm

solùm punire peccata præterita, sed prohibere in quantum potest, ne committantur futura, vide Boer. *decis.72. nu.1. & 6.* vide Abb. *in cap.n.1. & 2. de adulter.*

Ad Tertium. Quoad clericos, personasque ecclesiasticas relictis pœnis de jure antiquo irrogari solitis, dicam, quæ sunt de jure novissimo statutæ, cui in hoc standum est. sac. Concil. Trident. *sess.25.ca.14. de refor.* dicit. Primò, quòd si à superioribus moniti, ab ipsis concubinis non abstinerent, tertia parte fructuum quarumcumque pensionum beneficiorum sint ipso facto privati. Secundò, si in eodem delicto cum eadem, vel alia fœmina perseverantes, secundæ monitioni adhuc non paruerint, non tantùm fructus omnium beneficiorum amittant, prout suprà, sed quoad Ordinarius tanquam Sedis Apostolicæ delegatus arbitrabitur, ab administratione beneficiorum suspendantur. Tertiò, si ita suspensi, cum eisdem versentur, vel eas non expellant, privabuntur perpetuò omnibus beneficiis, & pensionibus. Quartò, si postquam eas semel dimiserint, earum consortium intermissum repetere, vel alias hujusmodi scandalosas mulieres sibi adjungere ausi fuerint, præter dictas pœnas, excommunicationis gladio plectãtur. Quintò, sint inhabiles, & indigni quibuscunque honoribus, dignitatibus, beneficiis, & officiis, donec, &c. Sextò, clerici non beneficiati, juxta delicti qualitatem pœna carceris, suspensionis ab ordine, ac inhabilitate ad beneficia obtinenda, ac aliis modis, juxta sac. Canones, ab ipso Episcopo puniantur: vide *c.eos, 32. distin.* Ex quo oriuntur multa dubia. Primum, an habeant locum pœnæ taxatæ à jure antiquo. Secundum, an sint ipso jure suspensi. Tertium, an possint ipsæ concubinæ etiam excommunicari. Quartum, an requiratur trina monitio contra ipsos clericos.

Ad primum, videtur quòd sic, quia Conc. initio c. citati dicit, alioquin pœnis à sac. Canonibus, vel statutis Ecclesiarum impositis puniantur, ergo habent locum accumulativè hodie etiam pœnæ juris communis, prout *in tot. titul. de vita & hon. cler. & cohabit. cler. & mul. & c. at si clerici, §. de adulteriis, de jud.* tamen omissis disputationibus, quas quisque poterit videre in Gom. *in c.1. de constit. lit.6. à n.53. & infrà, & in c. statutum, n.92. de rescript. eod. lib.* dico, quòd hodie standum est dispositioni juris hujus novissimi Conc. Trid. nam quicquid sit de disputationibus prædictis, in hoc conveniunt omnes, quòd lex posterior correctoria, vel non correctoria prioris, vel in totum aufert legem priorem, ut dicit ipse Gom. *ubi suprà*, vel in partem, ut ait gloss. *in d. cap. statutum, in vers. reformandum*, vide Covar. *in cap. alma mater, 2 par. in initio, libro 2. & 3.* & Dyn. *in c. indultum, n.8. de reg. jur. in 6.* ubi habetur, quòd una lex potest tollere, & extenuare vires, & effectus alterius, vide melius gl. *in c. generi in principio de reg. jur. lib.6. & in c. quæ prior, ibidem,* facit, quòd lex nova qua parte contrarium statuit legi veteri, derogare videtur ipsi; Nav. *in c. penul. §. sacerdotes, n.171. de pœn. distinct.6.* & quòd quando pro delicto ponuntur multæ pœnæ, minor est imponenda. Abb. *in ca. præterea, de usuris.* Ex quo ego elicio hanc

conclusionem, quod sive in totum, sive in partem, lex ista novissima aufert jus antiquum, debet Ordinarius procedere ordine sacri Concil. prout ordinariè nos ex eo colligimus conclusiones, & hoc etiam probabitur sequentibus, & hoc clarè dicit Navar. *cons.1.de cohabit.cleric. & mulier.* ubi dicit, mitiùs punire sac. Conc. quàm jura antiqua peccatum carnis: nam antiqua depositionem infligebant, sac. verò Concil. procedit eo ordine quem vides. Dicet quis, evitanda est legum correctio, ut patet vulgatis juribus. Respondetur. Primo, quando lex nova corrigendo reducit ad jus antiquum, Jason *in Auth. Quas actiones, de sacrosan. Eccles. num.20. & 24.* Gloss. *cap. statutum, in ver. num. indum. de præb. lib. 6.* Respondetur secundo, quòd non dicitur correctio, sed declaratio, prout à simili dicunt sacri Theologi, de processione Spiritus sancti à Patre, Filioque, respondendo Greg. prout magis *primo sententiar. distinc.12.* Respondetur tertiò, quòd rigor canonum antiquorum reducitur ad æquitatem, Jason *in Auth. Novissima, num.24. de inoffic. testam.* vide Gemin. & gloss. *in capit. eos qui, in ver. per annum de temp. ordin. lib.6.* Nec obstat quod dicit gloss. *in cap. licet Canon, in ver. carere,* & ibi Gemin. *vers. nota istam glossam, de elect. lib.6.* ubi habet pœnam in potissimo jure super actu etiam per antiquam legem damnato, non intelligi sublatam legem antiquam, nec pœnam antiquæ legis, quæ potest concurrere cum pœna novæ legis, quia lex nova sacri Concilii, mitigat rigorem illum veterum canonum, & non potest concurrere pœna ipso jure inflicta cum comminatoria, quia prima ponit irregularitatem, secunda verò nisi cum suis terminis. Potest dici quartò, lex nova sacri Concilii, est declarativa veteris, & sic potest etiam extendi, Gem. *in cap. si compromissa, ver. quod licet ius, de elect. lib.6.* facit quintò, quòd à minori pœna est inchoandum, tex. gl. & Gem. *ibi. ver. ex isto textu, de off. deleg. lib.6. quia pontificali,* & sic procedit sacrum Concilium, etiam de residentia, prout dictum est *in ver. privatio, §.3. sess. 6. cap.1. & sess.23. ca. de refor.*

Ad Secundum. Videtur quòd sic, in in tribus casibus. Primò, quando per simoniam ita fuerit condemnatus. Secundò, quando per propriam confessionem fatetur. Tertiò per evidentiam rei, quæ non potest alia tergiversatione celari, *c. fin. de cohab. cler. & mulier, ca. nullus, cap. præter, 32. dist. ca. si qui sunt, 81. dist.* Navar. *ca.25. nu.16. notab.15.* Sylvest. *in ver. concubinarius, §.4. & in ver. Missa, 2. §.3.* Diaz. *in Pract. crim. Can. ca.73.* Abb. *in c. 4. de cohab. cler. & mul. not.2.* tamen oppositū verius, quòd non sit ipso jure suspensus, nisi sit per sententiam taliter sic denunciatus seu sententiatus, Sot. *4. sent. d.1. q.5. art.6. concl.1. & d.13. q. unica, art.9.* Covar. *in c. alma mater, 1.p. §.2. nu.10. in vers.6. & in Clem. si furiosus, 1.p. §.1. nu.5.* Syl. *in ver. Missa, 2. §.3. tex. in cap. sciscitantibus.15. q.8.* & ibi gl. *in ver. sciscitantibus,* & gl. *in d.c. nullus, in ver. audiat,* & tex. *in c. tanta labes,* & ibi gl. *in ver. omnes, de sim.* & Nav. *1. §. laboret, col.2. de pœn. d.1.* Gui. Pap. *q.558.* ubi dicit, quòd venit privādus beneficio per sententiam, *loc. cit.* ubi dicit suspendendū, nec in prima contumacia; ergo

ergo non est ipso jure suspensus, & ista sententia est communis, omnium recentiorum. facit *cap. quàm sit, de excess. prælat.* ubi summarium dicit, quòd suspendendus est clericus, qui de suo crimine publicè gloriatur; ergo non est suspensus ipso jure, Selva 3. *parte, quæst.* 8. *n.* 5. dicit, quòd fornicatio quæ est notoria, vel scandalosa, vel diu continuata, est digna depositione; ergo non est ipso jure suspensus, seu depositus, Franc. Victor. *in sum. sac. qu.* 3. *fol.* 140. *n.* 4. ubi dicit concubinarium notorium priùs debere moneri, & postea suspendi à beneficiis, & si non se corrigit, removetur ab eisdem; accedit, quod Pius V. *Bulla sua* 5. *quæ incipit: Cùm primùm*, non addit alias pœnas quàm quòd observetur sac. Conc. Trident. & addit solùm quòd in hoc peccato & blasphemiæ, & simoniæ procedi posset non solùm per accusationem, sed per inquisitionem, & per simplicem denuntiationem, idem Innoc. & Abb. *in c. si celebrat, n.* 5. *de cle. exc. & in c. nostra, n.* 7. & 8. *de cohab. cler. & mul. & in cap. tuam nobis, n.* 16. *de decim.* D. Ant. 2. *p. tit.* 9. *c.* 10. §. 1. *ver.* 6. Major. *in* 4. *sent. dist.* 9. *in fin.* & idem clarè tenet Inn. *in c. paternitatis, n.* 3. *de hæret.* Nav. *in c.* 1. §. *labore. n.* 10. *de pœn. d.* 6. Caputaq. *dec.* 90. *p.* 2. facit quod notat Gemin, *in c. perpetuo de elect. lib.* 6. *circ. fin.*

Ad Tertium. Gloss. *in cap.* 2. *de cohab. cler. & mul. in ver. canonicæ*, dicit tres expositiones, seu opiniones, quid agendum sit contra concubinam publicam. tandem dicit, posse, & debere excommunicari, per *c. concubinæ, de sen. exc. lib.* 6. Sed hoc intellige, si fuerit contumax, vel perseverans inobedientia, & quando non speratur resipiscentia, *c.* 1. *de sent. exc. l.* 6. & Abb. *in d. c.* 2. *n.* 5. dicit concubinam clerici debere puniri per Judicem ecclesiasticum.

Ad quartum. Videtur quòd ter debent moneri, patet *d. c.* 2. *de cohab. cler. & mul.* ubi dicit, post primam, secundam, & tertiam admonitionem. Idem *in Clem.* 1. & ibi gl. *in ver. tertia, de vit. & hon. cler.* tamen Conc. loquitur simpliciter, dicens, *quòd si à superioribus moniti*, &c. Ergo videtur quod sufficeret prima monitio: nam non proceditur ad censuras, nec ad beneficiorum privationem, nec ad suspensionem administrationis, sed ad tertiam partem fructuum; ergo sufficit prima monitio.

Ad Quartum principale, videantur criminalistæ canonici, ut Diaz *loc. cit.* & Pau. Chir. *lib. tertio, tit. de omnifari. coit. cap. septimo, & nono per totum*, & alii.

Ad Quintum. Vide Abb. *in c. tua nos, n.* 7. *de cohab. cler. & mulier.*

CONFESSIO.

SUMMARIUM.

1 *Confessio cui fieri debeat, & quando ad eam quis obligetur de jure divino, & positivo: de jure positivo satis constat per* capitulum omnes utr. sexus, de pœn. & remiss. *& de temporis congruitate per* Conc. Trid. sess. 14. cap. 5. de confess. Canone 8. *De jure divino videto Doct. Theologos, Canonistas & Summistas*, in 4. sent. tract. de confess. &

in capite citato, *sed relictis multis de quibus poterit quis videre in Doctoribus & loc. cit. solum hic tres dubitationes attingam, pro praxi quotidiana. Prima est, de pœnitentibus qui sunt in eadem civitate, an possint confiteri peccata sua cuicunque Confessario approbato ab Ord. illius diœcesis sine licentia proprii parochi, etiam tempore Paschali pro observatione text. citati.*

2 *An pœnitens alterius diœcesis, ut puta Romanus possit confiteri Neapoli, seu Mediolani, modo quo suprà, etiamsi data opera discederet tempore Quadragesimæ, adhoc ut confiteatur peccata sua alibi.*

3 *An vagabundi possint confiteri cuicunque voluerint, pari modo.*

AD primum. Facilis est responsio, quia clarè habetur *in Catechesi Neapolitana, l. 4. c. ult. §. alii verò*, ubi dicitur: *Alii verò simplices sacerdotes sive seculares, sive regulares admissi ad Confessionem ab Episcopo, possunt indifferenter ad se confluentes pœnitentes, subditos tamen illi Episcopo sine aliqua licentia parochorum absolvere, nisi aliud Episcopus ordinaverit.*

Ad secundum. Et est majus dubium, respondetur; quòd si pœnitens hoc faceret sine fraude, i. non animo decipiendi Confessarium, sive parochum suum proprium (imò potiùs lucrandi animam suam) quòd valeret confessio, & etiam cum fraude, modò integè confiteatur verè pœnitens. Ratio est, quia consuetudine potest induci, ut quis confiteatur cuicunque voluerit, modò confessio fiat Sacerdoti approbato ab Ordinario, maximè hoc videntibus prælatis, tacentibus & tolerantibus & per hoc consentientibus, Fran. Vict. *in sum. sac. q. 54.* & Cajet. *in sum. in ver. absolutio à peccatis ex parte absolvētis §. licentia*, ubi hoc admittit quoad paschalem Confessionem, sed addit, quòd ex Extravaganti Eugen. IV. potest extendi ad omnes alias Confessiones, immo maximè cùm non sint ex præcepto, Flor. Theol. *in 4. sent. tract. de confess. f.* 145. Ratio est, quia proprius Sacerdos à quibusdam Doct. dicitur ille, qui potest confessionem audire, sive hoc faciet exofficio, sive ex sola commissione: idem D. Anton. *in sum. 3. p. tit. 17. c. 1.* Angel. *in verbo Confessio, c. n. 3. in ult. verbis*, Soto *4. sent. dist. 18. q. 4. art. 2.* Navar. *c. 6. num. 5. versi. 5.* ubi ait valere confessionem illam factam extraneo Confessario, modò id sit gratum proprio Sacerdoti. Sed hodie communiter per consuetudinem in hoc consentiunt omnes parochi, per tacitam tolerantiam; ergo videtur hoc sibi esse gratum; ergo valet. Navar. *c. 27. n. 255. notab. 6.* ubi ait ex consuetudine posse Confessarium unius parochiæ absolvere confessum à peccatis ubicunque commissis, & dat rationem, prout ibi, & hoc videmus passim admitti per consuetudinem: nam multi tempore Paschatis discedunt à proptia civitate, sive oppido, & confitentur peccata sua in aliena diœcesi, ibi communicant, & postea afferunt scedulam, sive tesseram suo parocho, vide Cajet. *in opus. de min. pœnit.* & utinam prælati, & parochi haberent saltem hic vigilantiam, ut sciant, quinam confessi sunt in sua diœcesi, quive non, & qui extra, & an portent scedulam de con-

confessione, & communione habita alibi. Sylvest. *in ver. Confessor*, 1. §. 2. *ver.* 8. Navar. *loco citato, capit. 9. num. 5. in fin.* non sine mysterio dixi, sine fraude, quia multi discedunt à propria parochia, confitendo alibi, qui anno elapso fuerunt objurgati à confessariis, vel eis fuit imposita restitutio, vel cessatio ab aliqua mala consuetudine, & sic vadunt ad alias diœceses, ibique confitentur, & ista confessio non valet, quia permanentibus in peccatis est deneganda absolutio, licet eis impediatur à quibusdam confessariis per *c. peccati venia, de reg. jur. lib. 6.* Sylvest. *in ver. Confessor. c. 4. num. 3. §. 2.* Secundò, quia nolentes restituere, non sunt absolvendi, modò possint, Cajet. *in sum. ver. restitutio, cap. 6. circa ult.* Navar. *c. 16. num. 59. notab. 4.* D. Anton. *in sum. 2. par. tit. 2. cap. 8.* & dixi *in ver. absolutio, §. 9.* Id recedente, sive remota hac fraude, valeret confessio, prout dixi sup. Dico præterea, quòd posset facere contra hoc *cap. 2. de pœn. & remiss. lib. 6.* ubi habetur hoc nulla consuetudine posse introduci, ut quis non teneatur confiteri proprio Sacerdoti. Respondetur, quòd potest hoc introduci multis rationibus. Prima, quia in omnibus mendicantibus, & iis, quia communicantur eorum privilegia, potest quis confiteri etiam semel in anno. Secunda, ex Bullis summorum Pontificum concessis variis locis, & Confraternitatibus, & præcipuè per Bull. Paul. IV. concessam sanctiss. Eucharistiæ fac. Confratribus. Nav. *in c. 1. in prin. in gl. num. 98. de pœn. d. 6.* Tertia, ex facultate tacita, vel expressa Superiorum, videntium, & tolerantium. Nav. *in c. placuit, n. 334. de pœn. dist. 6. ver. quæro tertiò.* Quarta, potest hoc introduci consuetudine contraria, & ad textum respondetur, quòd potest alia consuetudine tacitè, vel expresè concedi, & ratio rationis est, quia id quando est præcepto humano inductum, potest humana consuetudine tolli, *arg. c. si de consuet.* Nav. *cons. 5. de feriis*, vide *in praxi mea pœn. cap. 15, §. 1. & 2.*

Ad tertium. Dico quòd vagabundi possunt confiteri cuicunque Confessario approbato ab Ordinario illius diœcesis, ubi ipsi commorantur, nec est necesse confiteri parocho illius parochiæ ubi degunt, Cajet. Flor. Theol. *loc. cit.* Cætera de hac materia vide apud Doct. quia intentio mea est tangere tantummodo practicabilia magis, & quæ non ita vulgò circumferunt.

CÆMETERIUM.

AN possit ædificari longè ab Ecclesia, vel propè Ecclesiam, vide Innoc. *in cap. abolendæ, numero 2. de sepult.* ubi etiam dicit, solùm Ecclesiam habentem populum posse illud habere, & quid sit, & an opus sit, quòd sit consecratum ab Episcopo, vel solùm locus deputatus ad sepulturam, vide Anchar. *in cap. fin. numero 14. de sent. excomm. libro 9.* Et an gaudeat immunitate, qua Ecclesia, vide Abb. *in cap. cum Ecclesia, numero 2. de immunitat. Eccles.*

CHA-

CHARITAS.

SUMMARIUM.

1 *An qui injuriam sit passus ab aliquo pro qua querelam exposuit in judicio, possit interim pendente causa confiteri peccata sua, & cõmunicare, non tamen cessando ab agitatione judicii.*

2 *An judex Ecclesiasticus possit expellere ab Ecclesia nolentem remittere injurias, & desistere ab agitatione causæ.*

3 *An hæres occisi, faciens remissionem occidenti, propter hoc censeatur adire hæreditatem si eam renunciavit, vel de pecunia quam acceperat propter dictam remissionem, teneatur solvere debita defuncti occisi, vel creditores habeant aliquod jus in illa.*

AD primum. Respondetur, quòd cùm ex injuria accepta sive illata tria oriantur. Primum, id est, rancor in corde, statim quis remittere tenetur, & sic intelliguntur multi S. Scripturæ loci, & præsertim illud *Matt. c.* 18. *Nisi remiseritis de cordibus vestris, &c.* Sed actionem injuriarum non tenetur remittere, text. *in c. si quis contristatus, & ibi gl. in ver. satisfaciente,* 90. *dist.* Sylvest. *in ver. Charitas, n.* 4. §. 6. Astens. *lib.* 2. *tit.* 62. *art.* 2. D. Thom. 2.2. *q.* 23. *art.* 8. *in corpore, & q.* 25. *art.* 8. & 9. Ang. *in ver. injuria,* §. 6. Abb. *in c.* 1. *n.* 7. *de injuriis.*

Ad secundum. Sac. Congreg. Cardin. de hac re consulta, ita censuit *declarat.* 301. *in meis.* Non potest Judex ecclesiasticus arcere aliquem ab Ecclesia, eo quòd nolit dimittere actionem injuriarum proximo suo: nam satisfacit hominis Christiani officio, si intimum odium, atque rancorem quis deponit, & ita servatur in praxi, & Navar. *consi.* 3. *de pœn. & rem.*

Ad tertium. Respondetur negativè quoad omnia, Boer. *decis.* 2. *num.* 1. Clarus *q.* 58. *num.* 33. Bart. *in l. pro hærede,* §. *si sepulchris, ff. de acq. hæred.* Brunus *in eius repertorio, in ver. Pax. Nuncius.* Tartalia *in prag. de compositione, nu.* 7.

CAMBIUM.

CAmbium Quid sit, quotuplex, quomodo, & quando liceat vel sapiat usuram; cùm sit materia pacticabilis, prolixa, intricata, & suspecta, vide Navar. *c.* 17. *n.* 183. *à litera* B. Sotum *lib.* 6. *q.* 8. *art.* 2. *de just & jure,* Sylv. *in verbo usura* 4. vide Bull. Pii V. 144. *quæ incipit: in eam,* & aliam Pii IV. 154. *quæ incipit, Cum sine.*

CLERICUS.

SUMMARIUM.

1 *Quis dicatur Clericus.*

2 *Quo privilegio utatur circa personam.*

3 *Cognitio clericatus clerici ad quem judicem spectet.*

4 *Pendente hac cognitione, ubi clericus debeat detineri carceratus.*

5 *Pendente hac cognitione clericatus, an supersedeatur in negotio principali.*

6 *An clericus factus post delictum, gaudeat privilegio fori.*

7 *An*

7 *An clericus effici possit contumax in Curia sæculari.*
8 *An clericus possit eripi ministris sæcularibus ducentibus eum carceratum.*
9 *An clericus sit immunis à solutione gabellarum.*
10 *An clericus malè expendens fructus beneficii, peccet mortaliter, & teneatur ad restitutionem.*
11 *Pro quibus causis teneatur clericus solvere gabellas.*
12 *An clericus possit renuntiare privilegio clericali.*
13 *An dimisso habitu, si illum reassumat clericus, gaudeat privilegiis.*
14 *Quas vestes portare debeat, ad hoc ut dicatur in habitu, & tonsura.*
15 *An possit exponere aliquam mercaturam decentem.*
16 *Quando dicatur amittere privilegium clericale, & quæ ad id requirantur.*
17 *An Clericus conjugatus possit retinere beneficia.*
18 *Comparens coram judice laico, qua pœna puniatur.*

AD primum. Ille est verè clericus, qui saltem habet primam tonsuram, tex. & gl. *ibi in ver. Psalmista, in c. clericos, 21. d.* & gloss. *c. si quis suadente, in ver. in clericum, 17. q. 4. c. cùm contingat, de ætat. & qual.* secundò omnes professi, tam mares, quàm fœminæ Religionis approbatæ, etiam conversi, & conversæ, *c. cùm illorum, de sent. exc. c. monachi. eo. c. de monial. eo.* Tertiò, novitii ingressi ad probationem Religionis approbatæ, *c. religiosos, §. quamvis, de sent. excom. lib. 6.* Quartò, eremitæ, prout *in ver. Eremitæ.* Quintò, clericorum appellatione in odiosis non veniunt Sacerdotes, Gimont. *de grat. expect. f. 386. num. 53.* nec dignitates, nec Canonici Cathedralium, nec Monachi, nec Religiosi, *c. quia periculosum, de sen. exc. lib. 6.* Sylv. *in ver. clericus, 1. num. 1.* Sextò, devotus, & perpetuò mancipatus alicui monasterio dicitur persona Eccl. & gaudet privilegio canonis, Nav. *de reddit. q. 1. monitio. 54. num. 4.* & omnis persona deputata alicui Eccl. perpetuò, sive sæculari, sive regulari, saltem si deferat habitum aliqua ex parte religiosum, licet non emittat tria vota essentialia, censetur persona Eccl. & gaudet utroque privil. Host. Jo. And. Ant. & Pan. *in c. privil. de privil.* D. Ant. *3. p. tit. 11 cap. 2.* Septimò, appellatione Clericorum in odiosis, & materia pœnali, non includuntur personæ ecclesiasticæ, Gemin. *in c. sciant cuncti,* per illum tex. *notab. 2. de elect. lib. 6. & in c. generali, notab. 4.* ideo nec monachi. Octavò, similiter appellatione personarum ecclesiasticarum in dicta materia pœnali, non veniunt clerici gloss. *in d. c. in ver. Ecclesiastica,* cùm Conversi, Templarii, Hospitalarii, dicantur personæ ecclesiasticæ, & tamen non sunt clerici, quod nota pro hoc, quando ponuntur pœnæ contra clericos, vel contra personas ecclesiasticas solùm.

Ad secundum. Dico primò, præter ea quæ recenset Syl. *in ver. cler. 1. num. 1.* clericum circa personam habere privilegium, quia non potest percuti, nec in rebus adhærentibus suæ personæ lædi absque incursione censuræ, ut patet in

jurib. allegatis, & Sylv. *in ver. excom. 6. per totum.* & Navar. *c. 27. n. 76. & infrà.* Secundò circa forum, non potest capi à judice sæculari, *c. ut famæ, de sent. exc. c. si judex, eo tit. lib. 6.* nec conveniri pro civili, vel criminali can. coram judice sæculari, *c. unico, de cler. conjug. lib. 5. cap. si diligenti, de for. comp.* Fallit primò in clerico conjugato, quia licet non possit conveniri criminaliter coram judice sæculari, tamen potest pro causa civili, licet propter eam non posset capi, nec carcerari, Covar. *pract. qq. c. 31. num. 7. ver. prima igitur*, Navar. *de Hor. can. c. 7. num. 15.* Nec obst. quòd ibi tex. *in cap. unico, de cler. conjug. lib. 6.* dicat, quòd nec conveniri possit criminaliter, aut civiliter, quia intelligitur. 1. etiamsi pro can. criminali civiliter agatur, prout in actione injuriarum, de qua vide Mar. *in 4. p. d. 1. per totum* : sed solùm restant duo privilegia clerico conjugato, scilicet canonis, & fori criminalis, Selva 1. *p. quæst. 7. n. 18.* & hoc si servat contenta *in dict. cap. unico*, secus si non, & Con. Trid. *sess. 23. cap. 6.* addit, ut addictus sit alicujus Ecclesiæ servitio ex Episcopi deputatione. Fallit secundò, si clericus in minoribus non servat contenta d. c. citato fac. Con. Trid. videlicet primò, aut habeat beneficium Ecclesiasticum. Secundò, aut deferens habitum clericalem, & tonsuram, inserviat alicui Ecclesiæ de mandato Episcopi. Tertiò, aut versetur in seminario clericorum, sive in aliqua schola, sive Vniversitate de licentia Episcopi Gu. Pap. *q. 83.* si quis igitur clericus captus à judice sæculari, non habeat unum ex his trib. requisitis, non debet remitti ad judicem ecclesiasticum, licet petatur instantissimè. Responsio est, quia non gaudet privilegio fori, prout patet jurib. allegatis, & sic cessant ea, quæ dicit Covar. *pract. qq. c. 33.* per multa, & habent, locum ex magna parte ea, quæ dicit *in c. 31. & 32.* nec sufficit probare ipsum incessisse in habitu clericali, sed opus est vel probare titulum beneficii, vel aliorum requisitorum; Cap. *dec. 87. n. 9.* & Fol. *in pract. crim. 1. par. de excus. à num. 38. & infr.* licet non sit verum quod dicitur *in num. 47. in fi.* per hanc doct. Con. Tol. *q. 64.* ponit pulchrum casum cir. clericum conjugatum, qui postquam uxor sua luxuriata fuerit publicè, iterum cognoscit eam, dicit quod gaudet privilegio.

Ex hac doct. Concilii oriuntur multa dubia, & primum an qui habet pensionem alicujus beneficii Ecclesiastici, & sit tantummodo in minoribus ordinibus constitutus, gaudeat hoc privilegio? & videtur quòd nō, quia appellatione pensionis non venit beneficium Ecclesiasticū, Sel. 1. *p. q. 3. n. 11.* & Fel. *in c. ad audientiam, il 2. de rescript.* Gem. *in c. quamvis, il 1. de præb. lib. 6.* Gom. *in q. 21. de an. poss. & q. 16. de infir. resig.* Cap. *decis. 200. n. 3.* Alii dicunt, quòd æquiparatur beneficio, ut refert Gom. *in d. quæstio, 21. in contrarium*; sed omissis aliis, dicerem concurrentibus aliquibus ordinibus minoribus vel primæ tonsuræ, & pensione, clericum gaudere privilegio fori & consequenter fore remittendum, probatur, Primò, quia adest opinio multorū Doctorum. Gomes. *loc. citat.* Secundò, quia pensio est pars substantialis beneficii.

Tertiò

Tertiò, quòd idem juris est de parte, quod de toto, *c. majoribus, de præb.* & pensio interdum capitur loco beneficii, & habet vim eandem, Rebuff. *tit. de dispen. super defect. ætat. n.* 82. Quartò, quia pensioni competit diffinitio beneficii: nã dicitur beneficium, quasi benefaciens; sed illa etymologia militat in pensione ergo, &c. Quintò, quia hodiè per Bullam Pii V. relatam à Navar. *c.* 25. *n.* 122. dicitur, ut quicunque pensionem ut clericus percipit, eum ad dicendum officium parvum beatæ Virginis decernimus obligatum, facit similitudo, quia facit Navar. *cap.* 17. *n.* 32. Sextò, quia sumus in materia favorabili, & sic audivi fuisse decisum Neapoli, in Mag. Curia Vic. in Clerico pensionario, & factam fuisse remissionem ad Curiam Archiepiscopalem, anno 1588. in personam Mag. Scipionis Scalione.

Secundum dubium, an laicus habens præbendam, sive portionem, gaudeat hoc privilegio: nam laicus potest habere præbendam, seu pensionem, *c. cùm M. Ferrarienses. de constit.* & ibi gloss. *in ver. receperunt.* Selva *loc. cit. n.* 4. Gom. *de expect. n.* 42. & Selva 3. *p. q.* 5. *n.* 27. *Casu* 17. tunc dico, quòd non. Ratio, quia non est clericus, & Concilium requirit utrũque.

Ad Tertium, capitur clericus noctu, vel die à judice sæculari, dubitatur de ejus clericatu, petitur penes quem judicem cognitio clericatus debet fieri? Respondetur. Primò, quòd in tertis status ecclesiastici pertinet ad judicem ecclesiasticum, *cap. si judex, de sent. excom. lib.* 6. Secundò, quod ubi proceditur de jure communi similiter, Covar. *pract. qq. c.* 33. *numero.* 1. & hanc dicit esse communem opinionem Doctorum, *in d. cap. si judex, & in cap. unico, de cler. conjug. lib.* 6. & sic dicit practicari in Hispania, sed apud Gallos ad judicem sæcularem, Guid. Pap. *q.* 138. & Joan. Gal. *q.* 78. Tertio, de jure regni Neapol. ista cognitio pertinet ad judicem sæcularem, & malè, quia cognitio ista ut est communis Doctorum sententia, ad Ecclesiasticum, non item ad sæcularem judicem spectat. Follet. *in addit. ad Marant. 4. par. distinct.* 2. *numero* 70. *& in fragmentis suis, numero* 5. *& in pract. crim.* 1. *par. de excusat. à numero* 88. *& infrà*, ubi plus dicit, quod non auditur super declinatoria fori, nisi personaliter comparuerit cum instrumento clericatus, quo præsentato, datur terminus ad probandum clericatum, quo probato fit remissio, aliàs reputaretur contumax, & adest ritus Magnæ Cur. idem Boss. *de for. com. n.* 156. Vinc. de Franc. *decis.* 189. *n.* 6. *&* 10. hoc tamen fallit. Primò, quando quis notoriè esset clericus, Follet. *loc. cit.* quia tunc statim debet remitti, Bald. *in l. si qu[a]lper calumniam, col.* 2. *in fin. ver. quæro*, C. *de Epis. & cler.* Abb. & Felin. *in c. cùm non ab homine de judic.* etsi esset notorium ipsi judici sæculari illum esse clericum, cum requisitis à sacr. Con. Trid. ut quia scit illum habere beneficium, vel viderit eum servire alicui Ecclesiæ, vel in seminario versari, vel fama publica indicat talem esse, & non vult eum remittere, vel quia vult lucrari acta, vel decreta, vel quia vult nimium favere jurisdictioni regiæ nimium fiscalizando ad excusationes excusandas in

peccatis, Boff. *loco citato numero* 151. *& infrà*, quia quamprimùm clericus oſtendat judici laico literas Clericatus, tenetur eum remittere ſtatim, Boer. *deciſio.* 103. *n. duodecimo*; quia ſecus non evaderet ſententiã excõmunicationis, *capit. nuper, in primo reſponſo, de ſentent. excommunicationis libro ſexto*, Sylveſt. *in verb. excommunicatio ſexto, numero tertio, verſiculo ſecundo, numero decimoquarto, uſque ad finem capitul. ſi verò, il primo, de ſentent. excommunicat.* Abb. *in cap. cùm non ab homine, de judic.* Ratio eſt, quia illa captura non fit ad bonum finem, nec pro bono publico, nec ſuadente Deo, & ut ſervetur juriſdictio regia, ſed ut extorqueatur pecunia, vide Navar. *cap. vigeſimoſeptimo, numero* 83. *notab. decimoſeptimo*, & ſic ſervatur in practica ubique per regnum. Quid ſi iſte clericus perdiderit Bullas? Reſpondetur, Primò, hoc poſſe probari prout dixi *in ver. Bullæ.*

Secundò, quòd ſufficeret ſola poſſeſſio habitus, & clericalis tonſuræ, vel ſola poſſeſſio beneficii. Ratio eſt, quia beneficiatus præſupponitur clericus, & ſi opponatur, tenetur ipſe clericus probare, vel pars adverſa; Boer. *deciſio.* 171. *n.* 13. 16. 17. & 18. & clericatus poteſt probari per unicum teſtem, idem *deciſ.* 127. & Vinc. de Anna. *ſingulari* 408. Sed quid ſi clericus non petat remitti ad judicem ſuum competentem? reſpondetur, quòd judex eccleſiaſticus debet eum petere, & remitti debet etiam eo invito, ſi civiliter ageretur contra eum, Innoc. *in cap. ut formæ, num*; 1. & 2. *de ſent. excõ.* etiamſi ante capturam clericus ſe gerebat ut laicus notoriè, etiam manifeſtò, & ſi fecerit fidem de clericatu: nam tunc etiam deberet remitti, & ita fuit practicatum, Cap. Toloſ. *q.* 139. anno 1393. die 11. Octobris.

Ad Quartum. Ubi carceratus manere debeat quæritur, dum pendet iſta cognitio? Reſpondetur, quòd ex ſuperioribus patet reſponſio: nam ſi judex ſecularis prævenit in captura, non fit remiſſio cauſæ, niſi probato Clericatu cum requiſitis à ſac. Concil. Trident. & interim detinetur in carceribus ſuis, Foller. *loc. citato*, & hoc ſi loquimur de jure regni; ſi verò de jure communi, & cognitio pertinet ad eccleſiaſticum, clericus interim detinetur in carceribus laicalibus, & non fit remiſſio ad eccleſiaſticum, donec cauſa Clericatus per judicem eccleſiaſticum, per ſententiam, quæ tranſierit in rem judicatam, fuerit finita, Covar. *pract. qq. cap.* 33. *num.* 3. *ver. fortaſſis*, ita notabiliter Innoc. *in cap. ut famæ, numero* 1. & 2. *de ſent. excom.* Si verò eccleſiaſticus prævenit in captura, vel clericus ſponte in carceres eccleſiaſtici ſe obtulit, tunc pendente cognitione cauſæ in Curia eccleſiaſtica, interim clericus detinebitur in carceribus eccleſiaſticis, alioquin ſi relaxabitur fidejuſſoria cautione, vel locis laxioribus deambulaverit, ſæcularis curia eum poteſt capere, Covar. *ubi ſupra, num.* 4. & ſi non probabitur clericatus cum requiſitis à ſac. Conc. non fiet remiſſio, Covar. *loc. cit. & c.* 31. *num.* 7. *ver.* 4. *in fin.* Prima ratio eſt Concilii, quod non vult clericos gaudere hoc privilegio, niſi cum illis requiſitis. Secunda, ne videantur judices

eccleſi-

ecclesiastici potius meros laicos scelestissimos homines, in grave Reipublicæ dispendium, & divinæ atque humanæ justitiæ læsionem, eximere à judicibus sæcularibus, quàm jurisdictionem ecclesiasticam tueri, Covar. *loc. cit.* Tertiò, ne videatur ordo ecclesiasticus nil aliud esse, quàm libera delinquendi licentia. Fallit in clericis, qui in profundum malorum devenerint, & sunt omninò incorrigibiles, nec in hoc necessaria est trina monitio, & potest sine degradatione per judicem sæcularem puniri, Boer. *decis. 69. n. 17.* & hoc si est in minoribus, secus verò si in sacris: tunc enim requiritur degradatio, Covar. *loc. cit. num. 2. ver. 3.* sed de hoc vide *in ver. Assassinus.*

Ad Quintum. An pendente causa clericatus, vel apud judicem sæcularem petente judice ecclesiastico, vel è contrà, supersederi debeat in causa criminali, de qua inquisitus est clericus? respondetur affirmativè. Covar. *cap. 37. num. 3. & 4.* & text. & gloss. *in cap. si judex, in fin. de sentent. excom. lib. 6.* & Innoc. *in d. cap. ut famæ, num. 1.*

Ad Sextum, an sufficiat habere requisita à sac. Conc. post delictum patratum, & videtur quòd posset puniri, non obstante susceptione ordinum, & aliorum. Ratio prima est, quia videtur præsumi hoc factum fuisse in fraudem, ad evitandum judicium sæculare. Secunda ratio est, quia res transit cum onere suo. Et circa hoc dico primò, si quis sit Clericus, & habet requisita prout sup. sine ulla fraude, quòd tunc omninò liberabitur à jurisdictione judicis sæcularis, Covarr. *cap. 62. num. 14. consi. 1.* quod probat legibus & Doctoribus. Secundò, si hoc facit fraude, vel dolo, prout sup. non liberabitur, idem *ibidem, consi. 2.* Tertiò, ad videndum, utrum hoc faciat fraude, vel bono zelo, confugiendum est ad cõjecturas, ut verbi gratia, si quis post delictum commissum, & ante susceptum ordinem, fuerit accusatus, vel denunciatus, vel infamatus, Bald. *in l. 1. num. 2. C. an servus ex suo facto, ca. proposuisti, & de foro comp.* & in Marg. Inn. *in ver laicus, quomodo, 2.* Joan. Andr. *in c. 1. de oblig. ad ratiocinia.* Covar. *ibidem, ver. fraus verò,* Vin. de Fran. *decis. 209.*

Quartò, ubi verò fraus erit, tunc distinguendum est, aut crimen leve, & tunc à judice sæculari potest puniri mulcta bonorum, & rerum; si atrox, quod mereatur pœnam ultimi supplicii, factâ degradatione per Episcopum, condemnatur, idem *ibidem concl. 3.* quod dixi de requisitis à sacr. Conc. idem dicendum est de professione facta in aliqua Religione approbata, Covarr. *ibidem, in fine.* Vin. de Fran. *dec. 209.* sed ad hoc providit Sixtus Papa V. in sua Bulla, in qua sancivit, ne hujusmodi scelesti homines ad Religionem assumantur, nisi factâ diligenti inquisitione, *in c. provinciali, de vita, moribus, & natalibus*, vide Conc. Constantinop. VI. *actio 16. Can. 43.* vide etiam pro hac materia Boss. *in tit. de foro compet. num. 144. & in tit. de pœn. n. 28.* ubi ponit casum in facto. Ratio est, quia clericus per susceptionem habitus Religionis, vel sacri ordinis, mutat forum, *cap. non dubium, de sent. excom.* Navar. *in ca. non dicatis, num. 3. in fine, 12. q. 1.*

ubi loquitur de causis factis ante, vel post monachatum, vel ordinationem ecclesiasticam. Circa hoc dicent locorum Ordinarii, quomodo nos facere debemus remissionem Clericorum carceratorum in nostris carceribus sæcularibus judicibus, petentibus dictam remissionem juxta seriem sac. Conc. nam si ipsi postea habitâ remissione delinquentis ipsum condemnabunt ad mortem, vel ad mutilationem, nos erimus irregulares, per jura vulgata, *in c. de homic. lib. 6. & Clem. unica, eod. tit.* Navar. *cap. 27. nu.* 290. ad hoc respondetur, quòd si Clericus meretur pœnam mortis, prævia degradatione, potest fieri traditio ipsius sic degradati, prout *in ca. novimus, de verb. sig.* gl. *in c. ad abolendam, de hæret.* Sylv. *in ver. degradatio, num.* 4. Royas. *in sing.* 175. Siman. *de Cathol. instit. tit.* 46. *num.* 69. prout faciunt frequenter Inquisitor. Peng. *com.* 30. *super* 2. *p. Direct. Inquisit.* Locatus *in judiciali inquisitorum, in fine,* Sima. *loc. cit. tit.* 34, *num.* 47. idem in obtruncatione membrorum observari debet cum protestatione, prout Sylv. *in loc. cit.* Sed extra hos duos casus potest fieri remissio, etiamsi Clericus ille pro certo condemnaretur ad triremes, & hoc patet ex dictis superiùs, & quia Concilium sic vult, & satis nobis est, si observamus jura; & sic non essent tot clerici malæ vitæ, in maximam utriusque fori contumeliam, ut ait Boss. *in tit. de plur. viol. n.* 88. si quis plura circa hoc voluerit videre, videat Staph. Auffet. *in Clem. 1. de off. c. ord.* & Nigrum Campa. *in Clem. de vitu, & honest. cler.* & Boss. *in tit. de foro compet.* quia intentio mea est solùm tangere casus magis practicabiles.

Ad Septimum, processatur clericus in Curia sæculari, citatur, fit contumax, quia non venit ad ostendendum Bullas Clericatus, ob quam condemnatur ad pœnam contumaciæ, postea comparet, ostendit Bullas Clericatus, remittitur ad suum Ordinarium, petitur, an judex laicus possit exigere illam pœnam, & clericus ad id teneatur, possitque astringi? Respondetur negativè, Guid. Pap. *quæ.* 450. *num.* 1. Foller. *in pract. crim. fol.* 46. *num.* 39. imò, nec tenetur comparere coram judice laico, si citetur, gloss. *in cap. nullus Episcopus,* 11. *quæstion.* 1. & tunc tenetur ostendere Bullas, quando caperetur à judice laico, & detineretur in suis carceribus, quia deberet confugere ad judicem suum competentem, *capit si diligenti; de foro compet.* pulchrum casum de clerico conjugato ponit Caputaqu. Tolos. *quæstio.* 144.

Ad octavum. Ducitur clericus per officiales laicos, utrum posset ab eis impunè auferri, modo constet eum esse clericum? Respondetur quòd sic; Guid. Pap. *q.* 73. *n.* 2. Vinc. de Franc. *decis.* 199. *n.* 10. Ratio est, quia licet per se sine intervallo de possessione expellere violentum, *l. cum fundum, ff. de vi & vi. arm.* Dyn. *in cà. potest quis, n.* 4. *de reg. jur. lib.* 6.

Ad nonum. Prima conclusio est, clericos esse immunes à solutione gabellarum, seu vectigalium, patet, *cap. quanquam, de cens. lib.* 6. *cap. ei. & cap.* 3. *de immunit. Eccles. lib.* 6. *Clem. unica, eodem tit. cap. adversus, de immunit. Eccl. extrà,* Boss. *tract. de princ. & privileg. n.* 174. & qui eas exigere compelleret, vel solvi, esset excommunicatus, per jura prædicta, Nav.

c. 27.

*c.27.nn.128.*Cajet.*in sum.versic. excommunicatione, capit.39.*

Secunda conclusio; exigens à clericis vectigalia sive gabellas, quæ à laicis licitè exigi possunt, non incurrit in pœnam Bullæ Cœnæ Domini, sed solùm excommunicationem, *ea. quanquam.* quæ est Episcopalis, facta restitutione, quia ille loquitur de prohibitis exigendis, ut sunt ea, quæ ad usum proprium portantur. Tertia conclusio, si quis exigeret à Clericis pro eis, quæ ad usum proprium & necessarium vehunt, cùm hæc neque à laicis de jure communi exigi possint, (licet secus possit introduci de consuetudine quoad laicos) esset excommunicatus excommunicatione Cœnæ Domini, Navar. *capitul.27.n.61.*Flor. Theol. *in 4.sent.tract.de vectigal.fol.193.* & text. *in d.Bulla, clausula* 18.Sylvest. *in ver.excommunicatio, 9.num.46. excommunicat.* 21.Quarta conclusio, imponere gabellas, pedagia, vel similia personis Ecclesiasticis, vel eorum & Ecclesiarum bonis, vel beneficiorum fructibus, aut introitibus, est excommunicatio Cœnæ Domini, etiam à sponte dantibus, Bulla citat. Navarr. *c.27.num.282. & ubi suprà*, dixi ea, quæ quis ad suam seu suæ familiæ necessitatem secum portat, quia pro his nec laici tenentur aliquid solvere de jure communi, Nav. *cap.27. num.202.*Sylv. *in ver. Gabella, num.14.* §.20. Cajet. *in sum.in ver.vectigal.* §.4. Armil. *in ver. Gabella, nu.20.* Angel. *in ver.pedagium,* §.6. Sot. *lib.3.qu.6. art.5. de justit. & jure.* & fraudantes de his, non peccant, ut ait Sylvest. *loc.citat.* Aften. *lib.1. tit.32.art.4. q.4. l.universi, C. de vectigal.* Quinta conclusio, hoc ampliatur. Primò, etiam ad res clericorum: nam si vellet vendere frumenta, oleum, vel quid simile, quod facit in terris sui beneficii, vel patrimonii, non tenetur solvere gabellas; idè dic de monasteriis. Cyn. *in l.omnes,* §. *privilegia, C. de Epis. & cler.* Sylv. *loc.cit.in ver.2. & 3.* Afflict. *in Constit. Apostatantes, num.20.* dicit quòd clerici clericaliter viventes, non tenetur contribuere cum laicis pro bonis Ecclesiasticis, & patrimonialibus, & adest Constitutio Regis Caroli II. quæ incipit, Volumus, & mandamus, & alia quæ incipit, Statuimus, *num.6.* idem in Constit. Porrecta, & in Constitut. De burgensaticis petitorio, *notab.3 num.secundo,* ubi dicit clericum gaudere privilegio fori pro rebus patrimonialibus, idem Niger *in dicta Constit. cap.98. num.1. & infra*, ubi etiam tenet, quòd sunt immunes in rebus emptis, & donatis, quoad collectas variabiles, idem in Constit. Porrecta, *num. 65.* Secundò ampliatur, quòd nec tenetur solvere pro rebus, quas fecit Clericus mutata forma, ut verbi gratia, si emat fericum, & facit ex eo caligas, vel papyrum, & facit libros, vel aliquid hujusmodi, Abb. *in cons. quod incipit, Casus super quo in 2. volum.* Ratio est; quia hæc non est negotiatio, quia tunc est negotiatio, quando rem eandem non mutatâ formâ venderet, *c.ejiciens, 88.distin.* Abb. *in cap.fi. de vit. & honest. cleric.* Navarr. *c.27.n.128.* nec hoc artificiosum est à jure probibitum, *c.clericus victum 91.dist.* hoc fallit. Primò, in clerico negotiatore, quia solvere tenetur gabellas pro rebus, quas vendit, cum eis sit prohibita negotiatio,

negotiatio, & in hoc assimuletur vero laico, Doct. *locis cit. c. negotiatore, cum sequentibus*, 88. *dist.* Abb. *loc. cit.* Bald. *in l. cunctos populos. de sum. Trin. & fid. Cath.* Maran. 4. *par. dist.* 9. *num.* 118. Navarr. *c.* 17. *num.* 201. *notab.* 74. *d. c. quanquam, & ibi gloss. in vers. negotiandi, c. fi. de vit. & benefi. & cleric.* Fallit secundò, in clericis non incedentibus in habitu, & tonsura, quia debent solvere gabellas, Guid. Pap. *decis.* 13. *in Clem.* 1. *in ver. rebus, de vita & honest. cler. c. fi. & ibi gl. in ver. fructibus, eod. tit.* Covar. *quæst. c.* 31. *per tres conclusiones in ult.* Fallit tertiò, quando in gabella, seu vectigali daretur facultas à Papa quòd possit exigi etiam à clericis, Navar. *loc. cit.* ut est Neapoli in gabella, quæ dicitur vulgò, *lo male dinato.* Fallit quartò, pro necessitate Reipublicæ relevanda auctoritate Papæ, *cap. adversus, de immunit. Eccl.* Fallit quintò, in colonis laicis colentibus prædia Ecclesiæ ad medium, vel tenentia eadem ad officium, quia tenentur solvere gabellas, & collectas impositas per judices sæculares de parte fructuum contingente illos colonos, Sylvest. *loc. cit. n.* 48. *vers.* 6. Navar. *c.* 27. *num.* 128. *not.* 6. sed hoc habet locum. Primò, quando privilegium esset datum personæ, & non rebus, quia tunc nec pro rebus coloni tenerentur, Boss. *loco citato*, Boer. *decis.* 213. *num. ult.* Secundò, quando non esset afflictator, seu conductor Cardinalis, quia gaudere debet eadem immunitate, qua Cardinalis, licet hoc in decimis, Vinc. de Franch. *decis.* 107. *num.* 2. & 8. Ilser. *in cap. quæ sunt regalia*, §. *& plaustrorum, & navium, num.* 56. Fallit sextò, in clerico conjugato, qui tenetur solvere datia, seu collectas impositas, Abb. *in c. ex par. de cler. conjug. & in c. ex literis, n.* 8. *de vit. & honest. cler.* Bald. *in marg.* Innoc. *in ver. Clerici conjugati*, vide pro hac materia etiam Vinc. de Anna *alleg.* 13. vide etiam Capit. summi Pontificis Honorii incipiens, Item quòd clerici, &c. Vide Abb. *in c. literis, num.* 12. *de vita & honest. cler.* & Dyn. *in c. nemo, num* 4. *de reg. jur. lib.* 6. & gloss. *in c. cùm audissent, de rest. spol.*

Ad decimum. Omissis multis, quæ hic coacervari possent, hic sunt tres opiniones. Prima est Navar. *c.* 17. *num.* 34. *& cap.* 23. *num.* 74. *notab.* 27. asserentis, clericum male expendentem fructus beneficii pensionis, distributionum, aliorumque redituum ecclesiasticorum, & peccare mortaliter, & teneri ad restitutionem; & hanc opinionem tuetur acerrimè in sua Apologia, *q.* 1. 2. & 3. Secunda opinio est Soti, *l.* 10. *q.* 4. *art.* 3. *concluf.* 3. *de just. & jure*, ubi fructuum ex possessionibus beneficiorum provenientium, ait clericos esse verè dominos, & sic non peccare, & non teneri ad restitutionem. Tertia opinio est D. Thom. 2. 2. *q.* 18. *artic.* 7. *in corpore*, Sylvest. *in ver. Clericus* 4. *num.* 15. §. 21. Astens. *lib.* 3. *tit.* 27. *quæst.* 2. Angel. *in ver. clericus*, 13. *à n.* 1. isti dicunt quòd solùm peccat mortaliter, sed non tenetur ad restitut. Hanc tertiam opinionem amplexati sunt multi Doct. Gimon. *de grat. expect. c.* 1. *nu.* 25. qui dicit clericum esse usufructuarium in vita, & usuarium in morte. Idem gloss. *in c. fi. ver. obitus, de pec. cler.* Gom. *q.* 1. *in fine de trien. possess.* Covar. *in c. cum in officiis*,

officiis, de test. num. 4. Guid. Pap. *nu.* 110. iis sic stantibus, concluſio ſit cum tertia opinione, per prædicta : hoc tuentur multi recentiores, &c. Vide Iſer. *in c. Corradi, à n.* 27. *& infrà.* ubi diſputat, an Papa, & alii Prælati ſint domini, vel diſpenſatores Eccleſiarum. Vide Nigr. *in conſtit. Reg. in c. item ſtatuimus, quòd clerici. num.* 4. *& infr.* & omnino add. ad Dyn. *in c. locupletari, litera B. de reg. iur.* licet remiſſivè.

Ad undecimum. Vidi ſæpè ſæpius dubitari, & fui conſultus pro quibus rebus clericus eſt immunis à ſolutione gabellarum ſive pagamentorum fiſcalium, & in hoc reperio *c. primum, de immunit. Eccleſ. lib.* 6. ubi poterit quis videre, ex quo Sylveſt. *in ver. excommunicatio,* 9. *num.* 13. *ver.* 2. dicit clericum gaudere exemptione gabellarum in quatuor rebus. Primò, in eccleſiaſticis. Secundò, patrimonialibus. Tertiò, relictis Eccleſiæ. Quartò, donatis ipſis clericis, idem *in ver. Eccl.* 1. *num.* 6. §. 5. *& in ver. gabella,* 2. *n.* 8. iſta doctrina ſic currit de jure communi, & ubi jure communi vivitur, per dict. c. & alios Doct. ſed quia vidi in regno moleſtari clericos non pro rebus Eccleſiaſticis, ſeu patrimonialibus, vel Eccleſiæ relictis, ſeu donatis, ſed pro rebus emptis, ſeu donatis ipſis Clericis, non aſſerentes, quòd pro iſtis clerici ſolvere debent gabellas ſeu ſolutiones fiſcales, & ſic dicunt obſervare Cameram Summariæ regni Neapolitani, ideò diſcutiam hanc practicam, & dicam. Primò, ſi loquitur de emptis, & donatis, poſſet juſtificari hoc, ut ſolvant id, quòd prius ſolvebatur ſuper reb. ipſis donatis, vel emptis; hoc ſuadetur primò, per dictum gloſſæ *de immun. Eccl. lib.* 6. *in ver. bonorum,* ubi ait, ſi tributarium prædium donaretur Eccleſiæ, quòd teneretur Eccleſia illud ſolvere, quòd priùs pro ipſo ſolvebatur : confirmatur hoc ex Joan. Monacho, & Archidiacono ibi. Ratio eorum eſt, quia concedens, ſeu donans non videtur cõdere, ſeu donare niſi jus quod habebat in re, prout *in l. qui tabern. ff. de contrah. empt.* Bart. *in l. reſcripto,* §. *fin. ff. de mun. & honor.* ubi dicit, quòd quando onus eſt radicatum in res, illa res non eximitur à præteritis oneribus, licet transferatur ad alium exemptum : idem Maran. *in diſputat.* 8. *de jure protim. numero quadrageſimo ſexto,* & gloſſ. *in cap. primo, in ver. ſenioribus, extrà de cenſ.* Sylveſt. *in ver. gabella, numero octavo, verſ. quinto,* ubi dicit, quòd pro oneribus annexis, & perpetuis res donaræ clericis, vel Eccleſiæ, ſolvere tenentur quòd priùs ſolvebant, quando erant penes laicos; idem confirmat *in ver. excommunicatio,* 9. *n* 13. *ver.* 2. quod confirmat per *Clem.* & ibi gl. *in ver. ſolita, de cenſ.* Afflict. *in d. conſtit. n.* 16. *in fine.* imò Novell. *de jur. protim.* §. 8. *&* 9. *nu.* 40. idem tenet de bonis patrimonialib. per regulam, quia res tranſit cum opere ſuo; idem cenſet Afflict. *dec.* 361. *n.* 8. *de rebus acquiſitis per Clericos.* Dico ſecundò, quòd ſi bene inſpiciantur iſti textus, gl. & Doct. loquantur de onere, quod erat affixum rebus feudalibus, ſecus verò de iſtis ſolutionibus quæ variantur in dies per collectas, ut aliquid hujuſmodi, & ita Sylveſt. *loc. cit.* & Apoſtill. Jo. Andr. *in gloſſ. fin. in ca.* 1. *de cenſ.* quæ allegat *c. ſolitæ, de major. & obedien.*

Dico tertiò, quòd cùm illæ solutiones fiscales sint quodammodo onus perpetuum, & invariabile, quòd res donatæ, vel emptæ transeant cum onere suo, quoad Clericos, *c. ex literis. de pignor. l. alienatio, ff. de contrah. empt.* dico invariabile, quia semel taxatum territorium semper sic stat. Dico quartò, quando verò isti exactores non contenti solutione solita determinata, & præfixa, vellent imponere novas collectas per descriptiones, æstimando bona alicujus clerici, sive empta, sive donata, ut solvat plus minusve secundum impositionem collectarum, quòd tunc non tenerentur ad illud plus. Ratio est, quia non tenentur nisi ad onus illud invariabile, Abb. *in dict. cap. ex literis, n.* 12. ita Sylv. *loc. cit.* & Maran. dicentes bona clericorum esse exempta ab omnibus futuris angariis, & oneribus laicorum, non autem à præteritis oneribus, Gram. *decis.* 29. *per totam, & n.* 14. Dico quintò, si res cum tali onere fiscalium solutionum emeretur ab Ecclesia, vel Ecclesiæ donaretur, quòd esset libera ab hac exactione. Ratio diversitatis est, quia transit ad personam (si ita fas loqui) quæ nunquam moritur; *cap.* 1. *de alienat. feud.* Afflict. *decis.* 324. *n.* 2. & non ita facilè transit ad personam laicam sicut res particularium clericorum, Abb. *in c. dilectus filius, n.* 3. *de præb.* Felin. *in ca. Ecclesia S. Mariæ, col.* 28. *vir.* 50. *quæro, de const.* facit quòd mutatione personæ mutatur privilegium. Guid. Pap *q.* 261. & ibi addit. *decis.* 69. dicit quòd bona registrata, etiam transeunt ad clericos, solvere tenentur, quod prius solvebatur. Vide omninò Bald. *in marg.* Innoc. *in ver. Ecclesiam, q.* 1. ubi dicit res Ecclesiæ esse separandas à potestate laicorum, cùm sint juris divini, & Innoc. *in capite non minus, de immun. Eccl.* faciunt quæ dicit Vinc. de Franch. *decis.* 131. *num.* 25. de feudo donato Ecclesiæ, & ab Ecclesia concesso postea laico, vide Abb. *in cap. ex literis, num.* 12. *de vit. & honest. cler.* Dico sextò, quòd si esset res feudalis, quòd etiam teneretur Ecclesia solvere Regi, Imperatori, seu Baroni onus illud, quod prius habebat, *c. sancitum, de cens.* & ibi gloss. & Sylvest. *in ver. gabella, 2. num.* 10. §. 7. faciunt quæ dicit Tiraquel. *de utro. retract. tit.* 1. §. 32. *gloss. unica, num.* 80. *& infrà.* Dico septimò, hoc fallere in patrimonio donato clerico contemplatione ordinis sacri, per dec. sac. Conc. Trid. *sess.* 21. *cap.* 2. *de reform.* Ratio est, quia cùm detur illud patrimonium in titulum, censetur talis clericus in persona, & rebus gaudere privilegio exemptionis, Gloss. *in capitulo Episcopus, in ver. subsidium*, & gloss. *in cap. tuis, in ver. patrimonialibus, de præb.* & Gom. *in q.* 23. *de infir. resig.* ubi dicit, quòd illud patrimonium datur loco tituli, & loco beneficii; ergo debet gaudere immunitate solutionis, Covar. *var. resol. lib.* 1. *c.* 4. *nu.* 4. Rebuff. *de foro compet. nu. ult.* & ita fuit expressè decretum per regiam Cameram Summ. Neapol. sub die decimatertia Julii 1590. ad instantiam Universitatis Terræmontis Herculis Benevent. diœcesis, cum quibusdam circumstantiis, de quibus ibi. Dico octavò, hoc fallere in patrimonio, cui succedit jure hæreditario, non donationis: patet ex dictis superiùs, & ex concordatis per

Hono-

Honorium Pontif. cum Rege, *c. 6.* ut patet in Bulla, *in fine hujus operis*, vide Iser. *inc. quæ sunt regalia, n. 61.* Abb. *in d. cap. Episcopus, num. 3. & 4.* Conclude tamen cum Innoc. *in c. non minus, n. 1. de immun. Eccles.* ubi dicit, quæ usibus Ecclesiasticis dedicantur quoad fundationem, vel ornatum, vel mansum, vel dotem Ecclesiæ, sunt immunia, cætera transeunt cum onere suo: ita etiam patrimonium donatum ratione ordinis, cum limitatione sufficienti ad victum honestè habendum, prout suprà Navar. *cons. 5. de immu. Eccl.* Vide omninò Jason. *in Auth. ingressi, n. 16. 17. & 18. & infrà de sacros. Eccl.*

Ad duodecimum. Respondetur quòd potest habere duplicem sensum. Primum renunciare Clericatui, ut conveniri possit coram judice laico, & remanere clericus, & hoc non potest esse, per *c. si diligenti, de for. com.* Covar. *pract. qq. c. 8. concl. 2.* imò nec renunciare privilegio, ut conveniri possit coram alio Episcopo, sine licentia proprii ordinarii, *c. significasti, eod. tit.* Covar. *eod. c. 10. vers. 8.* Secundum si potest expressè renunciare privilegio fori, & Canonis corã judice ecclesiastico, dicens, Ex nunc in antea nolo amplius esse clericus, & videtur quòd non gl. *in c. Joan. in ver. non potest, de cler. conjug.* quia exemptio clericorum est de jure divino, quod nec per Papam potest tolli, Gom. *in cap. 1. num. 67. de Constit. lib. 6. cap. si Imperator*, & ibi glos. *in ver. & discuti, 96. distinct.* Covar. *pract. q. ca. fin. 31. num. 1.* licet ibi dicat aliquid in oppositum. Ex alia parte videtur quòd sic, quia quisque potest renunciare privilegio suo, nisi per hoc præjudicet juri tertii, vel Reipublicæ, ut *in ca. statutum*, §. *in nullo, de rescript. lib. 6.* Gom. *in c. 1. nu. 57. & infrà, de rescript. lib. 6.* Abb. *in cap. ad Apostolicam, num. 6. & 10. de regular.* Prima conclusio; de facto clericus potest renunciare privilegio tam fori, quàm Canonis, & hoc dimittens habitum clericalem. & laicaliter vivens, *c. cùm non ab homine, c. perpendimus, de sent. excom. c. inaudientia, c. contingit, i. 2. eod.* Sylvest. *in ver. excomm. 6. à num. 7. & infrà*, etiam sine trina monitione. Navar. *cap. 27. num. 81. notab. 6.* & cùm se turpibus, & enormibus misceat; nam tunc requiritur trina monitio, vel una pro trina, cùm retinet habitum, & miscet se militaribus, vel sæcularibus actibus, Navar. *loc. cit. num. 80. not. 5.* & tunc incedens, vivens, & induens se ut laicus, facto & scripto renuntiat suo privilegio. Secunda conclusio, expressè privilegio clericali renunciare coram indice laico per actum publicum potest clericus; hoc patet. Primò ex superioribus. Secundò, quia si facto hoc potest, quare non verbis? *argu. c. dilecto il secundo, de appellat.* ubi admittitur appellatio solo facto. Tertiò, quia sic vidi observari in facto in Curia Archiepisc. Neap. Ad objecta posset respõderi, quãdo vellet esse clericus, & renunciare. Quartò, id expressè tenet Jason *in l. si quis in conscribendo, n. 1. & 2. de pact.*

Ad decimumtertium, videtur quòd non, Regula philosophi *in Postpradicamentis, in capite de Oppositis, & in 2. de generat. & corrup.* quod ex privatione ad habitum non fit regressio, glos. Instit. *de capitis diminut. §. quòd autem.* Respondetur nihilominus oppositum esse verius,

nempe, quò reassumptis iterum vestibus clericalibus. & tonsura, reintegratur ad privilegium clericale, gl. *in Clem. 1. in ver. quandiu, de vit. & honest. cleric.* glos. *fin. in capit. fin. eodem titul. extra*, & ibi Abbas, *num.* 8. Sylvest. *in ver. excom. 6. num. 4. vers. si autem talis.* Non obstat auctoritas Philosophi, quia intelligitur in naturalibus, non in moralibus, de quibus non tractamus, nec in supernaturalibus, ut patet in universali resurrectione mortuorum, ut habetur ex D. Thom. ut *addit. 3. p. q. 75. art. 3.* & Sot. *4. senten. 43. quæst. 1. art. 3.* accedit ratio, quia si clericus existat in minoribus ordinibus, & postea contrahat matrimonium cum unica & virgine, & mortua uxore postea reassumit habitum, ad ulteriores gradus sacrorum ordinū ascendere potest absque eo quòd iterum accipiat minores ordines, quod prius habebat ratione characteris, quia est indelebilis gl. *in cap. Ioannes, in ver. non potest, de cler. conjug.* & ibi Abb. *num. secundo*, sed Afflict. *in Constit. Apostat antes, nu. 22.* dicit, quòd si fuerit ter monitus ab Episcopo, ut incedat clericaliter, & ille non incedit, & postea pœnitentia ductus, incipit incedere clericaliter, quòd non gaudeat, & citat Innoc. *in c. 1. d. Apostat.* & Iserniam, tamen oppositum est verius, quia licet, dum non vivit clericaliter, non gaudeat, tamen quando incipiet vivere, gaudebit, & in pract. vidi multos reliquisse habitum, & diu sic vixisse, & tamen postea reassumpto habitu gavisi sunt privilegio, facit *c. tunc valere. de Consecr. dist. 4.* nec Innoc. dicit, quòd non gaudeat, quando incipiet clericaliter vivere, sed solùm, dum vivit laicaliter post trinas monitiones.

Ad decimumquartum. Respondetur primò, clericos sæculares non habere certum habitum, cùm non sit expressum in jure de colore, vel de forma, tamen vestis debet esse talaris, *cap. penult. 23. dist.* gl. *in Clem. fin. in vers. videtur, de vit. & honest. cler.* Diaz. *in pract. crim. can. c. nec coloris indecentis*, nec habere ea, de quibus Diaz *loc. cit.* Syl. *in ver. clericus, 2. num. 2. ver. 2.* Angel. *in ver. clericus, 4. §. 3.* Sylv. *in ver. excommunicatio, 6. num. 4. cap. nullus, 21. quæst. 4.* Foller. *Pract. crim. tit. de excusat. n. 42.* & sic conclude, ut dicit Foller. quòd vestis debet esse secundùm loci consuetudinem, & Ordinationum, & Conciliorum provincialium, vel Diœcesanorum Constitutiones, Abb. *in c. clerici, n. 18. de vit. & honest. cler.* vide *cap. per simoniam, 41. dist.* Guid. Pap. *q. 38.* dicit, non licere habitum brevem per dimidium pedem, vel circa genua, & quòd in facto Clericus delinquēs, inventus in tali habitu, non fuit remissus ad Ordinarium suum, vide Covar. *pract. quæst. c. 31. nu. 8. ver. 4. c. clerici officia. de vita & honest. cler.* Concil. Trid. *sess. 14. cap. 6. de reform.* Bene verum est, quòd inter pares vestitus debet esse par, inter dignitores talis æqualitas non servatur, Abb. *in c. cum omnes, num. 9. de constit. & in clem. cùm Romani, numero 10. de elect.* glos. *in summa, 21. quæst. 4.* & Navarr. *in c. statuimus, 19. quæst. 3. notab. 9. nu. 27.* dicit debere Episcopum cogere clericos circa habitum, & Cōc. Eleberinum *Can. 76. quod est in primo Tomo Conciliorum*, & VI. Synodus Constantinopolitana, *Can. 50.*

Can. 50. in Tom. 2. ubi habetur, *si clericus est, deponatur.* & Con. Trident. *sess. 22. & capit. 1. de reform.* ubi circa tam vestitus, quàm ludos committatur negotium arbitrio ordinarii, & hoc de clericis, vel constituris in sac. vel habentibus beneficia ecclesiastica. Navar. *cap. 25. num. 110.*

Ad Decimum quintum. Respondetur, quòd clericus potest, licet non per se, sed per alium præsertim, exercere mercaturam, aliquid vilùs emendo, & carìùs vendendo, in tribus casibus.

Primò, quando non habet aliunde, quo vivere posset. Secundò, ad sublevandam consanguineorum & parentum inopiam. Tertiò, quando non esset prohibita à suo prælato, Tabien. *in ver. emptor, numero 19.* Joan. Medina *tract. de restit. q. 3. §. 20.* Navar. *c. 25. num. 110, notab. 34.* quod comprobat multis Doctoribus; Guid. Pap. licet remissivè, *q. 177.* & Con. Eliber. *c. 19.* ita auctorit. Conc. Sum. & Abb. *in c. clerici, n. 3. de vita & honest. cler. & in c. dilecti filii, n. 3. de decim.* & Navar. *de spol. num. 5. & in c. paternitas, 22. q. 1.*

Ad Decimum sextum. Ut clericus in in genere perdat privilegium clericale, quinque requiruntur, quæ videas in Capyc. *decisio 161. numero secundo,* ubi videto etiam, quando clericus dicatur exercere sæva, seu enormia delicta, & quid sit frequentare delicta, & quid sit deprehendi in crimine, quæ omnia notanda sunt pro praxi quotidiana, vide etiam Butrium *in cap. 1. de apostat.* Cæpollam *consi. 11.* Foller. *in pract. crim. de excusat. numero 40. & 47.* & quando dicatur incorrigibilis, vide Diaz *in pract. crim. Can. capit. 131.* & Abb. *in capit. perpendimus, numero primo, 3. & 5. de sentent. excommunicat.*

Ad Decimum septimum. Vide Abb. *in capit. conjugatus, numero quinto, & sexto. de conversi. conjug.* & quæ dicam, *in ver. ordo, §. ad minores, dub. 3. & cap. quod à te, de cler. conjugat.*

Ad Decimum octavum. Vide præter alios Grammatic. *decisio. 29. numero septimo,* & Doctor. *in capit. si diligenti, de foro competen.* hoc intellige extra casum Constitutionis regni, quæ incipit: Finis præcepti charitas, & alia: Ad Regale fastigium. vide Caputaquens. *decisio. 149. parte secunda,* ubi habes, quòd pœna extraordinaria & arbitraria fallit, si facit se trahere de consensu suo, vel favore, & maximè super causa decimarum, vel spiritualium, quia tunc ineideret in Bullam Cœnæ Domini Navar. *consilio primo, numero octuagesimoprimo, de constitut.* secùs verò si invitus.

CONFINIA.

PRimò. Confinia an probent dominium? vide *in ver. dominium.*

Secundò, quomodo probentur, vide *in ver. testes, num. 32.*

Tertiò, quid si mutentur, animo fuendi, vel non dicto animo, & quomodo in utroque casu castigentur, qui mutant, vide Novel. *de jure protim. §. secundus, num. 102. & infrà,* vide *in ver. limites sive termini.*

Quartò, confinia, seu limites, an possint præscribi, vide Abb. *in cap. cùm*

inter vos, numero 2. de verb. sign.

Quintò, confinia diæcesis Episcopatuum. Provinciarum, & Parochiarum, an, & quando possint præscribi, vide Panorum. *in c. super eo, de paroch.* Felin. *in c. quia indicante, col. 2. de præscrip.* Old. *consi.* 283. Abb. *cons.* 12. *vol.* Cur. *consi. 56. col. 9. cap. cum causam, & ibi gl. in ver. per libros. de prob.*

Sextò, an probentur per scripturam, licet non propter hoc principaliter facta. Respondetur de Innoc. *in c. olim, n. 5. decens.* quòd sic.

CONCILIUM.

SUMMARIUM.

1 *Quotuplex sit.*
2 *Quot annis celebrari debeat.*
3 *Qui convenire debeant ad illud.*
4 *Quo ordine in eo sedendum.*
5 *Quid ibi agi debeat.*
6 *Quo tempore celebrari debeat.*
7 *Impedito Archiepiscopo, quis teneatur congregare Concilium provinciale.*
8 *An possit recusari, seu ab ipso appellari.*
9 *An Metropolitanus teneatur concilium indicere.*
10 *An Capitula Cathedralia compellantur venire ad illud, vel possint ibi convenire laici.*

AD Primum. Vide Sylvest. *in ver. Concilium, num. 1.* & in summa est triplex, Generale primum, seu Oecumenicum, ut Con. Trid. ubi omnes prælati Ecclesiæ concurrunt, & Papa, vel ejus Legatus præsidet. Secundum provinciale, ubi Metropolitanus præsidet, & convocantur omnes Suffraganei, & Abbates provinciæ. Tertium diœcesanum, ubi Episcopus cum Capitulo & Clerico convenit, ista patent ex vulgatis.

Ad Secundum. Sac. Con. Trid. *sess. 24. c. secundo, de reformat.* quolibet triennio Synodum provincialem, & diœcesenam quotannis celebrari, præcipit, quod utinam observaretur, quia multa bona orirentur ex frequenti Synodorũ celebratione, ut experientia docet: nã frequenter Episcopi à multis excessibus, ipsique Metropolitani, ac Clerus subtraherentur, quia tunc populi solent afferre querelas, prout vidi in multis Synodis, quibus interfui, & sumere debemus à Regularibus exemplum qui singulis annis celebrant sua Capitula provincialia, ad morum, ac aliorum reformationem, & hoc clamat Alphon. de Castro, *libro quinto, capite quinto, de justa hæretic. punit.* hoc vocifetantur sacri Canones, *cap. de Conciliis, capit. habetur, cap. quoniam, il secundo,* 18. *distinct.* ad hoc exhortatur sac. Con. Trid. *loc. cit.* & licet non fiant semper nova decreta in illis, fiunt tamen aliquot ore tenus reformationes necessariæ. prout Concilia Mediolanensia, Concil. Antioch. *Can.* 10. Con. Carthag. *c.* 2. Epist. Horismidæ Pap. ad Episcopos Hisp. Con. Aurel. *c.* 12. Con. Toler. XII. *c.* 12. Con. Later. sub Innoc. III. *c.* 6. Conc. Basilien. *sess.* 15.

Ad Tertium. Dico primùm, omnes Episcopi Comprovinciales convenire debent, Concil. Trident. *loco citat.* & hoc quoad Concilium provinciale, secus

posset

posset ab Archiepiscopo puniri, *c. si quis in Synodo, c. si quis Episcoporum, c. pervenit, c. non oportet, loc. cit.* nisi legitimo impedimento impediti, Con. *loc. cit.* & tunc excusatorias literas dirigant Metropolitano, *c. placuit, loc. cit.* Secundò, Abbates in tota provincia commorantes, seu habentes Abbatias, seu Commendas, *cap. decernimus*, etiam exempti si sunt sæculares. Tertiò, Archipresbyteri, etiam exempti. Quartò, Episcopi etiam exempti tenentur eligere semel Metropolitanum, quæ electio semel facta, obligat successores. Declarat. sac. Congregat. *in meis* 7. idem de Abbatibus & Archipresbyteris exemptis, sac. Congr. *Declarat* 315. in hæc verba: *Archipresbyter nullius diœcesis potest Archiepiscopum aliquem in Metropolitanum eligere, atque ejus Synodo provinciali se subjicere, non obstante contradictione Capituli & Cleri dicti Archipresbyteratus.* Nec obstat *cap. Episcopus ead. dist.* quia loquitur de Regularibus, & ibi gloss. exemplificat in Abbate Cistercienſi, quoad Concilium diœcesanum eò convenire debent omnes Clerici, & Abbates diœcesis, *capit. annis, distinct. citat.* etiam exempti ratione parochialium, aut aliarum sæcularium Ecclesiarum, etiam annexarum, *cap. ex ore, de privileg.* gloss. *in capit. quia in tantum, in ver. plures, de præben.* Con. Trid. *loc. citat.* etsi habent populum: nam ratione populi exempti subsunt Synodo, Inn. *in capitu. quod super, de majoritat. & obed. & in cap. Theodosius, n. 3. de stat. monach.*

Ad Quartum. Dicitur primò, & habetur, *in cap. ult.* 17. *distinct.* ubi secundum tempus ordinationis suæ debent sedere, & subscribere, & alias prætogativas sibi vendicare, *cap. Episcoporum*, 74. *distinct.* Con. Braccarense, *Can.* 24. Gimon. *de grat. expect. fol.* 414. *num.* 39. facit *capit. qui prior, & ibi gloss. in princip. de reg. jur. lib* 6. Sed secundò, primus locus debetur Metropolitano, *cap. placuit.* 18. *distinct.* exemptus Episcopus non sedere debet supra omnes, suffraganeos non exemptos, nisi sit in promotione antiquior, sac. Congregat. *declarat.* 317. & circa Suffraganeos non excusat consuetudo, quòd Episcopus talis Ecclesiæ erat solitus sedere ante omnes, quia orbis debet imitari consuetudinem Urbis, ubi Cardinales, presbyteri, & Episcopi sedent secundum tempus suæ ordinationis in capella domini Papæ, glo. *in capit. nolite.* 11. *distinct.* Boer. *tract. de actor. mag. conc. par. Franc. numero* 6. Faciunt quæ dicuntur, *in ver. Episcopus, numero* 30. & ex Abb. *in cap. fi. numero* 16. *de translat. Episcop.* facit *cap. statutuimus, de major. obed.* gloss. *in cap. cùm in tua, in ver. antiquiores, & const. lib.* 6. & ibi Gemin. *ver. in fine glossæ*, nota istam glossam, ubi fit mentio de antiquioribus, *cap.* 1. *de major. & obed. extrà*, Gemin. *in cap.* 1. *ver. quæro, de offic. leg. lib.* 6. Abbates sedere debent immediate post Episcopos, & præferuntur aliis prælatis circa Episcopos, Abb. *in cap. ex ore, numero* 3. *de privileg.* Tertiò, an exempti Episcopi possint compelli ad eligendum Metropolitanum, & videtur quòd sic, quia Con. *loc. cit.* §. *itidem*, utitur verbo (eligant) quod est imperativi modi, & videtur sonare præceptū, nec obstat quod multi exempti nondū elegerint, quia hoc potuit accidisse, vel propt. absentiam,

sentiam, vel incommoditatem, vel potiùs negligentiam; & confirmatur, quia electio semel facta obligat successores, ut patet ex sac. Congreg. nam alias sequeretur, quod Episcopi exempti nulli Concilio interessent, quod est contra mentem sac. Congreg. quæ *declarat. 386. in meis*, censuit in hæc verba. *Episcopi, qui sunt in Provincia Papæ, tenentur suas Synodos facere, sin aliter, accersentur Romam ad celebrandum provinciale Concilium.*

Ad quintum. Habetur *cap. propter, il 1. & c. pervenit*, 18. *distinct.* hic est dubium, primum an Episcopi comprovinciales possint cognoscere de causis Metropolitani ibi præsidentis. Respondetur negativè, Abb. *in capit. grave, num.* 8. *præben.* Sylvest. *in ver. Concilium, num.* 6. §. 7. Ratio est, quia Archiepiscopus est caput, & præsidens illi, D. Anton. *3. par. tit. 23. cap. 4. §. 6. & primo.* Secundum dubium, an Archiepiscopus possit cognoscere ibi de causis criminalibus Episcoporum, Suffraganeorum, Sylvest, *loc. cit.* dicit, quòd sic, quoad audientiam, sed non quoad diffinitionem, absque speciali licentia Papæ, tamen secus hodie jure nonissimo Conc. Tridentini *sess. 13. capit. 8. de reform. cap. quamvis, 3. q. 6.* de causis verò civilibus inter Episcopos, & subditos bene potest *c. si clericus, 11. q. 3. gl. in c. pastoralis, in ver. exceptis, de offic. ord.* Tertium dubium, an de causis fidei possit ibi cognosci? Videtur quòd sic, per *cap. ad abolendam, in prin. de hæret.* tamen oppositum est verius, *capit. quoties 24. qu. 1. c. majores, de Baptis.* Peng. *Com. 8. in 2. parte Director. Inquisitor.* Alphons. de Castro. *lib. 1. cap. 5. de justa hæret. punit.* Quartum dubium, an Abbates, & alii, qui in Concilio provinciali conveniunt, qui non sunt Episcopi, habeant suffragia, vel possint aliquid determinare? Respondetur negativè sed solùm consultare, & alia officia ministrare, & ut vulgò dicunt, habere vocem consultivam, sed non decisivam; Turrecrem. *lib. 7. de eccles. c. 15.* idem de Capitulis Cathedralium censet Abb. *in cap. & si membra, num. 1. de his quæ fi.* Quintum dubium, an possint admitti Episcopi alterius provinciæ, Sylvest. *loc. citato §. 6.* dicit, quòd sic, si accedant voluntarii, & similiter alii, quorum consilium est necessarium, & ibi ut consultores, *argum. capit. obvenientibus 63. distinct. &c. ut commissi, de hæret. lib. 6.* Sextum dubium, an Metropolitanus teneatur ad expensas circa victum, equitaturas, & hospitalitatem ipsorum Suffraganeorum venientium ad Concilium provinciale? Respondetur negativè, *cap. non oportet, c. pervenit, & c. Eulogius*, 18. *dist.* & sic vidi in practica servari ab Illustrissimo Jacobo Cardinali Sabello & etiam Surrenti, tamen ex urbanitate & fraterna charitate solebant simul aliquando comedere. Similiter, quando Archiepiscopus vocaret Episcopos Suffraganeos ad degradandum aliquem, debent venire sumptibus suis, Boer. *decis. 103. col. 3.* Septimum dubium, an in Concilio provinciali, vel diœcesano sint eligendi judices, quibus committantur causæ à Romana Curia in partibus? Respondetur quòd sic, in utroque Con. Trident *sess. 25. c. 10. de reform.* Octavum dubium, an debeant

beant eligi testes synodales? Respondetur affirmativè juxta formam *cap. Episcopus 35. qu. 9.* Nonum dubium, an comprovinciales Episcopi in Concilio provinciali sint conjudices, vel assessores? Respondetur, quòd secundum quorundam opinionem sunt judices, *c. scitote, 6. q. 3.* quidam verò dicunt, quòd sunt assessores, sed quomodocunque sit, Archiepiscopus in Con. provinciali tenetur adhibere consilium, sive assensum omnium, seu majoris partis, Sylv. *loc. cit.* §. 8. quod dictum est Episcopos suffraganeos non posse cognoscere de causis Metropolitani in Concilio provinciali, intellige, quando Episcopi vellent cognoscere de causis gravioribus, vel criminalibus, quia hoc est reservatum summo Pontifici. sic. Con. Trident. *sess. 24. c. 5. de reform.* secus verò; quando totum Concilium vellet cognoscere de causis Metropolitani, quia illud unitè posset. Ratio est, quia ipse Merropolitanus tanquam unus de Concilio, subest ei, potest ab eodem excommunicari, & ab ipso Archiepiscopo appellatur ad Con. Paul. de Eleazaris, & Cardinalis *in Clem. 1. §. quod etiam, de sent. excom.* Navar. *consi. 6. de majorit. & obed.*

Ad Sextum. Tempus congruum est magis post octavam Paschatis Resurrectionis, & sic vidi Beneventi bis, Neap. & Surrenti semel observari, sed sic. Con. Trid. *loc. cit.* illud relinquit arbitrarium pro tempore commodiori, & more provinciæ, Con. Arelat. *can.* 18.

Ad Septimum. Archiepiscopus, vel eo impedito legitimè, Episcopus antiquior, Con. Trident. *loc. cit.* sed non Episcopus exemptus, qui semel eligit, quamvis sedeat super omnes, & in promotione sit antiquior, ita sic. Congreg. *declarat.* 317.

Ad Octavum. Respondetur affirmativè in utroque, Boer. *decis.* 269. *lib.* 3. quia paria sunt, recusatio, & appellatio, sed hoc fallit in Concilio generali, seu Oecumenico. idem ibidem Abb. *in cap. in singulis, numero 6. de statu monach.* & Navar. *conclus. 2. de appellat.* dicit tunc appellandum esse vel ad Papam, vel ad Concilium generale.

Ad nonum. Videtur quòd Concilium Melivitan. *c. 9.* & 10. & Con. Constantinopol. VIII. generale, *act.* 10. *Can.* 17. imò Episcopus non potest congregare Synodum absque consilio Capit. Inno. *in cap. nisi, de auctor.* & *usu pal.* Caputaqu. *decis.* 305. *par.* 1.

Ad Decimum. Vide Abb. *in c. & si membra, num.* 1. & 3. *de his quæ fiunt à prælat.*

CASUS.

CAsus, in quibus locorum Ordinarii possunt procedere, nedum contra clericos, licet sint alterius jurisdictionis, & Regulares, sed etiam contra laicos, & ut facili calle procedant, eos sub Alphabetica serie volui collocare, tangendo practicabiliora.

Apostata à fide primò potest puniri ab Ordinario, quoniam est vel hæreticus, vel species hæresis, Alphon. de Cast. *lib. 1. c. 7. de justa Apostasia, & hæret. punit.* & *l. 1. contra hæreses, cap. nono*; & quis dicatur Apostata à fide, vide Sylv. *in ver.*

Apostasia, §. primo, num. 4. quia est ille, qui in totum recedit à fide, ut renegati, vide Peng. *in Com.* 24. *super quæst.* 9. *in* 1. *par. Direct. Inquisit.* & dicam *inferiùs in ver. renegatus*, vide Cajet. *in summa in verbo, Apostasia, in principio.* Secundo, Apostata à religione potest etiam puniri ab Ordinario, quia est excommunicatus, Cajet. *loco citat.* & tantò magis si per annum perseverat in tali excommunicatione, ut dicam *inferiùs in ver. excommunicatio.* & isti Apostatæ à fide subsunt Bullæ Cœnæ Domini *in* 2. *claus.*

Alchimistæ, Direct. Inquisit. 3. *par. cap. de signis Necromant. & hæret.* & ibi Peng, *Com.* 26. vide *Extravag. unicam, sub tit. de crimine falsi,* & Abb. *in cap.* 2. *n.* 8. *& de sortileg.*

Adoratores dæmonum. gloss. *in cap. accusatus, §. sanè, in ver. saperet, de hæret. lirbo* 6. Artem notoriam exercentes, ita in Indice librorum prohibitorum impresso Romæ, anno 1596. in litera N. Astrologiæ Indiciariæ, divinationum, & sortilegiorum libros retinentes, Index *loc. cit.* observatio circa nonam regulam per Bullam Sixti N. sub datum Romæ apud sanct. Petrum, anno 1585. Nonis Januarii, Pontificatus sui anno primo, ubi excipiuntur observationes, quæ navigationis, agriculturæ, sive medicæ ætatis juvandæ gratia conscriptæ sunt, ita *in regula* 9. *Indicis.*

Blasphemiæ hæreticales, ut sunt omnes blasphemiæ directè, sive indirectè contra articulos fidei, ut dicere *puttana de la Madonna*, quia est contra articulum, ex Maria Virgine, *cornuto chi crede à Dio*, est contra primum articulum, Credo in Deum, & similia, Direct. Inquisit. 2. *parte quæst.* 41. ubi concludit, hos debere adjurare, etiamsi colore iracundiæ, etiamsi in ludo ita blasphemarint; quod probat ex multis Indiciale Inquisit. *ver. Blasphemia. num.* 66. quicquid dicat *ibidem num.* 61. Peng. *Schol.* 48. *in secunda par. Direct. Inquisit.* Sym. *de Cath. instit. tit.* 8. *num.* 2. Castro *loc. cit. c.* 12. & qui profert verba hæreticalia in ludo, vel facetiis, ponitur prout suspectus de hæresi, Symanca *loc. cit. tit.* 117. *num.* 22. & 23. & potest puniri pœna pecuniaria, & erogando locis piis, Peng. *Com.* 17. *in* 3. *parte Direct. &* 152. *col.* 1. *eodem loc.* & hic casus accidit mihi in facto, & castigavi eum, qui dixerat in ludo (*malanno habbia Dio, & tutta la crocce de Cielo, & cornuto chince crede*) ista blasphemia hæreticalis non solùm potest fieri verbis, sed factis, ut si quis deturparet sacras imagines, & dicam *inferiùs in verb. imagines.* Castrens. *loco citat.* & verba hæreticalia manifesta sunt ea, quæ vel sunt contra articulos fidei, vel contra Ecclesiæ determinationem, vel contra Sacramenta, vel sacram Scripturam, divus Thom. 2. 2. *q. quæst.* 11. *artic.* 2. Director. Inquisitor. *secunda parte, quæst.* 2. Peng. *ibi in Com.* Canus *lib.* 12. *c.* 17. *locorum Theolog.* Vide Boer. *decis.* 301. & Navar. *cons.* 2.

Baptizans mortuum ea forma qua vivum, habetur pro hæretico, similiter rebaptizans pueros, Cast. *loc. cit. c.* 13.

Baptizans imagines ad fortilegia. Gril. *libro* 2. *c.* 2. *numero* 27. Peng. *Con.* 67. *in q.* 42. 2. *p. Direct. Inquisit. litera C.* ubi dicit sapere hæresim manifestè. Locatus

loco

loc. cit. in verſ. hæretici, num. 31. *caſu* 12. *f.* 449. Grill. *loc. cit. c.* 10. *n.* 14. Sylv. *Strig. lib.* 3. *c.* 1. *punct.* 2.

Campanarum ſpretores, *Clem. unica, de Jud. & Sarrac.* & hic caſus accidit mihi in facto, dum quidam nocte Sabbati ſancti abſtuliſſent martellos à quibuſdã Campanis, illos appendendo in arbore nucis, & quia viſũ fuit hoc factũ fuiſſe in contẽptũ cãpanarũ, eis poſt carcerationem facta abjuratione, fuit impoſita pœnitentia ſalutaris in Eccleſia. Ratio eſt, quia uſus campanarum eſt magna pars eccleſiaſticarum cæremoniarum, cùm ſint tubæ Dei, & in locum tubarum veteris Teſtamenti ſucceſſerunt, & multa myſteria ſignificant, Speculator *lib.* 1. *tit. de campa.* Selva *tract. de benefi.* 1. *par. tit.* 5. *num.* 82. *& infrà*, & ad quid deſerviant campanæ, vide Abb. Joan. Andr. & alios, *in cap. de offic. cuſto.* Maran. 6. *par. tit. de citat. num.* 114. Rebuff. *pract. benef. tit. de miſſ. in poſſeſſ. numero* 32. & campanarum deſpectio, ſive contemptus, eſt unus de erroribus Turcarum, ut patet in *d. Clem. & per extenſum, de error. Turcarum & Sarrac.* Vidi Direct. Inquiſitorum, 2. *par. quæſt.* 20. *&* 21. & ibi Com. Peng. *com.* 45.

Celebrantes ſuper rebus aptis ad faciendum ſortilegia, adhibitis nefariis precibus & verbis ſuperſtitioſis, Diaz *pract. crim. can. cap.* 23. & Grill. *lib.* 2. *de ſortileg. q.* 14. *& num.* 23.

Cædulonum excommunicationum, quibus declarantur aliqui excommunicati deturpatores, ſunt ſuſpecti de hæreſi, ita in facto dicit deciſum Romæ circa factum Archiepiſcopi Salernitani, Peng. *com.* 24. *ſup.* 3. *p. Direct. Inquiſit.*

Carnes commedentes diebus prohibitis, eſt externum ſignum hæreſeos, quod ſuſpicionem malæ credentiæ parit, Peng. *com.* 24. *in* 3. *par. Direct. Inquiſit.* Zanchinus *de hæret. cap.* 35. *num.* 2. & ibi Campegius. Felin. *in c. ad abolendam. nummer.* 2. *de hæret.* Direct. Inquiſit. 3. *part. capit. de ſign. exter. Judaizantium.* Symanc. *loc. cit. cap.* 10. *num. ult.* ubi dicit ſapere hæreſim Lutheranorum, *capite de uſu, il* 2. *de conſecratione diſtinct.* 3.

Confeſſionem omittentes, & ſacram communionem ſemel in anno, *per c. omnis utriuſque ſexus de pœn. & remiſſ.* quia eſt in ſignum hæreſis, & malæ credentiæ; *Peng. com.* 24. *in* 2. *par. Direct. Inquiſit.* Zanch. *tract. de hæret. cap.* 35. *n.* 2. Fel. *c.* 2. *de hæret.* Cabaliſtæ omnes, ita *in Regula de Thalmud. & libris Hebræorum Indicis præfati lib. prohib. Romæ impreſſi.*

Dæmones expreſsè, vel tacitè invocantes, Symanc. *loc. cit. tit.* 63. *numer.* 11. & 12. Bar. Spineus *in Apolog.* 3. *de Strig. cap. ult.* D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 95. *art.* 4. *in corpore*, & in expreſſa invocatione vel pacto adeſt idololatria, Syman. & Spin. *loc. citat.* & ſubſunt Bullæ Cœnæ Domini, *in* 1. *clauſ.* Sylv. *tract. de Strig. libro* 3. *capite* 1. Caſt. *libro* 1. *cap.* 15. quia invocare dæmonem cauſat idololatriam. Locat. *in ver. Apoſtaſia, numero* 9. Spin. quamvis non ſemper petere futura à dæmone, ſapiat hæreſim, quia naturalia futura poteſt ſcire, Peng. *Schol.* 50. *ſuper* 2. *par. Direct.* Caſtro *loc. cit. cap.* 13. gl. *in c. accuſatus, & in cap. illud*, 26. *q.* 2. Direct. Inquiſit. 2. *p. q.* 43. Locat. *in ver. Apoſtaſia, n.* 9. & Abb. *in c.* 1. *in* 4. *de ſort.*

Dubii in fide, id est, qui pertinaciter ita insistunt dubitationi, quòd non sint parati corrigi ad mandatum superioris, sunt hæretici. *c. 1. de hæret.* Sylvest. *in ver. hæresis, infr. num. sexto, §. 3.*

Dæmonem dicentes se tenere inclusum in phiala seu in annulo, decipiuntur, cum ipsi dæmones potius includant delictorum catena miseros homines, quâ è contra. Ratio est, quia cùm sint spiritus, non possunt loco corporeo contineri, Symanc. *loc. cit. tit. 64. n. 3.* D. Aug. *lib. 21. c. 6. de civ. Dei*, Peng. *Schol. 50. sup. 2. p. Direct.* & possunt puniri suspecti de hæresi, quia intervenit invocatio sive pactum expressum, ut sup. Sylv. *l. 2. c. 7. punct. de Strig.* licet interdum patiatur se includi, vel ita fingat, ut sic persuadeat miselli personis, ad eas facilius decipiendũ vel coguntur à dæmonibus superioribus inferiores dæmones includi, ut credentes faciliùs opprimant: vel, quia sunt cupidi honoris divini, & sponte intrant in aliquas statuas Deorum.

Dæmonem invocare ad tentandã pudicitiam muliẽris, si sit verbis deprecativis, sapit hæresim, Peng. *Schol. 50. in 2. par. Direct.*

Dæmonem invocare potest fieri tacitè, & expressè. Sym. *loc. cit. tit. 30. n. 15. & tit. 64. n. 12.* Sylv. *loc. cit.* Cas. *lib. 1. c. 14.* à dæmonibus expectare responsa, hæreticum est. Sixt. IV. *Bull. 2. quæ incipit. Nunciatum est nobis.*

Disputantes laici publicè, vel privatim de fide, possunt excommunicari ab Ordinario, *c. 2. §. inhibemus, de hæret. libro 6.* Castro *loco citat. libro 1. capit. 19.*

Excommunicati per annum, dico primò, si qui per annum permanserint in excommunicatione, sunt suspecti de hæresi, Con. Trid. *sess. 25. c. 3. in fine de reform.* etiamsi sunt citati pro alia quacunque causa, & fuerunt contumaces, ob quam excommunicationem per annum steterint, Maranta *6. part. memb. 2. numero 33.* & Direct. Inquisit. *1. p. quæst. 47.* dicit posse citari, responsuri de fide, Abb. *in caput, grave, de pœnitent. & remission.* & ibi gloss. *in ver. hæreticæ.* Rebuff. *in pract. benefi. in declarat. novæ provis. numer. 10. in clausi. teque.* Secundò, citatus responsurus in causa fidei, & sic contumaciter per annum perseverans in excommunicatione, habetur pro hæretico, *dicto c. grave, & c. cum contumacia, de hæret. lib. 6. & cap. excommunicamus, §. qui autem.* ex eodem Sylvest. *de Strig. lib. 3. c. 4. puncto 8. & in ver. hæresis, 1. §. 8.* Direct. Inquisit. *3. p. q. 123.* vide Iser. *in rubr. de statut. & consuetud. &c. c. 1. ver. per annũ, n. 10.* Tertiò, qui pro alio crimine citatus, effectus contumax, & consequenter per annum permanserit in excommunicatione, ad quid debet condemnari, *§. 5. quæritur.* Respondetur, non ut hæreticus, sed pro illo delicto, pro quo fuit excommunicatus, quia perseverans in excommunicatione, habetur pro confesso, Abb. *in d. excommunicamus, col. 2.* Gril. *lib. 1. c. 8. num. ultim. de hæret.* Covar. *in c. alma mater. 1. p. §. 7. n. 10. ver. 4.* Quartò, qui citatus in causa fidei, stetit per annum in excommunicatione, elapso anno, potest ei indici, & imponi purgatio Canonica, quam si recusaret, & permaneret in excõmunicatione, tũc sicut impœnitẽs, pertinax,

tinax, & hæreticus potest condemnari, Symancas *loc. cit. tit.* 27. *n.*40. quamvis etiam in primo casu dicant Joan. Andr. & Innoc. *in c. ult. de pœn.* & Covar. *loc. cit.* posse imponi purgationem canonicam, Abb. *in cap. grave, num.* 3 5. & 7. *de pœn.* Quintò, perseverans in excommunicatione, etiam non per annum, potest puniri pœna temporali, Anan. & Felin. *in cap. postulasti, de homic.* & Covar. *loc. cit.* Direct. Inquisit. 2. *par. q.* 47. *num.* 6. Symanc. *loc. cit. tit.* 27. *num.* 6. Sextò, qui per quatuor menses, vel per annum perseverat in excommunicatione, non gaudet clausula absolutionis ad effectum, Rebuff. *ubi suprà in declarat. novæ provis. lib.* 10. Septimò, qui per annum perseveravetit in excommunicatione, possunt ejus bona publicari; Iser. *in rubr. de statut. & consuetud.* §. *ad decus, &c.* Octavò, privari etiam potest beneficiis, quæ priùs habebat, Abb. *in c. postulastis, n.* 4. *de cler. excom. celebr.* gl. *in c. fi. in ver. hæretica, de pœnis.* Navar. *cons.* 11. *de decret.* exemplificat in excommunicato propter existentem rationem, prout in Extravag. de sepultur. & *consilio* 7. exemplificat, debitore excommunicato, is qui perseverat per annum in excommunicatione, Episcopi jussu à Judice laico, & Curia sæculari potest capi ut suspectus de hæresi, quòd si nolit capere eum judex laicus, esset excommunicatus, Nav. *consilio* 14. *de hæret. & cons.* 21. *eod. tit.* ampliat, etiamsi non fuisset denunciatus excommunicatus, quia sufficit ad hoc ut sit excommunicatus absque denunciatione, quia denunciatio facta est propter participantes, non propter ipsum excommunicatum, tamen *in consil.* 3. *de reb. Eccles. non alien.* dicit, quòd perseverans per annum in excommunicatione, ad hoc, ut sit suspectus de hæresi, requiritur quòd post monitionem de resipiscendo, in ea sic permanserit, adeò quòd requiritur & annus, & monitio, aliàs sic non censetur, per *c. odia, de reg. jur. lib.* 6.

Eucharistia abutentes in sortilegiis, sunt suspecti de hæresi, quicquid dicat Gril. *lib.* 2. *c.* 10. *num.* 4. *de sortileg.* nam hoc clarè asserit gl. cit. *in* §. *sanè.* Castro *lib.* 1. *c.* 15. vide Anchar. *in d.* §. *sanè, nu.* 2.

Expectare responsa à dæmonibus hæreticum est, *Bulla Sixti III. edita anno* 1473.

Fascinatio, vide *in ver. Fascinatio.*

Fumigationes, vel thura offerens dæmonibus, est hæreticus, glos. *in d.* §. *sanè. in ver. saperent.* Castro *lib.* 1. *cap.* 13.

Fautores hæreticorum qui dicantur, & qui receptatores, & qui defensores, vide Castrum *loc. cit. cap.* 17. & subsunt Bullæ Cœnæ Domini, juxta notata per Navar. *cap.* 23. *num.* 53. & 54. Cajetan. *in sum. in ver. excommunicatio, c.* 1. & Cast. *loc. cit.*

Falsum deponentes coram Judice Ecclesiastico, ab illo debent puniri, sive laici sive clerici, sive regulares, *l. nullum, C. de testib.* Covar. *pract. qq. capit.* 18. *colum. penult. & ultim.* Boss. *titul. de falsf. num.* 100. D. Anton. 3. *par. tit.* 9. *c.* 7. §. 2. *juxta finem.* Sylvest. *in ver. inquisitio,* 1. *num.* 4. *vers. secunda,* Maran. 6. *par. actor.* 12. *num.* 3. Vide Afflict. *decis.* 219.

Facientes brevia cum characteribus, seu literis ignotis, Sylvest. *in ver. superstitio,* §. 16. Angel. *eodem, ver. num.* 1. & 7.

Armil. *in ver. sacrilegium, num.* 3. Cajet. *in sum. ver. superstitio*, 2. Asten. *lib.* 1. *tit.* 15. *quæst.* 2. idem de dicentibus seu recitantibus quasdam orationes pro sanandis infirmis, Navarr. *de Hor. canon. cap.* 6. *n.* 46. Malleus malef. 1. 2. *q.* 1. *c.* 16. *fol.* 279.

Heretici, vide *in ver. Hæretici.*

Hostiam non consecratam pro consecrata sumentes, vide Ancharan. *in dicto* §. *sanè, num.* 2.

Imagines sacras deturpare vel conspuere, blasphemia est hæreticalis, actu similiter fustigare, vel conculcare eas. Cast. *lib.* 1. *cap.* 12. *& c.* 1. *& cap.* 15. *in fi.* Symanc. *loco cit.* 33. *à num.* 17. *& infrà.* Boer. *dec.* 301. *n.* 15. *& 16. infrà*, vide Iser. *in c. de stat. & consuetud. conc. nu.* 28. vel percutere, & hoc accidit Neapoli in facto de mense Januarii, 1592. ubi quidam miser percussit pugione imaginem Deiparæ, & fuit per judicem laicum manu truncatus, & ultimo supplicio condemnatus. Similiter, absque eo quòd fiat animo malæ credentiæ, grave delictum est tractare irreverenter sacras imagines. Gē. *in c. si canonici*, §. *fi. in prin. de offi. ord. lib.* 6.

Imagines cereas, vel hujusmodi fabricantes, quibus malefaciunt personis, ut intimis puncturis eas crucient, sapiunt etiam hæresim, Cast. *loc. cit.* Syman. *tit.* 30 *n.* 18. Anch. *in d.* §. *sanè, capit. accusans, n.* 2.

Inquisitores possunt procedere contra maleficos & incantatores, & superstitionum observatores, Alex. VI. *Bulla* 12. *fol.* 148. Adr. VI. *Bulla* 5. *fol.* 277. similiter contra Astrologos judiciarios, *Bulla* Sixti V. *edita anno* 1586.

Impediens ne inquisitor, seu Ordinarius fabricet processum contra inquisitum hæreticum, est excommunicatus, & potest puniri ut hæreticus, *capitul. inquisitores, de hæretic. libro sexto.*

Incantatores, seu ciaraldi, Ang. *in ver. superstitio, n.* 8. D. Thom. 2. 2. *q.* 69. *art.* 4. *ad secundum*, Navar. *c.* 2. *n.* 36. §. *pono*, ubi dicit, posse permitti quoad sanandum alios, quod debet intelligi, quando sine superstitione incantatores, seu malefici, & vanarum superstitionum observatores puniuntur ab Inquisitoribus, Alex. VI. *Bulla* 12. *quæ incipit, Cùm acceperimus.*

Libros prohibitos habentes, vel tenentes, si sunt hæreticorum, hæresim continentes, vel de religione tractantes, subsunt Bullæ Cœnæ Domini in prima clausula, & potest inquiri contra eos tanquam suspectos de hæresi; *Bulla* Pii IV. *posita in Indice libr. proh.* & sunt excommunicati ultra Bullam, per *reg. decimam Indicis, in vlt.* & alia Bulla *quæ est* 98. *fol.* 282. Peng. *comm.* 3. *in secundum par. Director. Inquisitor.* & etiam libros continentes sortilegia, veneficia, augurie, auspicia, incantationes artis magicæ, Index *regula* 9.

Laici officiales Episcopi possunt puniri ab ipsomet Episcopo, vel ejus Officiali si deliquerint in officio, Boer. *decis.* 9. *n.* 7. 8. & idem quoad eos, qui sunt de familia ipsius Episcopi, si deliquerint, idem *ibid.* quod probat multis Doct. & jurib.

Laici laborantes, vel officinas, seu apothecas aperientes diebus festis de præcepto, vel asportantes bestias oneratas, vel opus servile publicè & notabile facientes, *c.* 1. *cum seq. de fer.* & per universalem

versalem quasi consuetudinem, tamen cum temperamento, prout *in ver. festa, inferiùs, §. 2. circa pœnas contrafacientium exigendas.*

Maleficia, ubi interficiunt Sacramenta, vel sacramentalia, faciunt violentam hæresis suspicionem, Castro *l. 1. c. 15.*

Matrimonium contrahentes, cùm sint vel voto solenni adstricti, vel in sacro ordine constituti, ultra excommunicationem, quam incurrunt ipso jure, *Clem. 1. de consangu. & affin.* Castro *loco cit. cap. 1.* Symmanc. *tit. 50. n. 9.* Diaz *pract. crim. Can. c. 74.* Abb. *in c. de Homine, n. 7. de celeb. miss.*

Maleficia per capillos, ferramenta, clavos, lapides, sulphur, & alia hujusmodi, quæ evomuntur ab ore maleficorũ, fiunt arte dæmonis, & sapiunt hæresim, Grill. *lib. 2. c. 3. à num. 20.*

Necromantæ, Geomantæ, Areomantæ, Pyromantæ, & Chiromantæ, quia sæpè arte dæmonum utuntur, possunt puniri ut suspecti, & si non ut sic, subsunt jurisdictioni Ordinariorum, Castro *loc. cit. cap. 13. & 15.* ita etiam Divinatores, Aruspices, Arioli, & similia facientes, ita *in regula nona Indicis prædict.*

Pocula amatoria, si interveniunt Sacramenta, & Sacramentalia, faciunt suspicionem de hæresi, Penga *Schol. 50. in 2. par. Direct. Inquisit.* Gril. *de sortileg. lib. 2. quæst. 12. num. 2. & infrà*, Castro *loc. cit. c. 15. circa finem.* Locat. *in ver. Apostasia, n. 6.* & ubi non miscentur sacra profanis, potiùs sunt superstitiosa, quàm hæretica, Symanc. *loc. cit. tit. 30. n. 18.* similiter, qui pocula præparant ad abortus mulierum procurandos, Gril. *loc. cit.* & quomodo puniantur in regno, vide *Constitut. Regni, Amatoria, & c. tit. de pocul. amator.*

Quæstores, cujuscunque conditionis sint, possunt puniri, & cognosci ab Ordinariis, Conc. Trid. *sess. 5. c. 2. in ult. de refor. & sess. 21. c. ult. de refor.* sed de hoc dicam *in ver. Quæstiones,*

Renegati, qui & Apostatæ dici possunt, subsunt foro ecclesiastico ut Apostatæ, Castro *loc. cit.* tamen cum redeuntibus ad Ecclesiæ unitatem quomodo sit agendum, vide eund. *lib. 1. cap. 23.* sed distinguere oportet, & potest esse casus pract. cabilis, maximè in tertis maritimis, ubi capiuntur sæpè Christiani à Turcis, & Mauris, & interdum coguntur abnegare fidem, postea revertuntur, vel quia fugiunt, vel redimuntur, & hinc petitur, an possint absolvi à suis Ordinariis, & videtur quòd non, quia subsũt primæ clausulæ Bullæ Cœnæ Domini, tamen si hoc faciunt timore mortis, cadente in constantem virum, nec spontè, nec ex animo, sed tantummodo exteriùs, tunc non sunt excommunicati, nec hæretici, & sic ab Ordinariis absolvi possunt, Sylv. *in ver. Apostasia, n. 4. §. 1.* Aften. *lib. 2. tit. 19. q. 50.* licet Direct. Inquisit. *3. p. q. 41. n. 8.* dicat non excusare metum, tamen Penga *ibi, Com. 66. litera C.* dicit, quòd sic, Sylvest. *in ver. hæresis, num. 9. §. 6.*

Speculum: si inspiciatur à puella, vel phiala à puero dicente aliqua verba, pro inveniendis furtis, vel ad scienda secreta, sapit hæresim manifestè. Inquisit. *in ver. divinatio, n. ult.* Barbat. *cons. 55. in 1. vol.*

Supplicationes facientes ad sanandum morbos, additis aliquibus verbis, etiam

Ave

Ave Maria, & Pater noster, miscendo aliqua superstitiosa, puniri possunt ab Ordinariis, Gril. *lib.2.c.6. nu.18.* Cajet. *in sum. in ver. Incantatio, in ult. canon. non observetis. 26.q.7. canon. illud, 26. q.2.* Symanc. *tit.63.n.19.24. & 33.* Penga *Com.67.in 2.par. Direct. super q.42. litera C.*

Sortilegi, & malefici, licet non sint sub jurisdictione Inquisitorum, tamen subsunt jurisdictioni ordinariorum, Castro *loc.cit.capit.13. & 15.* & Abb. *in cap.1. num.4. de sortileg.*

Suspecti de hæresi quinam dicantur, vide Penga *Com.24. super 3.par. direct. Inquisit.* & Symanc. *tit.50. num.24. & 30.* ut afficientes contumeliis religiosos, vel eos verberantes, malè sentientes de cæremoniis ecclesiasticis, & ritibus, contemnentes censuras ecclesiasticas, perjuri, incestuosi cum consanguineis, & affinibus, commatribus, monialibus, & aliis. Hoc debet intelligi, vel cum aliis adminiculis, vel de levi suspicione, & imponitur his abjuratio. Symanc. *tit.10. & tit.1. num.21.* Penga *Com.4. in 3. par. Direct. & Com.24. & Com.49. super q. 34. in 2. par. direct. & Comm.67. ibidem,* & Castro *libro 1. gloss. in §. sanè,* & omnis præcisus ab Ecclesia, *capit.24. quæst.1.*

Sacramentis, vel sacramentalibus abutentes. Gril. *lib.2.c.3.n.16.* Symanc. & Penga *loc.cit.*

Superstitiosi sortilegi omnes possunt puniri ab Inquisitoribus, vel locorum Ordinariis, Symanc. & Castro *loc.cit.*

Strigiæ, seu Lamiæ subsunt Inquisitoribus & locorum Ordinariis, Sylvest. *in toto opere de Strig. & in sum. in ver. hæresis 3.* & Barthol. Spin. *in apolog. 1. de hac materia,* Gril. Castro *lib.1.c.16. per totum.* Adrian. VI. *Bulla 5. quæ incipit, Dudum.*

Thesaurum quærentes artibus magicis, & sceleratis, *l. nemo, C. de malef. & mathem.* Iser. *de usu feud.* Rebuff. *quæ sunt regalia. num.90.*

Usuras negantes esse peccatum, Castro *lib.24.c.ult.*

Utentes Eucharistia tam in corpore quàm in sanguine Domini nostri, fumigationibus ipsum dæmonem colentes, rebaptizantes pueros maleficiis, ubi interveniun hæretici, vel opus aliquot dæmonum procurantes scientiam ad sciendum secreta cordis, & ad sciendum futura, quæ naturali via sciri nequeunt, consulentes dæmones, & alia hujusmodi facientes, d.gl. *in §. sanè,* Locat. *in ver. Divinatio, num.4.* Gril. *2.fol.52. colum.3.* Castro *lib.1.c.15.*

Multos alios casus, quibus Judex ecclesiasticus possit procedere contra laicos, vide apud Innoc. *in cap. licet de foro competen.* quamvis multi ex his recesserint ab aula, per contrariam consuetudinem. Thalmudistæ omnes, ita Index *loc.cit.* testamentum vetus, vel novum legentes, vel tenentes lingua vernacula, sive vulgari, nec possunt Episcopi, & Inquisitores hanc dare licentiam; ita Index *loc.cit. observatione circa quartam regulam.*

CONSUETUDO.

PRimò, introducitur tempore, quod non habet memoriam in contrarium.

Secundò,

Secundò, spatio triginta annorum. Tertiò, spatio decem annorum. Quartò, quando bis judicatum fuerit super illa, Novel. *de jure protim. §. 6. & 9. à num. 4. & infrà. gl. in c. cùm in tua, in ver. consuetudo, de consuetut. lib. 6.* Covar. *lib. 1. cap. 17. n. 8. art. 4. & 10. ver. resol.* quod nota pro his, quæ dixi *in ver. Legatum*, §. 8. Quintò, contra Capitulum, Ecclesiam, & universitatem, non introducitur consuetudo minus, quàm spatio quadraginta annorum, Gram. *decis. 537.* vide Iser. *in usu feud. rubr. de his qui feud. dare pos. num. 5.* Secundò, ad hoc, ut consuetudo inducat vinculum, & valeat, spatio decem annorum, requiritur, ut sit rationabilis, & non contra jus, Gloss. *in c. ut litigantes, in ver. statuimus, de offi. Ordin. libr. 6.* Gemin. *in c. cùm in tua, de constit. lib. 6. ver. 2. nota ex Gloss.* sed sufficit, ut sit præter jus, Gloss. *loc. cit.*

CANDELA BENEDICTA.

SUMMARIUM.

1. *Candela benedicta, quæ datur fidelibus in die purificationis beatæ Virginis primò est videndum, quid significet.*
2. *An possit præscribi, ut de obligatione presbyteri teneantur illam dare.*
3. *An debeat deferri domum, si quis nollet ire ad Ecclesiam, ad illam accipiendã.*

AD primum, Conc. provinc. Benevent. dicit quòd significat syncritatem beatæ Virginis, quæ lucem edidit, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum *Jo. c. 1. c. 3. & c. 8. Luc. cap. 2.* ubi Christus Dominus noster vocatur Lux, & Lumen

Ad secundum. Negativè respondet Sylvest. *in ver. decima, n. 7. versi. quintum*, quicquid dicant alii Simon. quos ipse citat pro parte contraria, & Fel. *in cap. ad Apostolicam. de simon.* Sylvest. affert rationes validas, quòd non potest præscribi: faciunt quæ dicuntur *infrà, in vers. præscriptio, §. 3.*

Ad tertium. Idem Conc. Benevent. prohibet, ne deferatur domum, sed tradatur solùm his, qui in Ecclesia intererunt, & eam accipiant ibi, & in processione deferant, idem Conc. prout Mediolan. *3. ca. de Sacramen.* & duo Concilia provincialia Compzana, nisi primò Ecclesiarum patronis, per *c. præterea, de jure patr.* Secundo ægrotis, *argum. c. unico, de cler. non resid. libro 6.* Tertiò, iis qui legitimo urgente impedimento abfuerint, si alias eodem die in Ecclesia pro ea re adesse consueverint, ita Concil. Mediol. *loc. cit.*

CORPORA SANCTORUM.

PRimò, Corpora Sanctorum non possunt transferri de loco ad locum sine licentia Episcopi, ita Conc. Mogunt. *Can. 51.* vide Sylv. *in ver. reliquiæ, per totũ.*

Secundò, reliquiæ de novo inventæ non sunt venerandæ in publico sine licentia Sedis Apostolicæ, & quomodo hoc intelligatur, vide Panorm. *in cap. fin. de relig. & vener. Sanct.* & an transferendæ de loco in locum, vide præter Doctor. Navar. *consi. 9. de sepulturis.*

Tertiò, reliquias Sanctorum in oratorio

torio in capsulis honestè asservare, a cin collo devotè portare licet, cessante omni superstitione. Navar. *cons. 1. de relig. & venerat. Sanct.* etsi non traditæ perpetuæ.

Quartò, sepulturæ possunt transferri de loco ad locum, sine alicujus licentia, hoc tamen intellige, nisi adsit alicujus prælati prohibitio, sicut audivi esse Romæ, sub pœna excommunicationis.

CAPITULUM.

SUMMARIUM.

1. *In hac materia dicam pauca pro practica quotidiana. Primò quando Capitulum possit dare literas dimissorias Sede vacante, ad ordines Ecclesiasticos.*
2. *An literas Clericis ad studium ire volentibus dare possit.*
3. *Quando debeat eligere Vicarium Sede vacante.*
4. *Quando dare possit Indulgentias.*
5. *An possit conferre beneficia.*
6. *An instituere præsentatos ad jus patronatus.*
7. *Quando ex Capitulo Episcopus possit eligere duos Canonicos, ut sint deputati Seminario Clericorum.*
8. *Quando consensus Capituli requiratur ab Episcopo in causis criminalibus, & in alienationibus rerum ecclesiasticarum.*
9. *Quot Canonicos possit accipere Episcopus ex Capitulo pro suis servitiis.*
10. *An Episcopus possit cogere, ut omnes Canonici sint Sacerdotes.*
11. *An Episcopus possit compellere Canonicos, ut ei assistant, quando celebat privatè, vel extrà Ecclesiam Catholicam.*
12. *Quando, & in quibus Episcopus debeat adhibere consilium Capituli.*
13. *Quæ dicatur major pars Capituli, & an minor pars possit contradicere majori parti.*
14. *An appellatione Capituli veniant inferiores Prælati, vel Dignitates, vel Personatus habentes.*
15. *An Capitulum, seu Canonici possint facere statuta sine consensu Episcopi.*
16. *An singuli de Capitulo pro obligatione Capituli conveniri possint.*

AD primum. Vide Conc. Trid. *sess. 7. capit. 10. de reform.* ubi dicit duo præcipua. Primum, Capitulum infra annum non posse dare licentias, seu dimissorias ad ordines Ecclesiasticos; ergo transacto anno potest.

Secundum, arctatis beneficiis, tam habitis, quam habendis, potest infra annum, prout in *cap. licet Canon. de elect. lib. 6.* sed hoc intelligi etiam de Vicario electo ab ipso Capitulo qui gerit vicem ipsius, vide etiam circa hoc *c. 10 sess. 27. de refor.* Rebuff. *pract. benef. tit. de devol. num. 67.* & hoc ampliatur etiam in Capitulo habente territorium distinctum & exemptum, ob immemorabilem possessionem, & sint Judices ordinarii, ita sac. Congreg. Episcopo Salamantino de 5. Julii, 1575.

Ad secundum. Respondetur affirmativè.

tivè. Primò, quia hoc non prohibetur à sac. Conc. & à jure antiquo non est recedendum, nisi, &c. Secundò, quòd literæ ad studium non dicuntur dimissoriæ, sed commendatitiæ, quibus commendatur studens Ordinario illius loci, ubi litteris vult operam navare, ita Innoc *in c. 1. n. 1. & 2. de cler. pereg.* vide Panormitanum *in c. relatæ. n. 4. de cler. non resid. & in c. fraternitati, n. 6. eod. tit.* D. Paulus 2. *Corinth. c. 3. in princip.* Navar. *in constit. 17. de tempor. ordin.* ubi dicit quòd Capitulum Sede vacante potest dare litteras idoneitatis, & dicuntur etiam dimissoriæ, prout Gl. *in c. cùm ex eo, in ver. subjectas. de elect. lib. 6.* & ibi Gemin. *in versi. per præmissa*, dicit hanc posse Cap. Sede vacante.

Ad tertium. Quid fieri debeat à Capitulo Sede vacante, vide Concil. Trid. *sess. 24. c. 1. de refor. & inf.* quod tempus debeat eligere Vicarium, vide *eandem sess. c. 16.* ubi datur spatium octo dierum eligendi Vicarium, alioquin eligendi potestas devolvitur ad Metropolitanum, si Ecclesia est suffraganea: si vacat Metropolitana, ad antiquiorem Episcopum: si exempta, ad Episcopum viciniorem, & emolumenta jurisdictionis episcopalis Sede vacante non devolvuntur ad Capitulum, Abb. & tex. *in Clement. Statutum, num. 3. de elect.* & istam electionem Vicarii, non est necessarium fieri per vota secreta, ut nonnulli asserere videntur, ex Dec. sac. Conc. Trid. *sess. 25. c. 6. de refor.* quia ibi loquitur de electione superiorum regularium, & non sæcularium.

Ad quartum. Vide *in ver. indulgentiæ* §. 2. & potest absolvere ab excommunicationibus episcopalibus, Nav. *c. 27. num. 39.*

Ad quintum. Respondetur negativè, *c. ille, ne Sede vacante, extra c. 1. de instit. lib. 6.* Selva. *de benef. secunda parte, quæst. 11. per totam.* sed distingue prout in principio illius text. *d. capituli primi, & in §. ubi verò.* vide Gimon. *de expectat. c. 1. n. 27 & infrà*, sed potest recipere beneficiorum resignationem, Selv. *loc. cit. num. 2.* hoc intellige juxta dispositionem Bullæ Pii V. prout dicam *in ver. resignatio.* potest dare beneficium in Commendam & Oeconomiam, Selva. *loc. cit.* Gom. *q. 5. de trien. poss.* sed potest conferre beneficia, quorum illatio pertineret ad Capitulum simul cum Episcopo mortuo, vel excommunicato, quæ pertineret ad collationem Capituli solum, Rebuff. *loc. cit. num. 34. & c. 2. de conces. præb.* vide Anchar. *in cap. unico, num. 2. de rer. permut. lib. 6.* potest etiam conferre beneficia devoluta ad Episcopum ob negligentiam, vel delictum inferioris, Abb. *in c. 2. num. 1. ne Sede vac.*

Ad sextum. Respondetur affirmativè, *cap. cùm olim, de major. & obed.* Selva *loc. cit. num. 6.* & dat rationem diversitatis; quia conferre, est quædam donatio; instituere, est quoddam debitum, vide Sylvest. *in sum. in ver. institutio.* potest etiam destituere seu privare beneficiatos ex causa, Selva. *loc. cit. d. c. 1. de instit. lib. 6.* potest ponere œconomos, & commendam dare, prout *suprà.*

Ad septimũ. Vide Conc. Trid. *sess. 23.*

cap. ult. & inferiùs, in ver. Seminarium, §. tertio.

Ad octavum. Vide Conc. Trid. *cap 6. de reform.* sed illa dispositio habet locum in capitulo exempto à jurisdictione Episcopi, sac. Congreg. *declarat.* 487. ita censuit, vide etiam *in ver. Episcopus, n.* 10. de consilio autem præstando in casu præmisso, vide Vinc. de Fran. *dec.* 163. & *in ver. alienatio, §.* 4. & Panor. *in c. Ioannes, n.* 4. *de regul.* Vel quando Episcopus præscripsit, vel per consuetudinem aliter se habet: ut non requirat assensum, vel consilium Capituli *cap. non est*, & ibi Gem. & Arch. *de consuet. lib.* 6. & hodie pro majori parte, nunquam vidi Episcopum adhibere consilium Capituli in corrigendis excessibus Canonicorum.

Ad nonum. Non possunt esse duo. *6. ad audientiam, de cler. non resid. & ibi gl. in ver. ut duo. in ult.* & Abb. & Selva 4. *par. q.* 6. *n.* 12. Similiter in associatione personæ ipsius Episcopi, non potest cogere, nisi duos, Selva *loc. cit.* vide Rebuff, *pract. benef. tit. de dispens. de non resid. n.* 37. & hoc ampliatur etiam in prælato Ecclesiæ collegiatæ, nam ipse etiam potest secum retinere unum presbyterum suæ Ecclesiæ collegiatæ in suo servitio. Navarr. *cons.* 2. *de cler. non resid.* tamen in prælato Ecclesiæ collegiatæ, qui in serviendo suo Episcopo non excusatur à residentia, nisi magna & urgenti necessitate, idem *conc.* 5. *n.* 2. *de etat. & qualit.*

Ad decimum. Respondetur negativè. Conc. Trid. *sess* 24. *c.* 12. *in §. omnibus, de reform.* & sacr. Congreg. *declar.* 39. dicit, quòd Episcopus non potest cogere, ut omnes Canonici efficiantur Sacerdotes, sed sufficit, quòd dimidia pars Canonicorum sint presbyteri, inter quos is sit qui prima dignitate fulget, cæteri verò Diaconi, aut Subdiaconi sint, vide Abb. *in cap. extirpanda, §. quiverò, num.* 3. *de prabend. & in repetitione dicti §. numero* 8.

Ad Undecimum. Respondetur primò, quòd non potest quando celebrat privatim in Cathedrali. Secundò, exercens Pontificalia in Cathedrali potest cogere omnes, ut ei assistant, *sess.* 24 *capitulo* 12. *§. omnes verò, de reform.* Similiter quando ibi celebrat sacros ordines, *sess.* 23, *capitulo octavo, de reform.* Tertiò, quando exercet Pontificalia extra Ecclesiam Cathedralem, tamen in Civitate, solùm eos qui solent, quando ea exercet in ipsa Cathedrali Ecclesia, ei inservire, compellere potest. Quartò, quando in diœcesi, non potest eos cogere, nisi Clerum; Concil. Trid. *loc. cit.* & ita etiam censuit sacr. Congreg. *declarat.* 8.

Ad duodecimum. Debet Episcopus adhibere consensum Capituli in Lectore & Magistro deligendo, Concil. Trid. *sess. quinta. cap. primo, de reformat. & aliis qua reperies passim.*

Ad Decimumtertium. Videto Boer. *decisio. tertia*, ubi dicit, quòd major pars Capituli, non respectu aliarum partium, sed respectu totius sumenda est, Abb. *in capitulo, propter, eodem.* Bellarmera. *decisio.* 275. secus in majori parte Patronorum, sive laicorum, sive Clericorum, quando præsentant ut singuli, ut quia sunt sex, & duo præsentant Titium, unus Sempronium, tres Claudium, iste prævalet, Abb. Bald. *in capit. Ecclesia nostra, eodem*

eodem titulo, & Boer. *ibidem, numero quarto*, vide Abb. *in capitul. cum in cunctis, numero primo, de his quæ fiunt à prælat. sine consen. Capituli.* Et appellatione majoris partis, intelligitur de majori parte totius, non autem de majori parte comparatione aliarum minorum; puta, sunt duodecim Canonici, tres eligunt Titium, & tres eligunt Sempronium, sex eligunt Sejum, nulla istarum potest dici major pars, sed necesse est, ut saltem sint septem. Vide Geminian. *in capitulo. si cui, notab. tertio, de electio. libro sexto*, secus verò in præsentatione juris patronatus: nam sufficit habere majorem partem comparatione minorum, & hoc quando præsentat, ut singuli, Geminian. *in capit. quorundam, §. circa, versic. si verò, eodem titulo, & libro.* & aliquando major & sanior pars, prout *in cap. cùm expediat, eodem titul. & libro.* & sic semper requiratur copulativè major, & sanior, Gem. *ibi notab. 4.* & Gloss. *in vers. Capituli.*

Ad Decimum quartum. Vide *capit. eam te, de rescrip.* Gomes. *in capitulo primo, num. 110. versic. quinto, de constitut. libro sexto*, Selva 1. *parte, quæstio, 19. numero 6. 7. & infrà.*

Ad decimum quintum. Vide gloss. *in cap. secundo, in ver. statutum, de verb. sig. lib. 6.* & ibi Anch. *num. 3.*

Ad decimum sextum. Videtur quòd non. Ancharan. *in cap. mandatum, numero primo, de præbend. libro sexto.*

COLLEGIUM.

PRimò, collegium an possit fundari ab Episcopo cum Canonicorum numero, & dignitatibus? Negativè respondet Rebuff. *pract. benefi. tit. de elect. in collegium.* sed benè potest Ecclesias parochiales facere conventuales, seu collegiatas, Abbas, *in capit. quoniam. de vita & honestat, clericorum* Bald. *in margar.* Inn. *in ver. Episcopus.* Et an clerici unius civitatis, vel castri possint facere Collegium? Respondetur quòd non, Innocēt. *in cap. dilecta filia, numero nono, & decimo, de excessibus prælat.* Abb. *ibi numero primo,* & quomodo probetur Ecclesia esse collegiata, vide Abb. *in capitulo, nobis, numero octavo, de jure patron.* Oldradum *consilio 28.*, Felin. *in c. accedens, de rescr.* vide *infrà, in ver. Episcopi* §. 17. ubi Selva fovet affirmativam, & sic ego sentirem; & Innoc. *in cap. postulasti, de jure patronatus*, dat optimam practicam ad cognoscendam Ecclesiam collegiatam: vide *superiùs in ver. Beneficium*, §. 1. *versi. ad dignitates, ver. 5.*

Secundò, Collegium debet habere aream, & sigillum communia, aliter non potest dici collegium. Decius *in cap. primo, notab. 6, de electio.* Caputaquens. *decisio. 142. parte prima*, & quæ insignia habere debeat, vide ibi remissivè. Ita etiam Capitulum *cap. dilecta, de excessibus prælat.* & hoc quando Canonici scribunt aliquas scriptas, an pro authenticatione illarum requirantur sigilla singulorum, an unum tantùm? videtur quòd unum, Gemin. & Archid. *in cap. si canonici, de off. ord. libro sexto, in initio.*

Tertiò, collegiatæ non debent uniri cathedrali, sine auctoritate Papæ, qui id quoque efficere debet cum causæ co-

gnitione, ita sac. Congreg. *declarat.* 250.

Quartò, an Episcopus de consensu patroni possit facere Ecclesiam patronam collegiatam, vide remissivè, Gem. *in c. statutum, ver. nunquid, de elect. lib. 6,*

Quintò, an sit de necessitatè collegii ut habeat caput? Respondetur primò, quod non caput speciale, sed bene caput generale, ut Episcopus, & Papa. Secundò, quòd potest habere caput eligibile per ipsum singulis annis, prout Beneventi collegiata sancti Spiritus eligit singulis annis Abbatem, Decanum, Primicerium, & alibi, ita Innoc. *in c. cùm non, de præb.* Gem. *in c. statutum, de elect. lib. 6. juxta finem.*

CONFESSORES.

SUMMARIUM.

1 *A quo approbandi sint Confessores.*
2 *An semel approbati possint iterum examinari.*
3 *Quæ interrogationes sint iis faciendæ in examine.*
4 *An regularis debeat habere licentiam ad hoc specialem à suo superiori.*
5 *Qui possint admitti ad confessiones audiendas.*
6 *An per totam diœcesim, etiam Regulares admitti possint.*
7 *An sacerdos, cui diminuta est potestas per Episcopum, possit recurrere ad Superiorem.*
8 *Quid faciet Confessarius quando absolverit pœnitentem sibi confessum ab aliquibus peccatis, vel censuris, à quibus non habebat facultatem absolvendi.*

AD primum. Conc. Trident. *sess. 23. cap. 15. de reformatio.* statuit, ut nullus Sacerdos possit audire confessionem sæcularium, etiam Sacerdotum sine licentia Ordinarii. Nec obstat Bulla Pii V. 135. *fol.* 1131. ubi volebat, hoc posse regulares absque licentia Ordinarii. Primò, quia eam ipsemet dum viveret, quoad illam clausulam, revocavit *Bulla sua* 38. *fol.* 982. Secundò, quia eam Gregor. XIII. in totum revocavit, reducens eam ad terminos juris communis, *Bulla sua* 15. *fol.* 1208. & sac. Congreg. *declarat.* 254 ita censuit; *Nullus præterquam Episcopus, potest se intromittere in his quæ spectant ad approbandum Sacerdote sacræ confessionis ministros*, imò juxta gloss. *in Clem. dudum, de sepult. in verbo. se præsentare*, dicit quòd se debent præsentare personaliter coram locorum Ordinariis, Navar. *capitulo 27. numero* 261. sed non est verum, quòd ipsemet dicat ibidem *numero* 202. *notab.* 3. per Doctor. sac. Concil. sed si Episcopus nollet sine causa Regularem præsentatum admittere, posset adire Metropolitanum, juxta notata per Covar. *pract. quæst. cap.* 10. *numero* 1. *ver. eadem ratione*, & si non adesset Metropolitanus, posset adire dominum Papam, seu sac. Congreg. Episcoporũ, juxta notata per *Decis. Rot.* 4. *de jure patron. in novis.* & Selva. 3. *par. quæst.* 64. *num* 3. quod dixi de præsentatione personali sensibus corporeis, hoc est arbitrarium Ordinario, eo vel maximè, quando ei constat de idoneitate, bonitate & sufficientia illius quem vult admittere, & approbare ad sacras confessiones audiendas, prout in simili dicit Abb. *in c. cùm parati,*

parati, de appell. col. 1. & Selva 3. *par. quæst.* 1. *num.* 6. *q.* 11. *num.* 45.

Ad secundum. Adest declarat. sacr. Congreg. *numero.* 307. in hæc verba, *Fratres mendicantes semel examinati, & idonei reperti pro confessionibus audiendis, non debent iterum ab eodem Ordinario, nec etiam per successorem examinari*, & idem confirmat Navar. *loc. cit. numero* 203. *notab.* 4. tamen hoc debet intelligi. Primò, quando ille Regularis sic examinatus, fuit approbatus undequaque, id est, in totum, ut quia sufficiens & idoneus repertus fuit in examine, quoad omnes interrogationes; secus verò, quando fuisset admissus ad tēpus, & ideo sac. Congr. dixit, *idonei reperti*, quæ idoneitas debet sumi in potiori significatu, *cap. pen. de sent. excommunicat.* & hoc valida ratione approbatur: nam ponamus, quòd Ordinarius admitteret aliquem Regularem ad officium sacræ Confessionis, examinando eum solùm super circumstantiis peccatorum, & confessionis, & non super aliis, non ideo potest dici, quòd hic sit sufficienter examinatus, & idoneus repertus, quia remanent aliæ interrogationes faciendæ necessariæ, prout dicam *ad tertium* §. vide Anan. *in cap. accepimus, n.* 6. *de ætate & qualitate.* Fallit primò, quando Regularis esset notus ipsi Ordinario, & sibi constaret de ejus sufficientia, prout dixi *superiùs*. Secundo, quando Ordinarius edicto publico propter aliquas causas suā mentem moventes suspenderet omnes Confessarios suæ diœcesis, & sic vult examinare omnes, & quos reperit idoneos, ad id muneris admittere, facit *capit. ut animarum*, & ibi Scribentes, *de constit. libro sexto*, & gl. *in cap. fi. de effic. ordin. versic. statuta.* Tertiò, fallit in illo, qui fuit semel præsentatus, & idoneus, ut sup. repertus, & pro tali approbatus, & postea discederet à diœcesi illius, à quo approbatus fuit, & inde ad eandē diœcesim redierit, quia tunc non indigeret alia approbatione, Navar. *cap.* 27. *n.* 263. *notab.* 4. licet quando traxerit longam moram, ut puta, per annum, debeat se præsentare coram Ordinario, potest enim esse, ut interim ille Regularis suspensus sit à suo superiori, prout dicam *ad* 4. §. faciunt etiam quæ dicit Angel. *in ver. confessio*, 3. *num.* 25.

Ad tertium. Dico principaliter pro nunc, quòd debeant examinari. Primò, super circumstantiis peccatorum. Secundò, quot modis sit reiteranda confessio. Tertiò, de conditionibus, quas debet habere Confessarius. Quartò, de forma sacramenti pœnitentiæ, quæ omnia dicam *in versic. circumstantiæ*, & reperies apud Doctores, Navar. *cap.* 6. *& cap.* 9. Soto. 4. *sent. dist.* 18. *quæst.* 2. *art.* 4. Sylv. *in ver. Confessor, & confessio*, & proponere aliquot casus magis practicabiles.

Ad quartum. Respondetur, quòd debent locorum Ordinarii videre quando volunt dare licentiam alicui Regulari, vel etiam seculari ignoto, an habeant licentiam à suis superioribus, Regulares à suo Generali, vel provinciali, & seculares à suis Episcopis, & licentiæ istæ sint recentes, prout dixi *in ver. prædicatores*, & pro his vide Angel. *in ver. Confessio* 3. *num.* 29. Adrian. *in* 4. *sent. tract. de Conf. q.* 5. Flor. Theol. 4. *sent. tract. de Conf. art.*

penult.

penult. col. 249. ubi concludit, quòd si Regularis audiret confessionem ex sola licentia Ordinarii sine licenlia sui Prælati, peccat contra obedientiam, & hoc admonuit Illustrissimus Cardinalis Paleottus *in institutionibus suæ Synodi diœcesanæ Bononiensis*, ut non admittantur Regulares, ad audiendas sacras confessiones, nisi habeant ad hoc à suis superiotibus licentiam specialem. Facit quod notat Gemin. Joan. And. & reliqui *in c. si religiosus, per illum tex. in ver. quæro, an quilibet, de elect. l. 6. & quæ dixi in pract. mea pœnit. c.* 16. *q.* 7. *& melius q.* 8. *versi. dico tertio.*

Ad quintum. Vide Navar. *in Manuali, cap.* 4. Sylvest. *in sum. ver. Confessor,* 3. *n.* 2. *ver. quantum verò, &c.* & in summa concluditur, quòd sciens quæ dixi hic ad tertium §. potest tolerari, secus verò non, & in Constitutionibus ordinum Carmelitanorum, 1. *par. c.* 10. *& p.* 5. *cap.* 11. ponitur excommunicatio Papalis contra Religiosos ejusdem ordinis, si administraverint Sacramenta secularibus extra sua claustra, sine licentia curatorum.

Ad sextum. Ang. *loco cit. in* 4. *sent. fol.* 247. dicit, religiosos præsentatos & approbatos ab ordinario, posse per totam illius diœcesim audire confessiones. per *Clem. dudum,* §. *statuimus, de sepult.* sed intelligi debet quando in licentia concessa non arctaretur facultas, ut solùm in Ecclesia sui monasterii, vel etiam in oppido ubi est monasterium, quia Clem. *loc. cit. ait ut de eorum licentia, & gratia, & beneplacito in civitatibus, & diœcesibus eorundem, &c.* adeò, quòd nisi adsit licentia, gratia & beneplacitum Ordinariorum, non possent, nisi in locis sibi concessis, quamvis in licentiis solet apponi in Ecclesiis suorum monasteriorum, & extrà, cum licentia parochi, quod est optimum, ad hoc ut parochi sciant infirmos suæ parochiæ, & quinam administrent Sacramenta in parochia sua, tum, quia onus animarum ad se pertinet, tum ut adimpleant, quæ præcipiuntur, ut *in cap. cùm infirmitas, de pœnit, & remiss.* & Bulla Pii V. *quæst.* 3. *fol.* 923. cætera vide *in ver. absolutio.*

Ad septimum. Vide Abb. *in c. Deus, qui, num.* 5. *de pœn. & remiss.* & hic est alius casus, quo à suffraganeis potest recurri ad Metropolitanum.

Ad octavum. Respondetur quòd procuratâ, & habitâ facultate super hoc à prælato, absolvat suum pœnitentem præsentaliter, si commodè fieri poterit, sin minùs, in absentia, ita Sylvest. *in ver. Confessor,* 3. §. 1. Navar. *cap.* 14. *notab.* 13. Ratio est quia absolutio est tantæ virtutis, quòd etiam se extendit in absentia, sicuti virtualiter ad peccata oblita, ita Sot. *in* 4. *sent. tract. de pœnit.* Verùm, id olim quidem, sed non æquè hodie, id siquidem est correctum per Decretum sacrosanctæ Congregationis sancti officii tempore Clementis VIII factum.

CASUS RESERVATI.

SUMMARIUM.

1 *Quotuplex sit.*
2 *An possint pro libito locorum Ordinarii sibi plures paucioresque reservare.*

3 *Quo-*

3 *Quomodo danda sit auctoritas absolvendi ab his.*
4 *Utrum expiret morte reservantis*
5 *Utrum Regulares possint absolvere ab his vigore diplomatum.*

AD primum. Videatur Navar. *cap.* 27. ubi in triplici genere casus dicit esse quosdam de jure communi, qui sex sunt, prout *ibi num.* 256. alios de consuetudine generali, qui sunt quatuor, prout *ibi, num.* 288. alios de consuetudine speciali, de quibus certa regula dari non potest, cùm reservari possint juxta varias locorum ac personarum qualitates. Ipse hic insererem quot sint, quibus utitur Ecclesia Romana, Mediolanensis, Neapolitana, vel Beneventana, tamen quisque poterit imitari Cathedrales illas, & ex eis sumere exempla, prout magis expedire eis visum fuerit.

Ad Secundum. Dico primùm, Con. Trid. *sess.* 14. *cap.* 7. *de casuum reser.* dicit, posse Episcopum sibi reservare casus, sed potius in ædificationem, quàm in destructionem. Secundùm, ut meminerint illius dicti Jo. Chrysost. *Homi.* 43. *in c.* 23. *Matt.* & habetur *in cap. alligant,* 26. *quæst.* 7. ubi habetur in summario, melius esse errare in misericordia remittendi, quàm in severitate ulciscendi; recordarentur etiam illius *Lucæ c.* 10. quòd in curatione sauciati opus sit vino & oleo, Magist. Senten. *in principio* 3. *Optimum cons. est, posse Episcopum reservare sibi casus, plus minusve juxta majorem, vel minorem Confessariorum, quos in sua diœcesi habet, idoneitatem, capacitatem, & eruditionem: nam non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est, Matth. cap.* 19. vide Abb. *in c. Deus qui, num.* 5. *de pœn. & remis.*

Ad tertium. Videatur Navar. *c.* 27. *num.* 255. *notab.* 6. ubi ait, explicitè deberi concedi auctoritatem absolvendi à casibus & censuris, commutationibus votorum, absolutionibus juramentorum, & dispensatione irregularitatum, quando ita opus esset concedi, juxta gl. *cap. licet, in versic. committatur de offic. vic. lib.* 6. *& capitulo liceat.* 22. *sess. Conc. Trident.*

Ad quartum. Respondetur per distinctionem: nam vel casus sunt reservati in Synodo provinciali, vel diœcesana, vel fiunt in dies & singulis annis: in primo casu sunt perpetui, & non expirant morte conditoris, prout *in c. fin. & ibi gloss. in ver. statuta de offic. leg.* & Navar. *cap.* 27. *n.* 2, in secundo verò casu morte reservantis expirant, nisi per successores confirmentur, Gom. *in c.* 2. §. *statuto, num.* 62. *de consti- tut. lib.* 6. vide *in ver. edicta,* §. 3.

Ad quintum. Videto *in ver. Absolutio* §. 6. 1. *p. & in* 2. *par. ver. Absolutio,* §. 1.

CONSECRATIO PRÆLATORUM

SUMMARIUM.

1 *Ubi.*
2 *Quando.*
3 *A quo fieri debeat consecratio Episcoporum, & superiorum Prælatorum.*

AD primum. Vide Sylvest. *in ver. consecratio Prælatorum*, §. 2. & Conc. Trid. *sess.* 21. *c.* 2. *de reform.*

Ad secundum. Infra tres menses, aliàs ad fructuum perceptorum restitutionem tenentur, & si ultra alios tres mẽses, ipso jure suis Ecclesiis sint privati. Cõcil. Trid. *sess. 7. c. 9. de reform. c. quoniam, 75. distinct.* sed an hoc tempus currat à die electionis, vel confirmationis, vide Sylv. *loc. citato* §. 3. *num.* 4. Fallit hoc in prælato impedito, accusato, inquisito, seu denunciato, etiam ex culpa sua, quia huic non currit tempus, Staph. *de lit. grat. fol.* 124. *n.* 6. & interim non dicuntur vacare beneficia, quæ priùs possidebat, quæ tunc censentur vacare, quando fuerit accepta possessio, idem *ibidem, n.* 8. facit *c. quia diversitatem, de conces. præb. c. cum incunctis,* §. *cum verò, de elect.*

Ad tertium. Vide eund. *loc. cit.* §. 1. *de consuetudine.* Hodie tam Archiepiscopi, quàm Episcopi consecrantur ubicunque eis libet; sed profectò optimum esset si practicaretur sac. Con. *loco citato.*

CONTRACTUS CENSUALES.

SUMMARIUM.

1 *Quæ conditiones requirantur ad contractus censuales.*
2 *An possit poni census in re stabili, non fructificanti valorem census.*
3 *An sit licitus contractus ad gaudendum.*
4 *An super re quam is non habet, qui nummos accipit.*
5 *An coarctando tempus, tam ut non possit quis redimere rem censuatam intra tot annos, quàm ut elapsis tot annis non possit amplius, sed cadit in solutum.*
An huic contractui sit locus in jure proti-
miseos.
7 *An venditor census possit vendere rem censuatam sine consensu illius, cui censuavit.*
8 *An census ad vitam sit licitus.*
9 *An possit exigi census per tertias, vel simul.*
10 *An, & quando census præsumatur perpetuus sive redimibilis.*
11 *An liceat emere hospitalitiam militum, quod vulgò* allogiamento *vocatur, valens 38. aureos pro 28. aureis.*

AD primum. Præmittendo primò dico, quod annuus census est duplex, perpetuus, & temporaneus, Covar. *lib. 3. c. 7. n. 1. var. resol.* & Nav. *c.* 1. 14 *q.* 3. & in Manuali *c.* 17. *n.* 232. Secundò, quod anuuus census perpetuus possit constitui vel unus pro vigesimo, gl. *in Authent. perpetua,* & ibi Salic. Ang. Fulgosius, de Cast, C. *de sacros. Eccl.* vel unus pro 50. vel unus pro 15. & Cov. *loc. cit. c. 9. n. 3. &* & 4. quòd nõ possit cõstitui certa regula super hoc; stante locorum & temporum varietate, prout dicam *in ver. emptio,* sed secundum fertilitatem vel sterilitatem prædiorum; Tiraquel. *de utroque retract.* §. 1. *gl. 6. àn.* 1. *& infrà,* & dico quòd ad censum annuum redimibilem requiruntur multæ conditiones, juxta Bullam Pii V. sub datum Romæ anno 1568. 14. Kalendas Februarii, relatum à Navar. *cap.* 17. *num.* 234. ubi explicantur tredecim conditiones: sed ista Bulla hodiè videtur non obligare quoad omnes illas conditiones, quod probatur. Primò, quia oppositum fuit factum, ipso Papa sciente, & tolerante, quando Princeps præcipit aliquid in aliqua lege, & postea fit oppo-

oppositum, vel non observatur eo scien-te, lex illa validè non recipitur, nec est in viridi observantia, & sic non obligat. Abb. & Innoc. *in cap. 1. de treug. & pace, num. 4. & in cap. in aliquibus, n. 8. & 9. de decim.* Sylv. *in ver. lex, § .6. prope finem.* Ang. *in verb. Consuetudo, §. 10.* Covar. *loc. cit. cap. 13. n. 4. & in lib. 7. cap. 16.* gl. *in Clem statutum, in ver. consuetudine, de elect.* vide Iser. *in prælud. feudorum, n. 40.* licet remissivè, & lex, quæ non usu recepta non ligat, *§. leges, 4. distinct.* & ibi Gemin. Navar. *in cap. placuit, n. 4. de pœnit. distinct. 1.* imò excusat etiam à pec-cato, quando aliqua constitutio facta à Papa, non fuit usu recepta, ipso Papa sci-ente, & tolerante, Jason *in l. rem novam n. 7. de judic.* vide Gemin. & alios *in cap. generali, ver. in fine glossæ, in eo quod, de elect. lib. 6.* & ibi Gloss' *in ver. inhibemus.* Secundò, quia Papa Greg. XIII, fecit a-liam Bullam super materia contractuum censualium, editam Anno 1574. pro re-gno Siciliæ ultra Farum, ubi ponit qua-tuor conditiones sufficere. Primam, ut servetur Bulla Nic. V. quæ est centenaria constitutione servata. Secundam, ut in emptione censuũ hujusmodi fiat expressa mentio rerum certarum, super quibus expresè constituitur census, deinde fiat mentio omnium bonorum venditoris. Tertiam, ut facultas redimendi remaneat perpetua ipsi venditori, quandocunque, & nullo modo restringatur. Quartam, ut omnes abusus, qui constitutioni Nic. V. adversantur, tollantur è medio; & sic in summa habes, quòd tres conditiones sunt de essentia hujus contractus. Prima, ut fiat super re certa stabili, cum gene-rali omnium bonorum, & personæ ipsius venditoris. Chassan. *in consuetudinibus Burgund. titulo de cens. §. 11. titulo 4.* Fol-ler. super Bulla Nic. V. *in ver. hujusmodi censualia n. 38.* Secunda conditio, ut ad-datur pactum de retrovendendo quan-docunque. Tertia, ut annuus census non excedat decimam partem pretii principa-lis. Sed dices: Bulla Gregor. est localis; ergo non dat formam universalem. Re-spondetur, quòd clarum est, contractum licitum in uno loco, esse licitum in alio: sed contractus per Bullam Nic. V. est li-citus, & servatur hodie, & approbatur per Bullam Greg. VIII. ergo dat formam universalem. Præterea, quia constitutio unius regionis potest imitari in alia, pro-ut habetur in Diaz *pract. Crim. Can. cap. 136.* & Gom. *in cap. si annum. num. 44. & 45. de judic. lib. 6,* & sic passim vide-mus hodie observari, & consuetudo vi-cini loci est attendenda, Boer. *decis. 269. num. 9. cap. Catholica, 11. distinct. c. 1. c. illa, c. de his, 11. dist.* & ita etiam potest res-ponderi ad Extravag. Martini V. & Ca-lixti III. sub tit. de empt. & vendit. hoc etiam videtur tangere Nav. *in Con. de u-su. notab. 6. q. 4. n. 105. ver. omissa, n. 108. ver. 2. & 3.* hoc dicit clarissimè quod non obligat contrario usu, vel non in terris non subjectis Papæ.

Ad secundum. Respondetur affirma-tivè, modò apponatur obligatio omni-um bonorum, & personæ ipsius vendito-ris. Sylvest. *in ver. usura, 2. §. 12. ver. 4.* Covar. *loc. cit. cap. 7. numero 5. & 8.* Sot. *lib. 6. q. 5. artic. 1. col. 3. de just. & jure.* Medina *in C. de restit. tit. de cens. redimibili, col. 5.* ubi isti Doct. etiam dicunt, quòd

annuus census potest etiam vendi, & emi super rebus incertis, & indefinitis, nempe, super quibuscunque rebus, quas venditor seu possidet, seu possidebit; & ratio ipsorū est, quia obligatio præcipuè fundatur in persona, & quia bona futura possunt vendi, nedū obligari. Guid Pap. q. 21. vide Rodoan. *de reb. Eccl. non alien. q.* 17. *n.* 41. *& infrà*, & licet hæc doctrina vera sit, ubi Extravag. Pii V. non est usu recepta, putà in Regno, & locis Papæ non subjectis, tamen ubi est in viridi observantia, putà in statu ecclesiastico, obligat, & sic, si res supra quam est positus census periret in totum, vel in partē, fieri debet diminutio census, vel in totū, vel in partem, ita Navar. *in c. si fœneraveris, notab* 22. *num.* 76. *& num.* 95. & census constitutus super rebus indefinitis, putà super omnibus bonis, non valet, *ibidem, quæstio*, 20. *num.* 115. imò per hanc Bullam non potest fieri oblatio in forma Camere, quando venditur census, *ibidem quæst.* 20. *num.* 116.

Ad tertium. Respondeo, me videre hic duo contrariæ. Primum, hunc contractum fieri indifferenter Neap. à personis timoratis, & ubi sunt tot Patres doctissimi, atque pii. Secundum, video Doctores, & Concionatores exclamantes contractum hujusmodi non licere: tamen quidquid sit, mihi videtur licere, si serventur quæ dicta sunt superiùs, & probatur exemplo. Si Titius habens palatium valens decem millia aureorum, & pro centu locatur singulis annis quingētis aureis, si mercator dat Titio decem millia, vel octo, & ipse possidet palatium interim, clarum est, hic adesse contractum venditionis ex una parte, & emptionis ex altera: ergo non video cur hoc fieri nequeat. Si dices, palatium non fructificat tantum, quantum ille mercator dat, dico, quòd si censuari solet quingentum, & emens emeret quinque pro centenario, quin possit minus vendi, & emi, ut annuit Covar. *loc. cit. ver. non oberit*, dum explicat verba Innocentii contra Sylvest. & alios Doct. à se citatos, & exemplificat in domo; & sic cùm observentur conditiones illæ tres, clarum est, licere, cùm ille, qui vendit accipiens decem millia gaudet fructibus illorum, ratione census palatii, quòd vendit, ille verò qui retinet palatium, gaudet usu palatii, quod emit, quod jure fieri potest, imò Covar. Medin. & Flor. Theol. *in 4. sent. tract. de censib. art.* 5. *concl.* 2. dicunt annuum censum posse constitui laboribus particularis personæ, licet non habeat bona stabilia, quod ego non affirmarem, ita facilè faciunt pro hoc contractu, quæ dicit Covar. *loc. cit. c.* 4. *n.* 6. *ver.* 8. & Navar. *in c. si fœneraveris*, 14. *q.* 3. *n.* 129. *&* 81. *notab.* 2. *& num.* 53. *in com. de usur. notab.* 22. *n.* 81. *&* 85. dicit non licere, & *conf.* 21. *n.* 2. *de empt. & vend.* dicet idem.

Ad quartum. Solet fieri quidam contractus, & maximè in terris maritimis, qui indiget aliqua pecuniæ quantitate, & non habet stabile, super quo possit constituere censum, accepit pecuniam super barca alterius, dicens: Des mihi centum, & ego respondebo tibi singulis annis, & mensibus, id quod illa barca solet respondere cuicunque ponenti super illa tot pecunias singulis mensibus

sicus, seu annis. Hunc casum esse illicitum patet apud omnes, Navar. *cap.* 17. *num.*229. Angel. *in ver. usura*, 1. §.71. *in ver. usura*, 5. *num.*8. Armil. *eo. ver. num.* 18. Sylvest. *in ver. societas*, 7. §.9. *art.* 3. Sot. *lib.*6. *q.*13. *art.*1. *concl.*3. Conc. provin. Consentin. *sess. ult c. de usur.* & Navarr. *tract. de usur. notab. num.* 36. dicit, quòd si quis solùm in se recipit periculum, non ideo dominium transit in ipsum.

Urget quis, nonne fidejussor potest aliquid accipere ab eo, pro quo fide jubet? prout est in fidejussoribus bancorum, & hoc periculo, ne ipsum bancum fallatur. Ad hoc respondetur primò, verum esse, Sylvest. *in ver. si fidejussor*, §. *fin.* Cajet. 2.2. *q* 78. *art.* 2. *ad* 4. *argum.* Covar. *loc. cit. cap.* 2. *num* 5. tamen non intervenit mutuum, prout hic, & sic erit usura. Dices, adest periculum, ut quia si barca patietur naufragium, mutuans amittit pretium principale. Ad hoc respondetur, non sufficere solùm periculum quod possibile est pati in re aliena, sed opus est, ut res, super qua capitur pecunia, sit fructuosa, & sit in rerum natura, prout Covar. & Flor. Theol. *loc. cit.* & sic à primo ad ultimum hoc non licet, vide Sot. *lib.*6. *q.*2. *art.*1. Sylvest. *in verb. contractus*, *num.*5. §.4. Ang. *eod. verb.* §.7. & ratio diversitatis est, quia fidejussor fundat suam fidejussionem super banco, quod habet ille, pro quo fidejubet; recipiens verò pecuniam super barca videtur accipere super vento.

Ad quintum, quoad primam partem, videlicet, si quis emat annuum censum à Titio, cum hac clausula, ut si infrà quatuor, vel decem annos non redimat, remaneat census perpetuus, videtur non posse fieri, esseque contractum usurarium, hoc patet ultra Sylvest. *in ver. usura*, 2. §. 15. *ver.* 3. & per Bullas summorum Pontificum, Nicol. V. Martini V. Pii V. & Gregor. XIII. ubi habetur, clausulam essentialem hujus contractus esse præcipuam, ut remaneat facultas ipsi venditori red mendi quandocunque, tamen prima opinio, quòd posset fieri, est Soti *lib.*6. *q.*5. *art. ult. concl.*3. ubi dicit, quod census quo minus est redimibilis, eo est justior. Idem affirmat Nav. *cap.*17. *num.*248. *versic. nec etiam est necesse*, Medina, & alii, *loc. cit.* Covar. *loc. cit. c.* 8. *num.* 7. Secunda opinio est Covar. *loc. cit.* ubi dicit tria. Primum, contractum hujusmodi non esse usurarium. Secundum, etiamsi apponatur illa clausula, remanere facultatem redimendi venditori quandocunque, etiam elapso tempore coarctato. Tertium, quòd pro utrisque his dictis fuerit in Granatensi prætorio communi calculo conclusum. Tertia opinio est Sylvest. *loc. cit.* & in aurea Ros. *casu.*31. & 36. & aliorum, quos citat Covar. *loco cit.* nempe, quòd nullo pacto liceat. Ratio est, quia potius est pignoratio, quàm venditio, & pertractionem quæ continetur in prædictis Bullis, conclusivè sentiendum est cum Covar. ut patet ex rationibus ab ipsis allegatis, Abb. *in c. ad nostram, de emp. & vend. casu* 3. *& in c. illa nos, de pignor.* Navar. *in in d. c.* 66. ubi dicit facultatem redimendi non tolli etiam centenaria præscriptione quoad secundam partem. Navar

loco cit. & Sot. dicunt licere, & posse fieri. Covar. *loco cit. num. ult.* dicit licere, sed non debere fieri. Ego censeo cum Covar. eo vel maximè, quando sit aliqua conjectura, quòd emptor hoc nõ facit aliqua fraude, ut quia vult impinguare, seu exstercorare fundum, vel aptare domum, ut possit eo, vel ea frui per quinque vel sex annos, cum antea fuerit quodammodò sterilis vel propemodum inhabitabilis. Sylvest. *ver. usuræ*, 2. §. 15. *ver.* 3. Ang. *ver. usura*, 1. §. 67. Medina *C. de restit. tit. de cens. redim. c. penult.* Dicet quis, obstant Bullæ tot Pontificum, quibus asseritur debere derelinqui venditorem in libertate redimendi quandocunque: respondetur, hoc non obstare, ut præfati Doctores optimè respondent, nec Bulla Pii V. circa hoc est usu recepta, prout dixi *sup.* §. 1.

Ad sextum respondetur. Primò, quod si census emphyteuticus esset temporaneus, non est locus retractui, sive juri congruo, Tiraque. *lib.* 1. *de retract.* §. 33. *gloss. unica.* Secundò, nec in censu perpetuo, vel emphyteusi perpetua, nisi fiat in fraudem Constitutionis *Sancimus, de jure protimis.* Aflict. *decis.* 32. imò nec quando vel census vel emphyteusis perpetuus daretur cum pacto redimendi. Tertium, sed hoc non placet Covar. *loc. cit. c.* 2. *num.* 3. ubi dicit, quòd quando daretur cum pacto redimendi, & censui perpetuo daretur locus retractui; ratio est, quia res vicini devenit ad extraneos, imò ipse censet etiam in emphyteusi perpetua dari locum juri congruo. Ratio sua est, quia datio in emphyteusim, est quædam alienatio, *l. ult. C. de reb. alien. non alien. l.* 1. *ff. si ager. vect.* & hoc mihi placet, alioquin daretur via apertissima defraudandi vicinum actione juris congrui, palliando contractus sub specie contractus emphyteutici, vel censualis. Sed ex hoc oritur dubium, an ex hoc contractu census perpetui, vel redimibilis, vel non, vel emphyteusis perpetuæ, debeatur laudemium Ecclesiæ? Et videtur quod sic, per eandem rationem, prout Sylvest. *in ver. Emphyteusis*, §. 21. *nu.* 28. per multa dicta determinat, imò magis debet solvere laudemium, qui facit contractum censualem perpetuum, quàm qui emphyteuticum perpetuum, quia si ille non solverit per mille annos, non cadit à jure contractus: sed hic si non solverit trennio privatis, & biennio Ecclesiæ, cadit à jure suo. *l.* 2. *C. de jure emphyt. c. ult. de locat.* gl. *in cap. constitutus, de relig. dom.* Covar. *lib.* 3. *c.* 7. *n.* 1. *var. resol.* Sot. *lib.* 6. *q.* 2. *art.* 1. *de just. & jur.* & Navar. *in c. si fœneraveris, nu.* 63. dicit quòd non, & Caputaq. *dec.* 17. dicit, quòd imponens censum super domo, & obligans, & hypothecans bona pro evictione, quòd cadat à tota domo, & ita dicit fuisse tentum in Rota die 16. Novembris 1551. quod nota pro accipientibus censum super bonis Ecclesiæ sine consensu beneficiati: nam cadunt in commissum, sive in caducitatem. vide Jason. *in l.* 1. *num.* 49. *ver. nam inter contractum de jure emphyt.* & Car. Alex. *in præludiis feud. in fi. col.* 15.

Ad septimum. Titius emit à Sempronio fundum, cum pacto de retrovendendo, deinde Sempronius vult vendere in totum hunc fundum, dubitatur, an teneatur

teneatur requirere Titium, ut si is vult illum fundum in totum emere, præferatur cuicunque emere volenti. Et certè Bulla Pii V. clauſ. ſexta id clarè aſſerit debere fieri, his verbis ; *Ubi autem vendenda ſit res, videlicet cenſuata, volumus dominum cenſus aliis omnibus præferri, eique denunciari conditiones, quibus vendenda ſit, etiam per menſem expectari*, quòd etiam valet, quando hic, qui vendit cenſum, abſque translatione dominii in ementem, vellet vendere rem obnoxiam cenſui, nec valet dicere, quòd iſta Bulla non eſt uſu recepta, quia illud valet, quoad alias conditiones requiſitas in contractu cenſuali, cùm ſufficiant illæ tres, quas ponebat prius Nic. V. ſed quoad alias clauſulas eſt in viridi obſervantia, & ita etiam tenuit quidam Doctor modernus in publica lectura. Pro hoc faciunt multa. Primum, *l. congrui, & l. prædia, C. de locat. præd. civil. libro undecimo*, ubi probant antiquum conductorem debere præferri novo ; Bald. *inl. ne cui, C. locati.* Paul. de Caſtro *in conſilio quarto, in primo volumine, & conſilio trigeſimotertio, eodem volumine*, ubi habet quòd primus conductor per ſecundum non debet expelli, ſi antundem offert, & quòd de æquitate ſemper debet locari eadem res eidem reconductori, vide etiam Roman. *in conſilio vigeſimotertio, columma penultima*, ubi idem tenet in emphyteuſi, imò idem procedere in gabellariis anni præcedentis, quòd præferantur novis licitatoribus, ſi tantundem offerant, quantum novi, Luc. de Pena, *in dicta l. prædia.* imò poſſe cogi gabellarium, qui annis præteritis lucratus eſt in affictu gabellarum, & anno venturo non vult affictare, ſi non invenitur per urbem, qui vellet affictare, ita Boer. *deciſio. centeſima quadrageſimaſeptima*, Maran. *diſputat. octava, numero quadrageſimo.* vide Vincent. de Anna. *ſing.* 150. & Navar. *in cap. ſi fœneraveris. num.* 92. & 127. ubi ponit duas fallentias. Navar. *loc. cit. num.* 91. & 92.

Ad octavum. Dico, quòd primò cenſus ad vitam (qui vitalitius dicitur) poteſt fieri, hoc probat Covar. *loc. cit. cap.* 7. *num.* 3. *ver. item per l ſi ea lege, C. de uſur. l. fidei commiſſ. C. de tranſact. & in l. ſi pater puellæ. C. de in offic. teſtam.* quibus ratione periculi permittitur hūc contractū facere, & mortuo emptore extinguitur cenſus, nec ſolvi debet ſors principalis, vide Abb. *in diſputat. quinta, colum. penul.* imò & Doct. *in capit. in civitate, de uſur.* D. Anton. *par.* 2. *tit.* 1. *c.* 8. §. 11. Secundò, in hoc cenſu non poteſt fieri emptio ratione pretii taxati in Bullis ſuperioribus, ſed plus, minuſve ſecundùm temporis brevitatem, ſeu longitudinem, ut etiam quindecim pro cēnario in ſene, Flor. Theol. *in 4. ſent. tract de cenſ. art.* 4 *dub.* 2. *concl.* 1. & 2. & hoc per ea, quæ frequentiùs accidunt, non poteſt eſſe, quòd citiùs moriatur juvenis, quàm ſenex juxta illud *Sapient. c.* 4. *In brevi explevit tēpora multa*: tamen regula eſt euntibus ordine, ſatis tamen ſi eſſet deceptio ultra dimidium, daretur actio. *l.* 2. *C. de reſcind. ven. per c.* 3. *de empt & vend.* Quartò, ſi deceptio erit intra dimidiū, in foro interiori teneretur vendens recompenſare : Covar. *loc. cit.*

Ad nonum. An poſſit exigi cenſus per tertias, ut vulgò dicunt, an totus cenſus in

fine

fine anni, & videtur quòd non, quia dicuntur annui census, & menstrui, & quibusdam visum est, etiam non licere, quia videtur plus capere, quàm decem pro centenario; plus enim valet res matura, quàm acerba, & ad præsens ova, cras pullis sunt meliora: tamen quidquid sit, nihil refert, sive membratim, sive simul census exigatur; ista conclusio est Flor. Theol. *loc. cit. art. 6. conclus.* 3. & sic videmus passim practicari ubique à piis & doctis viris. Ratio est, quia emptio, & pretium rei venditæ potest dari, vel simul, vel divisim, & sic non obstant objecta, quia etiam non dicuntur solutiones menstruæ, ut notat Greg. XIII. *in Bulla Calendarii novi correcti*, §. *ne verò*, ita Navar. *in capit. si fœneraveris*, 14. *q.* 3. *n.* 134.

Ad decimum. Vide Covar. *lib.* 3. *c.* 10. *col. penul. var. resol.*

Ad undecimum. Vide eundem *lib.* 2. *c.* 3. *n.* 4. *versi.* 5. *loc. cit.* ubi dicit, quòd sic, si aderit litigium, vel onus aliquod.

CANONIA.

SUMMARIUM.

1. *quid sit, & an sit annexa Canoniæ præbenda, & econtra.*
2. *An omnes Canonici debeant habere sacrum ordinem.*
3. *An Episcopus possit dispensare cum illegitimo, ut possit habere canonicatum, etiam in Cathedrali.*
4. *An omnes teneantur Canonici esse Sacerdotes.*
5. *Quando habeant vocem in Capitulo*
6. *Quando incipiant gaudere perceptione fructuum.*
7. *Quando possint optare in Ecclesiis, ubi adest ista consuetudo.*
8. *Quid si unus Canonicus, habens pensionem super Canonicatu suo, & postea vellet consequi alium Canonicatum sine ullo onere, an eo habito, possit sedere, & habere locum in choro ubi prius.*
9. *Quæ ætas sit necessaria ad Canonicatum consequendum.*
10. *Quid de numero Canonicorum.*
11. *Quid de obligatione.*
12. *An datur jus optandi, si per longum tempus quis non optat.*
13. *Quando incipiat Canonicus gaudere distributionibus quotidianis.*
14. *An fructus præbendæ, seu Canonicatus possit obligari pro debito, vel sequestrari, vel capi.*

AD primum. Vide quæ dixi *in ver. beneficium*, §. 1. *num.* 13. sed est sciendum quòd Canoniæ, sive Canonicus significant regularem, quia canon regulam significat, *c.* 1. *d.* 3. & primò Canonici vivebant omnes simul in Canoniis cum Episcopo more religiosorum, Soto *l.* 10. *q.* 4. *art.* 3. *de just. & jure*, habebant omnia communia, Aug. *in c. certa*, 12. *q.* 1. *& in c. quatuor, & in c. non dicatis*, *ibidem.* ex quo videmus quantum degeneremus à veteri illo sanctorum Patrum instituto, quia hodie vivimus propemodum more laicali laxioribus habenis.

Ad secundum. Prima conclusio, in Ecclesia Cathedrali omnes Canonici tenentur

tenentur habere ordinem sacrum. Ista conclusio est sacr. Conc. Trid. *sess.* 24. *c.* 11. *de reform.* vel saltem Canonicus cathedralis debet esse in tali ætate, ut infrà tempus à jure & à sancta Synodo statutum initiare possit, *sess.* 7. *cap.* 12. *c. licet Canon, cum similibus, libro* 6. *de elect.* Secunda conclusio ; in illis verò Ecclesiis illi tantùm canonici tenentur esse in ordine sacro, qui habent Canonicatum, dignitatem, seu portionem requirentem ordinem sacrum, vel in ætate, ut sup. iste est ejusdem sacri Conc. *eo loco, ver. neminem.* Ex quo sumitur tertia conclusio, quòd ubi Canonicatus, præbenda, seu portio non requireret sacrum ordinem, quòd illam posset habere etiam Clericus simpliciter, saec. Conc. *sess.* 22. *cap.* 4. §. 11. *de reform. Clem.* 2. *de ætat. & qual.* & Selva *tract. de benef.* 2. *p. q.* 6. gloss. *in cap.* 1. *in ver. tale, de fil. presb. libro* 6. decis. Rot. 26. *de rescript. in novis.* Boer. *decis.* 17. *numero* 1. *& cap.* 2. & ibi Abb. *in ult. notab. de institut.* vide *superiùs, in vers. capitulum,* §. 10. & quæ ibi dixi ex mente Abb. & Gemin. *in c. ex eo, notab.* 2. *de elect.* 6. *l.* 6. dicit quòd existens in pupillari ætate, potest esse Canonicus in Ecclesia Cathedrali, & se remittit ad ea quæ dixit *superiùs in c. fi. eo tempore. de rescr. eod. lib.* sed potest intelligi, ubi Canonicus non requireret ordinem sacrum, vel ante Concilium, ubi requiritur ætas annorum quatuordecim in quolibet beneficio, vide *inferius,* §. 6. *& in* 2. *par. ver. ætas,* §. 3. Quarta conclusio ; Episcopus non potest cogere Canonicos, ut efficiantur omnes sacerdotes, sed sufficit, si dimidia pars Canonicorum presbyteri sint, inter quos præcipuè debet esse Prior, cæteri verò Diaconi, aut subdiaconi. ut sac. Conc. Trid. decrevit, *sess.* 24. *cap.* 12. § *præterea obtinentium.* ita Sac. Congreg. in forma *declarat.* 39. Nec Synodo provinciali licet imponere onus dignitatibus, quòd quis nisi graduatus, non possit eas obtinere sine sanctæ sedis Apostolicæ auctoritate, ita sacr. Congr. *declarat.* 334. *in meis,* & in alia, *quæ est* 348. censuit in hæc verba ; *Nullo Conc. Trid. decreto statutum est, ut qui Decanatum consequi velit, is necessariò sit Magister, sive Doctor, aut Licentiatus in jure, sacra Theologia, vel jure Canonico.*

Ad tertium. Sit prima conclusio. Si canonicatus Ecclesiæ collegiatæ non requireret ordinem sacrum, potest Episcopus dispensare cum illegitimo, ut ibi Canonicatum habeat : similiter de beneficio simplici dicendum est : gl. *in c.* 1. *de filiis presb. lib.* 9. *in ver. beneficium* ; & Selva 5. *p. loc. cit. q* 61. *num.* 4. *circa ultim.* Vinc. de Franc. *decis.* 189. *num.* 2. Ista conclusio intelligitur, prout sacr. Conc, Trid. *sess.* 25. *c.* 15. *de reform.* Secunda conclusio, Episcopus non potest dispensare, ut illegitimus habeat Canonicatum in Ecclesia Cathedrali, quicquid dicat gl. cit. & Selva *loc. cit.* Ratio est, quia omnis Canonicatus cathedralis requirit ordinem sacrum, ut *suprà,* & glos. *in d. c. in ver. tale,* sed Episcopus non potest dispensare cum illegitimo ad ordines sacros ; ergo *c.* 2. *de fil. presb. lib.* 6. *& c.* 1. *eod lib. & tit.* Navar. *c.* 25. *num.* 69. *notab.* 4. *& c.* 27. *num.* 271. *notab.* 10. decis. Rot. 2. & ibi additio, *num.* 1. *& 2. in novis. de fil. presb.* facit quòd dicit Gom. *de expect.*

*num.*34.ubi dicit,quòd dispensatus illegitimus,non potest obtinere Canonicatum in Ecclesia cathedrali, & Staph. *de lit.for.1.n.3.* Tertia conclusio, nec Episcopus potest dispensare cum illegitimo, ut possit habere commendam, Gom. *q.5. col.13. de trien.possess.* hoc intelligetem de commenda curata,secus de simplici.

Ad quartum. Breviter fac. Conc.*sess.* 34.*c.12.*§.*ipso autem*,disponit, ut dimidia pars Canonicorum saltem sint presbyteri, cæteri verò Diaconi aut subdiaconi; ubi verò consuetudo laudabilior habet,ut plures,vel omnes sint presbyteri,omninò servetur. Accedit ad hoc declarat .sacr. Congreg.39.ubi ita censuit: *Episcopus non potest cogere,ut Canonici efficiantur omnes sacerdotes, sed sufficit si dimidia pars Canonicorum presbyteri sint,inter quos præcipuè debet esse Prior,cæteri verò Diaconi, vel Subdiaconi,*& *declarat.6.* censuit in hæc verba: *Episcopus debet cum consilio Capituli designare quibus Canonicatibus quisque sacer ordo annexus esse debeat,non quib. Canonicis,*& quia sac.Cõc. *loc.cit.* non mandat sacris ipsos ordines annecti personis canonicatus obtinentibus,sed canonicatibus ipsis,quod est notandum pro intelligentia illius textus.

Ad quintum.Respondetur negativè, per *Clem. 2. de ætate & qualit.* & Concil. Trid.*sess.22.cap.* 4.nisi habeant ordinem sacrum; etiamsi hoc sibi ab aliis liberè fuerit concessum.

Ad sextum. Sit prima conclusio: qui obtinet Canonicatum,dignitatem,personatum,officium,seu præbendam, cui certi ordines sunt annexi,nisi infra tempus à jure statutum ad hujusmodi ordines se promoveri faciat, cessante legitimo impedimento, non facit fructus suos. Conc. Trid.*loc.cit.* §.*neminẽ*,*c.commissa.de elect.lib.6.* Secunda conclusio: varia est locorũ consuetudo: nã alicubi Subdiaconus unam,Diaconus duas partes,Presbyteri tres lucrantur, alibi verò nihil,nisi sint presbyteri, quod ipse non laudo : nam cùm omnes laborent, omnes pasci debent,*cap. cùm secundùm Apostolum de præb.*& illud *Deu.cap.25.*& 1.*Corinth.c.9. Non ligabis os bovi triturranti,* eo vel maximè,cùm sac.Conc.*loc. cit.* non requirat ut omnes sint presbyteri,& ideo talis consuetudo esset moderanda per locorum Ordinarios,quapropter optima est Beneventi consuetudo, conformis juri communi, ut una pars detur Subdiacono,duæ Diacono, tres presbytero : ex fructibus enim Canonicorum tres partes ibi fiunt, & in vinea Domini singuli laborantes accipere debent singulos denarios,*Matth.6.*& unicuique secundùm propriam virtutem dat paterfamilias,*Matth.25.3.concl.* ubi verò dignitas,præbenda, seu portio non requirerent sacrum ordinem, clericus simplex ibi provisus faceret fructus suos, prout in quibusdam collegiatis, & Ecclesiis receptivis,quia Conc. solùm excipit,ubi requireretur sacer ordo, nisi aliter se habeat consuetudo, & tunc tales vocantur canonici in herbis, Staph. *loc. cit. fol.3.num.4.*& *fol.*139.*num.*2.Gom. *de expect.num.*37.

Ad Septimum. Reperitur consuetudo in quibusdam Ecclesiis, etiam cathedralibus,ut clerici, & presbyteri simplices

cespossint optare Canonicatus, & Canonici dignitates, sic gradatim secundum gradum promotionis, prout in Episcopatu Avellinensi Beneventanæ provinciæ fit. Prima conclusio, ista consuetudo valet, *cap. cùm in tua, de consuetud. lib. 6.* secunda conclusio: optatio debet fieri spatio viginti dierum à die notitiæ, text. & gloss. *ibidem, in versi. viginti dies.* & an ipsi viginti dies possint prorogari; putà per duos alios dies antiquiori per capitulum, affirmativè respondetur, Tiraque. *de utroque retract.* §. 1. *gloss.* 10. *numer.* 58. & gloss. *in dict. cap. fin. in versi. duntaxat.* sed quando præsumitur ista scientia, seu notitia, vide *addit. ad decis. Rotæ 4. de consuetud. in novis. numero septimo.* & faciunt ea, quæ dixi *suprà, in ver. beneficium*, §. 3. *& in versi. jus patronatus*, §. 5. *dub.* 1. & 2. secus, vel optabit alter, vel devolvitur ad Episcopum, per *capit. 2. de concess. præb. & Clem. unic. de suppl. negl. prælat.* qui habebit sex menses ad providendum, nec interim devolvet ad Papam, nisi sex mensibus elapsis, ita Gemin. ibi, ut dicetur *inferiùs, conclus.* 7. & isti viginti dies possunt esse in majori tempore ad optandum, secundùm diversam consuetudinem; Gemin. *ibi*, §. *ut autem, vers. quid si in Ecclesia.* Tertia conclusio: ista optatio dicit jus ad rem, adeò quòd est jus considerabile *in reg. Cancellariæ, de non toll. jure quæsito.* Gom. *in d. reg. quæstion.* 1. *fol.* 19. *colum.* 3. & 7. modò hinc fit. Primò, non posse Ordinarium conferre illud beneficium, ad quod quis habet optionem, per *c. si tibi absenti, de præbend. libro sexto.* Secundo fit, si quis impetraret à Papa non habita de hac mentione, non valeret impetratio, per *reg. cancell. cit.* & dixi *in ver. derogatio.* Non obstat, quod dicit *addit. dec.* 1. & 5. *num. septimo & decis.* 2. *Rota in antiquis, de consuetud.* quia hoc valet, quando fit derogatio specialis, quia non sufficit generalis, prout Staph. *de lit. grat. fol.* 186. *num.* 1. & 2. & ipsemet text. *in initio.* ubi provisionem Apostolicam non vult valere contra hanc consuetudinem. Quarta conclusio: si adest unus Canonicus antiquior, & non optaret intra tempora, sed interim optat junior, tenet optio junioris in eventum quo senior, sive antiquior non optaverit intra tempora, Staph. *loco cit. fol.* 166. *numero* 2. glossa *inibi, in ver. duntaxat.* Quinta conclusio; non potest optare minorem dignitatem, seu præbendam ille, qui habet majorem, *dec. Rot.* 3. *de consuet. in novis.* Ratio potest esse, quia optio fit ad superiora & altiora, non econtra, sicut optio in collegio Cardinalium, gloss. *ibi, in versi. meliores*, quid si vacaverit deterior antiquiori magis grata, vide Anchar. *dicto c. ver. ex quo.* nisi aliter se habeat consuetudo, nempe quòd æqualis, vel minor quoque posset optari. Gemin. *ibi, ver. possent opiniones*, & secundùm diversas diversarum Ecclesiarum consuetudines observatur. Gemin. *ibidem, vers. ex his infertur.* Sexta conclusio: hoc non habet locum in beneficiis ipsis vacantibus in Curia, *text.* §. *in præb.* Staph. *loc. cit. fol.* 286. *num.* 3. quia ista non possunt optari nisi juxta dispositionem *c. statutum, de præb. lib. 6.* gl. *in d. cap. ordinatur*, decis

Rot. 4. *de consuetud. in novissi.* Septima conclusio, nec datur optio in beneficiis reservatis generaliter, sive specialiter. addit dec. 1. Rot. *de rer. permut. num.* 7. *in novissi.* Staph. *loc. cit. fol.* 187. *num.* 4. & hoc quando reservationibus fieret derogatio, saltem cum clausula generali. Octava conclusio: intrusus non potest optare, & intelligitur de intruso habente beneficium reservatum per *c.* 2. *de præb lib.* 6. Gom. *in q.* 31. *de trien. possess. in privil.* 6. Nona conclusio; devoluta ad sedem Apostolicam non possunt optari, addit. *ad dict. decis.* 1, *num.* 9. *de rer. permut. in novis.* Decima concusio: non potest optari prima dignitas, quæ est major post pontificalem, quia est reservata per reg. Cancell. & sic fuit decisum in facto pro Archidiacono Avellinensi annis elapsis. Undecima conclusio, an circa præbendas vacantes in Curia vel reservatas motu proprio, valeat ista consuetudo, vide Card. *consi.* 3. *in tit. de consuetud.* & Staph. *loc. cit. fol.* 187. *num.* 4. Duodecima conclusio, quomodo ista optatio fieri debet ratione ætatis, temporis, vel ordinis, vide gl. *ibi, in versi. antiquiores.* Decimatertia conclusio: ista optatio non datur nisi per obitum, non in resignationibus factis in manibus Papæ in favorem certæ personæ, Caputaq. *dec.* 282. *p.* 2. Decimaquarta conclusio; an absens etiam in servitio Papæ, vel Episcopi, possit optare; pro, & contra disputat Gem. *in d. c. versi. sed pone, quod consuetudo,* & videtur quòd non: tu tamen vide eum, succedente casu. Decimaquinta conclusio; ubi adest consuetudo optandi, ultra viginti dies, vel statutum, potest optari ultra illos viginti dies, quia text. non tollit consuetudinem, vel statutum, nisi adesset Apostolicus expectans; Gemin. *in d. cap. fin.* §. *ne autem, ver. quid si Ecclesia,* Decimasexta conclusio; an optatio impediatur per permutationem, vide per extensum, pro & contra, Gem. *in d. c. ver. quomodo, col.* 1. Decima septima conclusio: ista optatio impeditur per reservationem generalem factã à Papa, vel motu proprio, non autem petitione particularis personæ, Gemin. *ibi,* §. *in præbendis, ver. quæro quid si Papa.* Decimaoctava conclusio; si quis non optat spatio viginti dierum, à tempore scientiæ, ad quem devolvitur provisio Canonicatus, vel præbendæ? Respondetur, ad Ordinarium, & illo non providente per sex menses, devolvitur ad Papam: nam Papa non posset antea illum vel illam conferre jure ordinario. Archid. Jo. And. & Gemin. *loc. cit. ver. quid si Papa confert.* Decimanona conclusio; ista notitia debet esse certa, & non ficta, & currit de momento ad momentum. gl. Lapus, & Gem. *loc. cit.* §. *ne autem, ver. ex gloss. ergo.* Vigesima conclusio, ista optatio datur omnibus Canonicis simul, in tantùm quòd non optante primo, potest optare secundus, & hoc non optante tertius, & sic deinceps, & sic successivè. Gloss. & Gem. *loc. cit.* tamen omnibus simul currunt viginti dies, & sic curritur ad horas, vel ad momenta.

Ad octavum. Videtur quòd non posset sedere, ubi prius sedebat, quando habebat Canonicatũ alterum. Ratio, quia adest hic novus titulus, novaque provisio, decisi. Rot. *de consuetud. in novis. n.* 1. *juxta finem,* facit *cap. si beneficia, de præb. lib.* 6.

lib. 6. & Gom. *q. 24. col. 2. de trien. poss.* dec. Rot. 3. *de rer. permut. in novis.* Staph. *loc. cit. fol.* 112. *n.* 13. ergo si est nova collatio, novusque titulus, intervenit etiam mutatio de loco ad locum, vide Boer. *in tract. de auctor. mag. par. Fran. num.* 82. *& declarat.* sac. Cong. 182. ubi dicit quòd optans dignitatem perdit Canonicatum, & *declarat.* 189. dicit quòd habens Canonicatum in qua Ecclesia similiter pater ejus habuit Canonicatum, non potest in eadem Ecclesia de Canonicatu ad dignitatem ascendere, Anchar. *in d. cap. vers. opponitur.* legitur ex his concludenter illum debere mutare locum, & hoc clarè habetur ex *capit. quamvis, de rescrip. lib. 6.* & ita fuit consultum in facto, anno 1592. de mense Januarii à quodam Reverendissimo Archiepiscopo, me præsente, cujus sententiæ ipse etiam fueram, & scripseram hic. Rebuff. *de simon. resign. ratio. part. ac rei, numero* 19.

Ad nonum. Sit prima conclusio, circa Canonicatus Ecclesiæ cathedralis requiritur ætas requisita ad suscipiendum sacrum ordinem, quæ est vel 22. ann. cum attingentia, juxta notata *in vers. ordo, & in ver. beneficium, & supra* §. 2. *&* 3. in Ecclesiis verò collegiatis, ubi non sunt Canonicatus, requirentes certum ordinem, dec. Rot. 324. *in antiquis,* dicit requiri ætatem viginti annorum, Gom. *de expe. numero* 86. dicit ex reg. Cancell. Greg. XI. sufficere ætatem decem annorum: tamen hodie de jure novissimo, Con. Trid. *sess.* 23. *cap.* 6. *de refor.* requiritur ætas quatuordecim annorum; ergo ex his patet, posse quem esse Canonicum in ætate 14. ann. vide *declar.* sac. 481. in hæc verba: *Nullo Concilii decreto sancitum est, quæ in eis atas requiratur, qui Canonicatus in Ecclesiis Collegiatis consequi volunt, sed id relictum est intra illos terminos, qui ante idem Concilium Tridentinum præscripti sunt.* hæc sac. Congr. hoc tamen fallit, nisi etiam in Collegiatis adsit aliqua dignitas, Canonicatus, aut portio quæ requirat ordinem sacrum: nam tunc non potest quis eam habere, nisi vel sit in tali ordine quem requirit dicta dignitas, Canonicatus, vel portio, vel in ea ætate sit constitutus, quòd infra tempus à jure statutum possit ad eum promoveri, juxta dispositionem *cap. licet Canon.* id est, infrà annum: ita sac. Concilium *loc. cit.* §. *neminem, & sess.* 22. *c.* 4. *de refor.* si verò non requirit sacrum ordinem, tunc vera est doctrina, quòd constitutus in ætate quatuordecim ann. potest habere Canonicatum, dignitatem, & portionem, non requirentem curam animarum; ita sacra Congreg. *declarat.* 487. Episcopo Calentano: sed iste erit Canonicus in herbis, quia non habebit vocem in Capitulo, nec fructus percipiet, prout dixi *suprà*, nisi esset præbenda. vide Anan. *in rubr. de atat. & qual. n.* 2. & Abb. *in c. cùm in cunctis,* §. *inferiora, n.* 1. *&* 3. *de elect.* Vide omnino Gem. *in c. si eo tempore, vers. in fi. gloss. de rescript. lib. 6.* ubi disputat de varia qualitate beneficiorum, & sic de varia ætate in eis obtinendis, & sunt quædam beneficia quæ possunt obtineri à puero, modò excesserit infantiam, sed in terminis sacri Conc. non licet altare ætatem.

Ad decimum. Patet responsio ex dictis

ctis *sup. in ver. beneficium, num.* 12. *dub.* 5. & vide Vinc. Franch. *dec.* 2. ubi tractat de hac materia augendi Canonicos. Vide Gem. *in c. si canonici,* §. *si autem, in ult. de offic. ord. lib.* 6.

Ad undecimum. Vide *ibidem* §. 4.

Ad duodecimum. Respondetur, quòd si non optant, non propter hoc ullo temporis spatio perdant eam optandi facultatem, Capyc. *decisio.* 134. *num.* 4. & Jo. And. de Lignan. & Gem. *in c. ult. de consuetud. lib.* 6. & Anchar. *ubi supra, ver. quæro, Papa.*

Ad decimum tertium. Vide *Clem.* 2. *de ætat. & qualit. ut sup.* §. 6.

Ad decimumquartum. Respondetur, quòd primum non potest fieri, secundum, & tertium sic. i. quòd fructus Canonicatus, & beneficiorum non possunt obligari pro debito, sed sequestrari, & capi. Boer. *decisio.* 226. & hoc potest facere judex ex officio, quando clericus beneficiatus est gravatus ære alieno: modò relinquatur ei portio congrua, unde clericus possit vivere, ita Covar. *libro* 2. 1. *part, num.* 9. *ver. cæterùm varia. resol.* & ita practicatur in Romana Curia, ut ait Collectaneus, & alii *in capit. Odoardus, de solut.* & Rodoan. *de rebus Eccles. non alien. quæstio.* 57. *n.* 9.

CIRCUMSTANTIÆ PECCATORUM.

SUMMARIUM.

1 *Quot genera sint circumstantiarum peccatorum.*

2 *Quot circumstantiæ.*

3 *Quæ sunt quæ mutant, seu dant speciem.*

AD Primum. Quinque genera circumstantiarum dicit esse D. Ant. 3. *p. tit.* 17. *cap.* 17. §. 5. Primum impertinentium. Secundum alienantium. Tertium aggravantium notabiliter. Quartum mutantium speciem. Quintum aggravantium in infinitum, dequibus videto Sot. 4. *sent.* 18. *d. q.* 2. *art.* 4.

Ad Secundum. Videto eund. *loc. cit. cap.* 6. Sylv. & alios, *in ver. circumstantiæ,* Con. Trid. *sess.* 14. *cap.* 5.

Ad Tertium. Quinque sunt circumstantiæ, quæ dant, seu mutant speciem, quis, quid, cui, ubi, & quomodo, de quibus videto Doctor. *in loc. cit.* ita similiter, quando circumstantiæ scandali, seu recidivi sint ad speciem, videto eosdem, & dicam *in opere meo peculiari, de pœnitent.* hoc volui attingere pro practica Prælatorum, quando volunt examinare confessarios. Si quis voluerit de hac materia ad plenum videre, videat practicam nostram pœnitentialem, *in c.* 12. *per totum,* ubi habebis quadraginta quinque quæstiones circa peccatorum circumstantias.

CENSUS.

PRimò, Census an super reb. Ecclesiæ possit poni, ut Rodoan. *de rebus Eccl. non alien. q.* 17. *n.* 9. & super fruct. ejus, *ibi, num.* 7.

Secundò, contractus in dubio potius præsumitur censualis quàm emphyteuticus, Jason. *in l.* 2. *n.* 42. C. *de jure emphyt.* Scot. *consi.* 167. Butrius *consi.* 42. *lib.* 1. *n.* 7. Rodoan. *loc. cit. q.* 17. *n.* 5. & 72.

Tertiò

Tertiò, idem confirmatur ex doctrina Navar. *in com. de usur. quæst. 8. num.* 109. ubi asserit plurimum referre; nam si est contractus, seu census emphyteuticus, non solvens tempore statuto à jure, vel ab homine, perdit prædium, domum, vel quid simile: si verò debet per contractum censiticum, non perdit, sed in dubio pro censitico, & non pro emphyteutico teneri debet, *argum. cap. ex parte, de cens.* & ibi Panor. *not. 4. & in l. semper ad stipulationem. ff. de ver. signif. c. cum jura, de reg. jur. lib. 6.* licet oppositum habeat August. Bero. *q.* 14. & Rodoan. *f.* 502. *n.* 4. & Jason. *in l. 2. n.* 210. *vers. tertiodecimò quæro, de jure emphyt. num.* 211. *vers.* 14. *quæro.*

CADAVER.

Vide *in ver. Funus.*

CARCER.

PRimò, Cur inventus sit, quæritur? Respondetur primò, aut pro custodia. Secundò, aut pro afflictione. Tertiò, aut quando judex intendit, quòd carcer succedat in locum pœnæ. Quartò, in pœnam quæ datur per sententiam, Diaz *in pract. crim. Can. cap. quamvis, de pœniten. libro 6. cap. novimus*, §. *pro illo*, & ibi abb. *numero* 4. *de verb. signific.*

Secundò, quando Clericus possit carcerari etiam pro causa civili, habetur *in cap. dilectis*, & per ibi scribentes, *de appellat.* Diaz *ubi supr. capit.* 114. Con. Trid. *sess.* 25. *c.* 6. *de reform.*

Tertiò, Judex ecclesiasticus debet habere familiam armatam pro captura reorum, Covar. *pract. qq. c.* 10. *n.* 2. *ver.* 4. *in fin.* Hostien. *in sum. titul. de offic. judicis*, §. *quando, n.* 4.

Quartò, an, & quando possit procedi ad capturam, non prævia informatione, vide Foller. *in pract. crim. 1. p. n.* 58. nec debet esse facilis ecclesiasticus Judex in captura clericorum, nisi præcedenti sufficiente informatione, cùm carcer vergat in infamiam: sed videatur Diaz *loc. cit. c.* 6. *pagina* 29.

Quintò, an carceratus pro causa criminali, offerens cautionem, debeat habilitari? Negativè respondet Foller. *loc. cit. 1. p. 2. p. n.* 20.

Sextò, an quis posset capi in territorio alieno per quindecim milliaria, vide eund. Foller. *fol.* 22. *num.* 3.

Septimò, carceratus, qui non pernoctat in carcere, nihil tenetur solvere carcerario, idem *in Fragm. c. de reor. custod. num.* 162.

Octavò, moriens in carcere ob negligentiam judicis, punitur ipse judex depositione officii, & aliis pœnis, Boer. *decis.* 153. *num.* 20. & judex si est ecclesiasticus, efficitur irregularis, Abbas *in c. à nobis, n.* 1. *de apostat. & in c. ad audientiam, de crim. falsi.*

Nonò, judex debet visitare sæpe carceratos, & facere quòd habeant necessaria, *l.* 3. C. *de Epis. aud.* Sylv. *in ver. carcer*, §. *ult.*

Decimò, qui fugiet à carceribus iter arripiens ad superiorem, non dicitur fugere, sed habetur loco appellationis, Hostiens. *in c. dilectus, de appellat.* Boer. *decis.* 215. *n.* 27. *c. dilecti, il* 2. *de appel.* imò non cadit in pænam, sub qua fortassis sibi fuit

factũ

factum præceptum, ut notat Boss. *tract. de carcer. fidejuss. n.* 46. & hoc ampliat, non solùm valere in eo, qui fugit, seu tendit ad superiorem, sed qui fugit ad amicum domini sui superioris pro auxilio impetrando, ubi allegat multa jura, & Doctores, ubi videto Vinc. de Annan. *in repet. c. si vasallus, de vasal. decrep. etat. numero* 58.

Undecimò, carceratus si non venit puniendus pœna ultra relegationem, statim examinatus potest relaxari, si offert cautionem, fallit in confessis, & in pœnis pecuniariis stipulatis penes acta Curiæ, Foll. *loc. cit. fol.* 90. *num.* 1. 2, & 3. fallit etiam in crimine notorio perjurii, vel si aliàs aufugisset à carceribus, idem *ibidem*, per multa.

Duodecimò, an pœna carceris, de qua *in c. quamvis*, possit sumi pro detrusione in monasterium, vide Anchar. *in d. c. numero* 4.

Decimotertiò, carcerati, qui aut crimen confessi, aut ex indiciis forsan torquendi sunt, non relaxandi sunt sub cautionibus nisi fisco desuper audito, Paul. IV. *Bull.* 50. quæ incipit, *Licet.*

Decimo quartò, carcerati quibus expensis debeant ali in carceribus, & si appellaverint, quibus expensis sint ducendi ad judicem appellationis, vide Capel. Tolos. *q.* 190. *in addit.* ubi concluditur quòd expensis appellantis, & detinentis.

CHORUS.

CHorus. In Ecclesiis cancellis debet esse septus, ad hoc, ut solùm psallentibus clericis sit locus, Conc. Turonen. *Can.* 3. & nec laici possunt chorum ingredi, excepto Rege, Conc. Constantinop. VI. *Can.* 69. vide *hist. tripart. lib.* 9. *c.* 30, ubi habetur, nec Theodosio Imperatori Ambrosium voluisse permittere ingredi intra cancellos, ubi clerici psalmodiant.

CITATIO.

PRimò, videto practicalistas, & præcipuè Maran. copiosè. 6. *p. tit. de cit.* & Foller. 1. *p.* 2. *n.* 28. & 29.

Secundò, pro praxi Canonica, quando venirent ab Urbe citationes in partibus; vide *Clem. Causam. de elect.* ubi habes optimam practicam, sed pro facilitate, sunt notanda multa. Primum non sufficere in causa absentiæ rei citandi, id quod dicitur *in d. Clem.* sed primum debet etiam servari in profanis, *decis. Rot.* 26. *de appell. in novis.* & *decis.* 22. *de rescr. in novis.* & *ibi addit. num.* 5. Secundò, non tenetur citans dare copiam citationis citato, nisi hoc petat, modo ei lecta fuerit citatio. *Addit. ad decis.* 5. *Rot. de res. in novis. n.* 15. Tertiò, tutius est relinquere copiam citationis ipsi citato pro majori contumacia, *Addit. ibidem numero*, 6. & sic vidi practicari multoties, imò semper. Quartò, quoniam verò citatio fit ad valuas Ecclesiæ, & reus, vel alter pro eo petit copiam citationis, ultra relictam ad dictas valvas Ecclesiæ, danda est ei, sumptibus petentis, *Addit. ad decis.* 22. *de rescript. in novis. num.* 15. Quintò, praxis est, ut fiat copia authentica per notarium publicum, & affigatur ad valvas

vas vel relinquatur ipsi citato, si potest haberi personaliter, & postea fiat instrumentum cum citatione & relaxatione inserta, & remittatur ad urbem, & ita vidi servari, aliàs ibi non faceret fidem, vide Tiraqu. *de utroq. retract.* §, 6. *& gl.* 1. *& 2. num.* 4. *&* 6. imò citatio nulliter executa dicitur, quando non fuit relicta copia citationis post affictionem. Caputaqu. *decis.* 109.

Tertiò principaliter quando citationes debeant fieri per edictum, vel per proclama. vide Maran. *loc. cit. n.* 38. *&* *infrà*, Covar. *in c. alma mater*, 1. *p.* §. 9. *n.* 4. *de sent. excom. lib.* 6. gl. *in c. quoniam frequenter*, §. *porrò*, *ver. impedit. ut lit. non contest. c.* 1. *de his matr. acc. pos. & prælatum, qui fil. sint leg.* & gl. *ibi in ver. promulgavit*, decis. Rot. 399. *in novis. Clem. unico, de for. comp.*

Quartò, citatio per edictum non potest committi ab inferioribus princip. *Addit. ad decisionem Rotæ* 5. *n.* 7. *de reser. & decis.* 8 *de dolo, & contum. in novis.* sed hoc intellige quando committeretur, secus verò quando de stylo Curiarum quisque citatur per edictum vel proclama, quando reus non facit copiam sui, vel latitat, ut dixi *in vers. hæretici*, §. 5.

Quintò, citationis omissio est insanabilis, cum sit de jure naturali, vide *Clem. pastoralis, de re jud.* Gom. *tractat. utrinsq. sign. fol.* 90. *colum.* 1. adeò, quòd non potest tolli per principem, quia fundatur super illo Genes. quando Deus citavit Adam, & Cain: secus verò quando non fuisset debito modo executa, quia tunc potest sanari, Gom. *loc. cit.* aliquando potest omitti, maximè à principibus; Navar. *in c. statutum, n.* 18. 19. *quæst.* 5.

Sextò, Locorum Ordinarii non statim habitâ querelâ procedere debent ad capturam, sed prævia informatione in criminalibus & in civilibus, non ad executionem, nisi parte citata, nisi quando dubitaretur de fuga, contra dispositionem jurium vulgatorũ, & videatur Diaz *pract. crim. Can. c.* 113. *& c.* 6 *juxta mediũ.*

Septimò, an quis possit citari in territorio alieno à judice alterius territorii? vide Foller. *in pract. crim.* 4. *p.* 3. *p. num.* 11. *& in* 1. *par.* 2. *p. num.* 27. Sylvest. *in ver. excommunicatio*, 2. *n.* 10. & Panor. *in c. nobis, il* 1. *de sent. excom.* Gom. *in tract. de neg. num.* 183. & hos Doctor. pro una opinione affirmativa; pro negativa verò, vide Covar. *pract. qq. c.* 10. *per extensum*, & Maran. 6. *par. tit. de cit. n.* 40. vide *in verb. forum, & in ver. remissio reorum.*

Octavò, an, & quando possit fieri die feriata, pro die non feriata, vide Tiraqu. *de utroque retract. in fin. num.* 78. *& infrà*, & Maran. 6. *p. tit. de citat. n.* 10.

Nonò, citatio personalis requiritur quando proceditur ad privationem alicujus, nisi præcesserit citatio personalis, non sufficit citatio domi ad sententiam, Caputaq. *decis.* 114. *&* 117. vide *in verb. privatio*, §. 3. *principaliter*, *vers.* 4.

Decimò, citatus per edictum, vel per proclama, audiendus est contra rem judicatam, refectis tamen expensis, Caputaq. *decis.* 118.

Undecimò, an citatio debeat fieri ad quemlibet articulum, an sufficiat, si fiat ad totam causam? Respondetur, quòd utrumque fieri potest, Inn. *in c. auditis, de*

procuratoribus, & in c. Ecclesia vestra, il 3. de elect. Cape. Tolos. *q.* 427.

Duodecimò, an citatus ad omnes & singulos actus, usque ad sententiam inclusivè sufficiat, & parte non comparente, possit contra eum actitari, & sententia ferri, etiamsi comparuerit semel, Gem. *in c. fin. vers. item secundus, de dolo & contum. lib. 6.* dicit quòd sic, ex Inn. Lupo, & aliis communiter *in c. 1 de elect. lib. 6.*

Decimotertiò, an citatus ut compareat personaliter, possit comparere per procuratorem, vide *inferiùs in ver. procurator*, §. 9. *& cap. 1. de jud. lib. 6.*

COADJUTOR.

COadjutor quando dandus sit Episcopo? vide *c. unicum de cler. agrot. lib. 6.* & an possit conferre beneficia? vide Selvam *tract. de benef. 2. par. quæst. 4. per totum*, Gimon. *de expect. c. 1. n.* 48. quam habeat auctoritatem, vide Oldrad. *cons.* 44. Sylv. *in summa, in ver. coadjutor*, quando dandus sit parocho, vide *in ver. parochia*, §. 7. & Dyn. *in c. 1. num.* 46. *de reg. jur. lib. 6.*

CONTUMACIA.

PRimò, qui dicantur veri, vel evidenter, vel interpretativi contumaces, vide Glos. *in Clem. fin. in ver. manifeste, de dol. & contu.* Marant. *6. p. mẽb. 2 per totũ.*

Secundò, quando debeat accusari prima, & ultima contumacia, vide eund. *ibid. n. 1. & memb. 1. n. 67.*

Tertiò, contumacis quæ sint pœnæ, vide *ibid. n. 9. & infrà*, ubi dicit esse tertiã partem mobilium contumacis in causis criminalibus, *ibi, n.* 24. Foller. *pract. crimit. banniantur, n.* 40. *& infrà.* Afflict. *in const. privilegia, n.* 5. sed glos. magna, *in cap. 1. de dolo & contum. lib. 6.* dicit hanc pœnam esse arbitrariam, & sic Marant. *ubi supr.* dicit observandam diversarum Curiarum consuetudinem (intellige juri, & rationi consonam) & Inn. *in c. de causis, num. 7. de offic. deleg.* ait contumacibus non esse impositam pœnam aliquam sed condemnatis, & vide Iser. *cit. infer. ùs in ver. pœna, num. 7.*

Quartò contumaces *per Bullam Pii V. quæst.* 15. *& aliam quæ est* 117. *quæ incipit: Dudum in statu Ecclesiastico*: si per annũ sic contumaces steterint, non admittuntur ad defensiones, sed condemnantur ad pœnam, etiam ultimi supplicii, & ita audivi practicari in facto,

Quintò, contumaces tam in civilibus, quàm in criminalibus, quando executio realis, vel personalis haberi potest, non sunt aliquo censuræ ecclesiasticæ vinculo innodandi, sed aliis pœnis, & multis corrigendi, Conc. Trid. *sess. 25. c. 3. §. in causis verò, de reform. cap. tuæ, & ibi glos. ut lite non contest. cap. contingit, & ibi gloss. in versi. non potest, de dolo & contum.*

Sextò, licet regulariter contumax habeatur pro præsenti in omnibus, & singulis actis, ut patet juribus vulgatis, tamen citandus est ad diffinitivam, Bal. *in marg.* Innoc. *in verbo contumax*, & citat. Innoc. *in cap. nostri, de elect.*

Septimò, quando excusatur ob aliquod impedimentum, vide Marant. *ubi supra, & l. contumaciæ. ff. de re judic.* Afflict. *decis.* 29. ubi dicit, quòd debet re-

integrari reus in termino, Iser. *in rubr. quo tempore miles, in vers. & cæt. num. 4. in fine.*

COMPROMISSUM.

PRimò, compromitti non potest in judices Ordinarios, nisi tanquam in arbitratores, & amicabiles compositores.

Secundò, nec compromitti de re spirituali in judicem laicum, *c. contingit, de arbit.* nisi in laicum, & Clericum auctoritate Episcopi, *c. per tuas, eod. tit.* Guid. Pap. *decis. 62. n. 2.*

Tertiò, de possessorio beneficii potest compromitti in judicem laicum, quia non est causa spiritualis, sed temporalis, idem *ibid.* quod dixi in 2. dicto intelligi debet, nisi laicus esset arbitrator, quia tũc posset. Doct. *in c. 2. de judic.* Jo. de Sel, *tract. de benef. 2. p. q. 28. num. 19.*

Quartò, de differentia inter arbitrum, & arbitratorem, vide Matant. *q. 1. d. 14. n. 2.* primus enim judici, secundus amicabili compositori comparatur, & secundus procedit de facto, & non de jure, primus verò secus.

Quintò, ad compromittendum requiritur speciale mandatum. Guid. Pap. *loc. cit.* & Maranta.

Sextò, quomodo cogantur consanguinei, & affines compromittere usque ad quartum gradum inclusivè, vide Prag. Odia. cap. cum tempore de arbitrar, & ibi Abb. *n. 3.* Capyc. *dec. 93.*

Septimò, an post conclusum in causa possit opponi compromissum, vide Bal. *in 255. vol. 4.* [Afflict. *decis. 170.* Dec. *in cons. 461. ult. dub.*

Octavò, an dicta Pragmatica Odia, liget clericos, vide Dec. *in c. Ecclesia S. Mariæ de constitut.* Capyc. *in decis. 66.*

COMETA.

COmeta aliquid sive boni sive mali prædicere, vel significare, an sit verum, vide præter alios Suessanum *lib. 1. Meteorolog. cons.* 84. & ibi D. Thom. *lectio 2.* & Olympiod. *actione 6.*

CHRISMA.

PRimò, debet revocari singulis annis die Cœnæ Domini, *c. si quis in alio, de Consecrat. dist. 4.* sed si quis Episcopus confirmaret, vel sacerdos inungeret Chrismate vetusto, licet peccaret mortaliter, tamen esset Sacramentum.

Secundò, Balsamum non est necessarium necessitate sacramenti, sed necessitate præcepti, Franc. Victoria *in sum. confirmat. 9, 41.* Cajet. *in 3. p. q. 72.* Navar. *cap. 22. num. 8.* Astens. *lib. 4. art. 3.* licet Soto aliud videatur dicere, *4. sent. d. 7. q. unic. art 2.*

Tertiò, accipiens, & Episcopus conferens, debent esse jejuni, *c. ut jejuni, cum sequenti, de consecr. d. 5.* sed hoc recessit ab aula, propter multitudinem confirmandorum, Soto *loco citat. art. ult.*

Quartò, ætas requiritur, ut attingat cõfirmandus usum rationis, id est, septennium, sed hoc non est necesse. Victo, *loc. cit. q. 49.*

q. 49. licet hoc esset bonum, tamen vidi Episcopos observantissimos admittere pueros quinquennales.

Quintò, patrinus est necessarius, adeò quòd si omitteretur, esset peccatum mortale, Nav. *c.* 22. *n.* 9. *ver.* 4. si hoc facit sciens, id sibi non licere.

Sextò, patrinus debet esse confirmatus, alioquin non contrahit cognationem spiritualem, Victor. *loc. cit. q.* 50. Sed oppositum & verius habet, Sylv. *in ver. matrimon.* 8. §. 7. *ver.* 12. *propè finem*, & Navar. *cons.* 1. *de cogn. spirituali.* Ratio est, quia baptizatus est capax.

Septimò, non potest esse nisi unus patrinus, & alius, quàm fuit in Baptismo: sed hoc vidi non observari à pio quodã Archiepiscopo, nec observatur passim.

Octavò, candela, & alapa non est necessaria. Sot. *loc. cit.*

Nonò, oleum non debet statim ablui, sed potest abstergi à ministris statim ac confirmatus quis fuerit, & sic vidi practicari à pio quodam Archiepiscopo, Victor. *loc. cit. quæst. ult.*

Decimò, ratio expostularet, quòd hoc conferatur die Pentecostes; Soto *loc. cit.* sed usu & jure potest etiam omni tempore, *c. omni tempore, de consecrat distinct.* 4. Soto *loc. cit.*

Undecimò, Episcopi curare debent conferre hoc sacramentum in suis diœcesibus & non propter negligentiam permittere, ut aliqui sine hoc Sacramento moriantur, Alph. de Castro *de justa hæret. punit. l.* 3. *c.* 4.

Duodecimò, cognatio hic contrahitur, ut in Baptismo diximus.

Decimò, parochus debet habere librum, in quo signentur quotnam sint, & non confirmati.

Decimoquartò, Episcopi dum conferunt hoc Sacramentum; debent facere annotare omnia nomina tam confirmatorum, quàm patrinorum; & ita vidi observari in duobus Archiepiscopatibus.

Decimoquintò, debent esse sine peccato mortali, saltem cum contritione, tam minister, quàm suscipiens: ille quia est minister & cõpetit quia est ministe; & cõpetit ei ex officio; iste, quia opponeret obicem gratiæ, *c.* 2. *de consec. d.* 5. Victoria *loc. cit. quæst.* 29. Soto 4. *sent. dist. prima, quæst.* 5. *art.* 6. Sylv. *in verbo baptismus*, 3. *per totum.* D Thom. 3. *p. quæst.* 64. *art.* 6. *ad* 3. *argum.* patrinus verò non tenetur ad hoc, sed facit irreverenter, hoc tamen debet intelligi de adultis, alàs peccaret mortaliter. Navar. *in gl. summæ, numer.* 37. & 38. *de pœnit. dist.* 5.

Decimo sextò, hoc sacramentum debet ministrari suis subditis, non alienis, *arg. c. omnis utriusque sexus, & toto titulo, de temp. ordin. in Decretal. & in d. tit. de parochiis*; accessit sacra Congregatio, *declarat.* 2. *in manuscript. meis*, & Acta Mediol. Eccles. *de sacram Confirmationis.*

COMPOSITIO.

PRimò, compositiones, seu transactiones cum reis inquisitis, vel reorum cum fisco, an, & quando fieri possint, vel liceant, & quomodo, vide Grill. *lib.* 5. & Foll. *pract. crim. fol.* 101. & 145. & Maran. 6. *p. cap.* 1, *n.* 62. & *infrà.* Covar. *l.* 2. *c.* 9. *per totum*,

totum, var. resolut. & pro practica ecclesiastica, vide *n.* 9. 10. 11. & 12. Diaz *pract. crim. Can. c.* 134. Sylv. *in ver. pœna*, §. 6. & §. 21. Navarr. *c.* 23. *num.* 101. *in notab.* 7. Tabien. *in ver. renunciatio, num.* 5. & *c. presbyteri, de penitent. & remiss. cap. parochianus, ibi gloss. in verb. satisfaciant, de sentent. excom. loc. cit. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 8. Gom. *tract. de Brevi. num.* 25. Facit *c. si Canonici, ver. si autem.* & ibi Gemin. *notab.* 3. *de offic. ord. lib.* 6. *per cap. irrefragabili,* § *fin. eod. tituł. extrà, & c. pro humani, de homicid. lib.* 6. quibus in locis ponuntur multa à prælatis pro crimine, juxta qualitatem delicti, loci, personæ, & aliorum, prout dictum est *in ver. pœna*, §. 3. & 6.

Secundò, posse judicem ecclesiasticum sibi retinere pœnam pecuniariam, quia id sibi de jure licet, patet apud omnes, Felin. & alii, *in c. irrefragabili*, §. *cæterum, ver. quarta conclusio, de offic. Ordin.* tamen honestius facerent, si illa locis piis applicarent, Diaz. *loc. cit.* & Fel. *ibidem, in ver. tertia conclusio*, Covar. *loc. cit. num.* 9. *ver. quartum*, Boss. *in tit. de pœn.*

Tertiò meminerint judices illius Ambros. *Facilitas veniæ magis præbere solet intentivum ad malum, c. est injust. c.* 23. *q.* 4. & illius Isidori: *Citò violatur, auro justitia, nullamque reus pertimescit pœnam, quam scit pecunia posse redimere, ut in c. pauper,* 11. *q.* 3. ideo ne sint faciles prælati ad compositiones faciendas super delictis, sed castigent ea pœnitentiis salutaribus afflictivis, ne delinquentes deteriores fiant in posterum, juxta illud *Matth. c.* 5. *Vade, & amplius noli peccare, ne deterius aliquid tibi contingat*: vide omninò Host. *in sum. tit. de offi. ordin.* 2. *quid pertinet, nu.* 4. ubi dicit, delicta debere puniri secundùm quæstum pecuniæ, & personæ sunt quæ delinquunt, non res, *c. prodest & severitas.* 23. *q.* 5.

Quartò, compositio debet fieri à judice ante vel in ipsa sententia: nam post illam non potest, cùm jam functus sit officio suo; Paul. Grill. *tract. de malef. tit. de composit. capit.* 1. *num.* 11. Diaz. *pract. crim. Can. cap.* 136. Foller. *pract. crim. fol.* 101. *num.* 32. *& infr.*

COMPENSATIO.

PRimò, licet fieri compensationem auctoritate propria occultè, quando quis non posset aliter habere suum iis viis. Primò, propter aliquem defectum. Secundò, propter injustitiam. Tertiò, propter ignorantiam. Quartò, ob judicem suspectum. Quintò, propter parvitatem rei, & magnitudinem fructuum in recuperatione. Sextò, quia ex lite simultates orientur. Septimò, vel quia si vellet litigare, amitteret gratiam & amicitiam illius, qui debet. Octavò, quando existimas debitorem oblitum esse restituere, Cajet. 2. 2. *q.* 66. *art.* 5. *ad* 3. gl. *in c. jus gentium, in ver. sedium*, 1. *d.* sed debent concurrere ex circumstantiæ, quas narrat Navar. *c.* 17. *nu.* 113. Sot. *lib.* 5. *q.* 5. *art.* 5. Sylvest. *in ver. furtum.* §. 15. Cajet. *ubi sup.* 3. *in ultimis verbis*, Panor. *in c. olim, il* 1. *de restit. spol.* Tiraq. *de utroque retract. in præfat. num.* 70.

Secundò, hoc ampliatur, etiamsi fieret excommunicatio, quia non propter

hoc tenetetur revelare ille, qui occultè accepit suum, Navar. *loc.cit. numer.*175. Angel. *in verbo furtum*, §. 21.

Tertiò, sed non liceret per vim & violentiam recuperare suum, etiamsi non posset aliter recuperare illud, Sot. *loc.cit.*

Quartò, compensatio an detur super liquido ex uno, & illiquido ex altero, vel super specie promissa ex una, & quantitate ex altera, vide Marant. 4. *par. dist. 6.num.*2. & Foller. *ibi, in addit. per multa dicta, & n.*39. & gl. *in c. cùm Joannes, in ver. compensare, de fide instrum.* & gl. text. *in c.*2. *de deposito*, vide Covar. *lib.*1. *cap.*2. *num.*14. *ver.*4. *var. resolut.*

Quintò, hoc solùm dicam pro practica, quòd quando actor habet debitum liquidum, & reus illiquidum, & vult uti remedio compensationis, quòd tunc ad hoc probandum, & ad impediendum executionem contra se, gloss. *in ver. in aliis*, dicit sufficere, si hoc probat spatio duorum mensium, sed quòd Foller. *ubi suprà*, hoc remittit arbitrio judicis.

Sextò, an compensatio habeat locum adversus executionem paratam, vide Capyc. *decis.*167. ubi dicit, quòd sic, nec obstare juramentum.

Septimò, idem dicit in instrumento in forma Cameræ, etiam obstare exceptionem compensationis, & hoc etiam arbitrarium judici, maximè, quando debitor esset pauper, & gravatus onere filiorum. Gallesi. *in tractat. de for. Cam. obligat. q.*2. *num.*6. *fol.*40. quod est notandum, & vide Capyc. *decis.*88. Ratio est, quia compensatio habet vim solutionis, & hoc valere etiam in statutis affirmat Tiraque. *de utroque retractu, titul.*1. §.3. *gl.*3. *nu.*2. licet Affli&t. *decis.*382. *n.*6. dicat oppositum, tamen valet compensatio contra instrumentum dotale, idem *decis.* 221. & *decis.*381. vide Covar. *libro* 2. *cap.* 11. *per totum.*

Octavò, an compensatio, seu exceptio usurarum impediat executionem instrumenti, habentis ex statuto executionem paratam, videlicet quodammodo remissivè, Tiraqu. *de retract. convent.* §.3. *gl.*1. *num.*36.

Nonò, an compensatio admittatur in depositio, vide Panor. *in capitu.*2. *num.*1. 6. & 10. *de depos.*

COLONUS.

PRimò, verum est, quod colono propter sterilitatem fit remissio, *cap. propter, de loc. & cond.* similiter tempore belli fit remissio, Angel. & Doctor. *in l. si merces. ff. locat.* Novell. *de jure protim.* §. 8. & 9. *num.*81. tamen hoc fallit primò, quando colonus renunciavit omni legum & juris auxilio, &c. quia tunc illa clausula operatur, quòd etiam simplici conductori, sive ob sterilitatem, sive ob alium quemcunque casum, non fit remissio alias à jure fieri solita. Capyc. *decis.* 87. *nu.*10. & *decis.*88. vide omninò Dyn. *in c. contractui, à num.*11. & *ibi addit. de reg. jur. lib.*6. ubi satis explicat, an ex natura contractus quis teneatur de casu fortuito, facit ibidem text. & gloss. *in cap.*1. *de pact. & ibi gloss. in fi. eod. lib.*6.

Secundò, quando habet locum remissio, vide Sylvest. *in ver. locatio*, §.13. & Flor. Theolog. 4. *sent. de contract. locat. & conduct. art. unico, dub.*1. ubi concludit, quod

quod quando fit in quantum solum sufficit ad expensas facta in dicto agro, non tenetur solvere pensionem, vide Covar. *prac.qq.c.30.per totũ*, vide Capyc. *dec.167.* & Galef. allegatum *in verb. compensatio, distinct.4.& 5.* Vide Iser. *in usu feud.rubr. de controve.invest.num.18. in princip.* vide Joan.Vinc.de Anna. *in allegat.21.nu.15. & 16. l.qui fundum,ff.locati*, & Negusant. *tract. de pignor. in 1.membr. 2.p. num.6.cum sequentibus*, & dicam *inferius in ver. emptio*, *num.4.* sed Innoc. *præcipuè in c. propter sterilitatem, de loc. & cond. num.2.* dicit primò, de vastatione inimicorum. Secundò, de inundatione fluminis insolita. Tertiò, de terræ motu. Quartò, de incursu hostis corrumpentis fructus. Quintò, de lascivia exercitus transeuntis, sed non per incendium, Jason *in l.num.1.13. & 33. de jure emphyt.*

Tertiò, colonus multis aliis modis potest expelli quàm ob non solutam pensionem, Rodoan. *tract.de rebus Eccl. non alien.quæstio.79.cap.5.num.12.& ca. 6. fere per totum.*

Quartò, quando debeat præferri novo colono colonus antiquus, vide *in verb.jus congruum.* & Tiraq. *de utroque retract.§.1.gloss.18.nu.6.* & Afflict. *decis.* 238. ubi dicit sic fuisse decisum in facto in sac.Regio. Concil.Neapol. secus verò in inquilino; & an possit incidere arbores grandes, & fructiferas, & idem in usufructuario emphyteuta, vide Tiraquel. *da retract.conven.§.3.gl.1.n.22.* ubi negativè tenet ex communi sententia, sed distingue prout, *ibi num.21.*

Quintò, colonus expulsus ob deteriorationem perdit melioramenta, idem *ibid.cap.6.num.21.*

Sexto, colono non expulso non acquiritur possessio, & hoc facit pro caducitate, *l.peregrè, §.quib.ff. de acquir. possess.* Caputaq. *decis.182.p.3.*

Septimò, an si ego locavi domum meam alicui, & postea vendo usumfructum illius alteri, possit usufructuarius expellere conductorem; respondetur quòd sic, Cap.Tholos. *quæst.420.* & idem in colono *addit. ibi.*

CONFRATERNITAS SEU SOCIETAS SPIRITUALIS.

PRimò, An liceat recipere aliquid à confratribus introeuntibus ad dictas confraternitates? Respondetur affirmative, modo justa causa fiat, ut pro alendis pauperibus, vel hujusmodi, Sylvest. *in ver. Confraternitas.*

Secundò, controversiæ quæ passim oriri solent inter confraternitates de prædecentia, determinari debent juxta formam Bullæ Gregor. XIII. *quæst est 13.fol.1323.* & vide *inferius in ver. processus, §.3.*

Tertiò, confraternitates, seu collegia laicorum, coram quo judice comparere teneantur, vide Vinc.de Annan. *singul.90*

Quartò, ut confraternitates istæ non dicantur laicales, requiritur primò, ut habeant Hospitale cum campanili, & campana, & ibi celebrentur missæ, & tunc sunt subjectæ Episcopo, qui est locus pius de jure, Caputaq. *dec.328.p.1.* vide *in ver.Hospitale,dub.1.* Navar. *cons.3. de for.compet.*

DIMIS-

DIMISSORIÆ AD ORDINES ECCLESIASTICOS.

DImissoriæ commendatitiæ, seu testimoniales Ordinariorum sunt necessariæ ad Ordines ecclesiasticos suscipiendos, ita sac. Conc. *sess.23.cap.8.in fine, de reform.* & si secus fiat, ipse Episcopus ordinans est suspensus per annum à collatione ordinum, & ipse ordinarius est suspensus ab executione susceptorum, quousque videbitur suo Ordinario, Navar. *cap.25. num.70. notab.5. c.nullus, de temp. ordin. lib.6. cap.primatus*, 71. *dist.* Bulla Pii II. quæ incipit, *Ex sacrorum*, ubi etiam ponitur, quod per hoc possit sic ordinarius privari beneficiis, Sylvest. *ver. irregularitas, num.12. in fin.* Sot.4. *sent. d. 25. quæst.1. art.3.* Selva *tract. de benef. 4.p. quæst.7. num.8. ver.3.* Diaz. *pract. crim. Can. c.22.* ubi etiam dicit, quod idem censeri debet, si ante ætatem, vel extra tempora, vel sine titulo. Ex hac conclusione multa oriuntur dubia.

SUMMARIUM.

1. *Quis sit iste Ordinarius, à quo iste ordinandus debeat habere istas literas dimissoriales.*
2. *An hoc decretum etiam locum habeat in ordinibus minoribus.*
3. *An cum sic ordinato possit dispensari ab Episcopo.*
4. *An durante suspensione in illo, qui ante ætatem, postea veniente requisita ætate indigeat dispensatione, si interim non administraverit.*
5. *Quomodo fieri debeant istæ literæ dimissoriales.*
6. *Quomodo admittuntur, seu deperdantur istæ literæ, quomodo probari possint Episcopo cui aliquis ordinandus mittitur.*
7. *Quid dandum, sive solvendum sit pro ipsis.*
8. *An vetustiores, vel recentiores debeant esse.*
9. *Quando expirent morte concedentis.*
10. *Quando Ordinarius esset suspensus, excommunicatus, vel interdictus, à quo Clerici debeant habere has literas.*
11. *An pro præsentatione dimissorialium Notario Episcopi sit aliquid solvendum, vel Secretario.*

AD Primum. Gloss. *in cap. primatus, in ver. obtineat. 71. dist.* dicit posse haberi ab Ordinario domicilii, quod potest intelligi duobus modis. Primò, si quis transtulit domicilium ab urbe Romana ad Mediolanum, & ibi moratus fuerit etiam decem annos, quòd non videtur posse ordinarius Mediolan. dare istas literas. Ratio est, quia istæ literæ debent esse testimoniales, de probitate morum, sufficientia, & natalibus, quòd non posset Mediolanensis Ordinarius facere, & ita memini Illustrissimum, & sanctæ memoriæ Cardinalem Borromæum Archiepiscopum Mediolanens. noluisse dare has literas cuidam Clerico Mediolanensi, qui per aliquot annos moram traxerat Neapoli, nisi priùs ab Archiepiscopo Neapolitano habuisset approbationem de ejus probitate. Secundò, si quis à teneris annis transtulerit domicilium aliquò, ibique commoratur esset

esset per multum temporis, & est persona cognita, quòd tunc bene diceret gloss. prædicta. Ratio est: nam magis cognitus est in loco domicilii quàm in loco originis, *cap nullus. de temp. ordin. libro 6.* dicit ab Episcopo originis, domicilii, & beneficii, hic textus quoad domicilium debet intelligi, prout gloss. superior, quoad etiam abnuit gloss. *in d.ca. nullus, in ver. domicilium.* Quo verò ad Episcopum beneficii, non potest stare, si in loco beneficii non fuerit; prout dixi *in intellectu glossæ*, propter eandem rationem: potest enim habere quis beneficium in aliqua diœcesi, ibique commoratum fuisse per aliquod tempus, & Episcopus illius loci ignorare natalia, mores, & alia hujusmodi, etiamsi hoc esset beneficium, ad cujus titulum ille vellet promoveri, quia hoc etiam pertinet ad Ordinarium originis, nisi esset beneficium curatum, vel Canonicatus, vel qualificatum, vel requirens residentiam, quia tunc posset, quia est verè subditus ipsi. Dices, Concilium *sess. 23. c. 9.* requirit in familiare triennium, & beneficium; si sufficit beneficium, cur est opus triennio? Respondetur, vel quando beneficium esset tenue, vel quando vellet eum ordinare respectu familiaritatis: sed quando vellet eum ordinare ratione beneficii, requiritur, vel quòd beneficium sit qualificatum, vel quòd sit sufficiens, & tunc statim facta collatione potest eum ordinare absque expectatione triennii: nam in hoc adsunt jura vulgata, & Navar. *cons. 15. 18. & aliis de temp. ordin.* docet quòd ratione beneficii possit Episcopus ordinare suum beneficiatum, gloss. *in capit. statutum, in §. cum verò, in verb. unam dictam de rescript. libr 6.* dicit hoc posse ordinarium originis, & domicilii, per textum *in capit. nullus, ubi suprà*, quod debet intelligi, prout suprà: Sit conclusio, ego censerem, nullum Ordinarium posse dare has literas, nisi originis, vel domicilii translati à teneris annis, ubi habitasset usque ad tempus promotionis: ad hoc moveor, primò, per *capitulum 5. ead. sess.* ubi dicit, debere publicè in Ecclesia proponi desiderium illius, qui debet promoveri, & parochus post captam informationem diligenter à fide dignis, de natalibus, ætate, & moribus, eum mittere ad Episcopum: sed quomodo hoc poterit fieri in loco domicilii, vel beneficii si ibi fuerit per breve tempus? Rebuff. *ubi suprà, fol. decimooctavo, & decimonono*, nec obstat primò, quòd quis per decem annos efficiatur civis alicujus loci, *in lege secunda, C. de incol. libro 10.* quia ibi agitur de privilegiis temporalium. Nec secundò obstat *cap. 9. ead. sess.* ubi habetur, Episcopum posse ordinare suum familiarem, si per triennium secum fuerit commoratus, quia debet intelligi, servatis, servandis. i. quòd quamvis hoc posset sine dimissorialibus Episcopi originis illius familiaris, tamen quòd debeat multũ bene se informare, & servare ea omnia, quæ continẽtur *in d. c. 5.* juxta illud D. Paul. 1 *Timoth. 5. Nemini citiùs manus imponas* Rebuff. *tit. de Cler. & à qui. & quom. creent. num. 24.* Secundò, moveor per *c. 13. ead sess.* ubi dicitur, quòd debeat habere bonum testimonium. Tertio, moveor, per *cap. 8. ibidem*,

ubi dicitur, quod ejus probitas ac mores, Ordinarii sui testimonio commendentur, quod non potest fieri nisi ut supr. Rebuff. *de lit. dimiss. num. 6.* Nec obstat, quòd beneficiatus ratione beneficii efficiatur civis, donec ibi teneat beneficium, Boer. *decis.* 260. *num.* 20. quia hoc valet, quoad alia privilegia, quibus potest uti ut civis. Moveor quartò, per ea quæ dicit Boer. *decis.* 13. *n* 3. quòd domicilium sui originis non potest quis per mille annos mutare, nec illi renunciare: ergo semper prævalet, quamvis alibi diu habitaverit, vide Innoc. *in c.* 1. *num.* 2. *de cler. pereg.* vide omninò Abb. *in cap. fraternitati, num.* 2. *&* 3. *de Cler. non resid.* Quintò, verum in Archiepiscopali curia Neapolitani audivi & vidi concedi has literas habentibus tria requisita copulativè. Primum, ut habeant domicilium ibi à multo tempore (quod sufficit per 10. annos, prout dictum est *sup.*) Secundum, ut in aliis actibus declarint, se velle habitare ibi, & non habere animum revertendi ad locum originis inhabitandum. Tertium, ut omnia bona sua, quæ in loco originis habebant, Neapolim transtulerint, vel majorem, vel dimidiam partem illorum, & pro informatione capienda de natalibus, poterunt vocari testes à loco originis, ad locum domicilii, cùm ibi sint magis noti, quàm in loco originis: & hoc potest stare, cùm non repugnet sac. Conc. & sit conforme juribus & doctrinis allegatis. Similiter de dimissoriis pro celebratione Missarum, & aliis Sacramentis administrandis. Sextò, similiter hoc anno 1502. audivi à D. Reverendissimo Episcopo fuisse concessas dimissorias ad Ordines ecclesiasticos cuidam Hispano, cui solum harum contemplatione priùs contulerat quoddam ecclesiasticum beneficium, sed nescio quo jure, nisi per superiùs dicta, & Innoc. *in c. ex parte* 1. *de foro com.* dicit, quòd si quis habet magnam partem suorum bonorum alicubi, ibi dicitur habere domicilium. Hoc idem confirmat Caputaq. *dec.* 8. *p.* 2. & sic dicit fuisse Romæ decisum prima die Julii 1551. facit quod notat Host. *in sum. tit. de temp. ordin.* §. *& à quo, n.* 5. Facit quod notat Navar. quòd Regularis ejectus à monasterio, & privatus habitu, tenetur stare sub obedientia Episcopi originis; & assignat rationem; quia domicilium originis est immutabile, *l. assumptio. ff. ad municip.* Navar. *in c. non dicatis*, 12. *q.* 1 *n.* 34 & Clarus *in pract. crim. q.* 39. *ver. quæro nunquid*, dicit, ibi propriè dicens aliquem habere domicilium, ubi habet familiam, & majorem partem bonorum. Præterea idem Navar. *in consi.* 2. *de temp. ordin.* dicit, quod si quis per quàcunque modicam habitationem in aliquo loco habet animum ibi permanendi, potest ad sacros ordines promoveri ab Ordinario illius loci, vel ab alio de licentia ipsius Ordinarii domicilii & idem *consi.* 3. *& consi.* 4. *de const.* & licet hæc vera sint, tamen tu consule quæ dicentur *in* 2. *par. vers. dimissoriæ*, §. 2. *& in* 3. *p. ver. dimissoriæ, initio*, ubi habebitur, posse quem promoveri ab Episcopo originis suæ, vel patris, vel de licentia ejusdem Episcopi, & sufficit quòd sit oriundus, & non natus, & sic etiam ratione beneficii.

An autem Abb. possint dare has literas

ras, respondetur quòd non, prout dixi *suprà, in ver. Abbates.*

Ad secundum. Videtur quòd sic. Primò, quia par ratio est: nam Conc. loquitur generaliter, *in d.c. in ver. unusquisque autem à proprio Episcopo ordinetur, quid si quis ab alio*, &c. Secundò, quia exercens aliquod attributum certo ordini ecclesiastico, etiam minori, efficitur irregularis, Sylv. *in ver. irregularitas, num.* 15. §. 13. Ang. *in verb. irregularitas, n.* 40. & *ibi gl. per multa*, Ar. *in ver. irregularitas, num.* 70. sed hoc solùm valet, si id faceret, ut clericus, & promotus in tali ordine, putà acolytus ferens intortitia, urceolos, & candelabra, deserviens Missis, & hujusmodi: secus si attendat aliquod exercibile etiã per laicos, Sot. 4. *sent. d.* 25. *q.* 1. *art.* 2. *col. fi.* Tabien. *in ver. irregularitas, n.* 4. §. 3. *conc.* 6. tamen his non obstantibus, concluso est, talem non esse suspensum. Ratio est: quia Conc. in initio capitis loquitur de ordinibus sacris, ut patet intuenti. Secundò, quia hoc latè notat Navar, *c.* 25. *n.* 70. *notab.* 5. Rebuff. *in reg. de Cler. ad sac. ordin. malè promot. gl.* 3. sed solùm peccaret mortaliter propter inobedientiam. Ampliatur hoc, etiamsi promotus esset ante ætatem requisitam ad illum ordinem minorem, prout dixi *in ver. ordo.* Navar. *loc. cit.* sed hoc non excusat ordinantem, quin conferendo primam tonsuram, vel minores, absque literis dimissoriis, incurrat pœnam, de qua *in capit. fin. de tempor. ordin. lib.* 6. ita Abbas *in capite* 3. *de parochiis*, hoc tamen fallit, si ordinaretur contra prohibitionem ordinantis, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, quia tunc esset excommunicatus, & irregularis, non quòd excommunicatio tunc pariat irregularitatem, sed quòd delictum suscipiendi tunc ordines, est irregularitas, ut sentit Sot. *loco citat. art.* 3. *col.* 7. *in verb. in ordinatione.* Navar. *loc. cit. notab.* 6. *c. cùm illorum, de sent. excomm.* & hoc passim solet fieri in ordinationibus prout in pontificali: si verò non fieret ordinatio sub pœna excommunicatonis latæ sententiæ, tunc non esset suspensus, Conc. *loc. cit. in ult.* Rebuff. *loc. cit.* Sed & bene inspiciatur sacrum Concilium *in dicto c.* 8. nullam facit distinctionem ordinum sacrorum, & minorum, & sic in omnibus ordinibus currit ead. pœna. Juxta *c. fin. de temp. ordin. lib.* 6. ubi se fundat sacrum Conc. Trid. & Gem. *in c. eod. tit. lib.* 6. *vers. tertio nota*, dicit, quod appellatione sacrorum ordinum, largè comprehenduntur etiam minores, tam in dante, quàm in prima tonsura. Gloss. *in c. eos qui, in ver. ordinaria*, & Gem. *ibi, loco citato*: sed hoc de prima tonsura, transit cum Canonistis, tenentibus eam esse ordinem, secùs verò cum Theologis asserentibus, non esse ordinem, sed dispositionem, cum quibus ego facilè sentio, cùm simus in pœnalibus, *c. odia, de reg. jur lib.* 6.

Ad tertium. Videtur, quòd si utatur eo ordine, solus Papa dispensat, Navar. & Sot. *suprà, colum. penult.* sed hoc non obstante contrarium est verius, quia si occultus, potest Episcopus dispensare, per *cap.* 6. *sess.* 24. *de reform.* Conc. Trid. Selva 4. *p. q.* 7. *nu.* 8. *ver.* 3. ex Gemin. *c.* 2. *col.* 2. *de temp. ord. lib.* 6. & text. ibi clarus

& gl. *in ver. manifestè*, Abb. *in c. vel non est compos, de temp. ord.* Host. *in sum. tit. de temp. ordin. §. & qualitas, num.* 34. *& tit. de ætat. & qualit. §. ætas*, imò etiamsi esset publicus stante necessitate, Host. *ubi sup.* sed Navar. *cons.* 16. *de temp. ordin. dicit*, quod ordinatus absque dimissoriis, si ad presbyteratus ordinem solum recipiens illum, si ad alios sacros, eosque exercens, indiget dispensatione à Datario. Ratio sua est, quia non videtur irregularitas occulta, sed publica; & dat rationem, quam videas *cons.* 26. *ibid.* quia ex lectura ipsarum dimissorialium patet publicitas: tamen ego censerem oppositum, quòd posset Episcopus, quia publicitas non dicitur, nisi sciatur à multis, & potest esse quòd dimissoriæ ab uno vel duobus sciantur, & sic non pariunt publicitatem.

Ad quartum. Sunt notanda quinque; primum si hoc facit scienter, i. quia sciebat se non habere ætatem, seu literas dimissoriales, vel non possidere patrimonium, & sciebat probationem, i. quòd si susciperet ordines sacros sine his, esset suspensus, & incurreret irregularitatem: dico quòd si non exercuit ordinem, ab Episcopo potest absolvi, & hoc est commune, Navar. *loc. cit.* & Sot. Secundùm, si verè exercuit, sed est occultum, Episcopus etiam potest dispensare, & absolvere, quicquid dicat Navar. *ibidem*; ratio, quia *c. 6. bonc. cit.* loquitur de omni irregularitate occulta, & excipit. Tertium, si sciebat, se non habere ætatem, vel alia requisita, sed ignorabat prohibitionem, & postea bona fide, & candida simplicitate exercuit ordinem, existimãs id sibi licere, tamen antequam exercuisset, egerit pœnitentiam de illo peccato, dico quòd tunc non est opus absolutione, nec dispensatione, Covar. *in Clem. si furiosus, 1. p. §. 1. n. 4. c. Apostolicæ sedis de cler. excommun. minist.* Covar. *in c. alma mater, §. 7. nu. 9. 1. par. de sent. excom. lib. 7.* Navar. *cap. 27. n. 156. not. 3.* Quartum, si tempore ordinationis ignorabat se non habere requisita prædicta, si non exercuit interim, sed expectavit usque ad ætatem requisitam, dico quòd tunc ea adveniente, non indiget absolutione, nec dispensatione, Covar. *loc. cit.* & Navar. *nu. 155. nota. 2.* Sylv. *in ver. irregularitas, n. 15. §. ver. quintum.* Ratio est, quia suspensio currit usque ad tempus completum, Sot. *loc. cit. in fin.* gl. *in Clem. unica, in fine de ætat. & qual.* Sylv. *in ver. ætas, n. 2.* Covar. *de sponsal. 1. p. c. 6. n. 16. in Clem. in ver. donec, de decim.* Navar. *loc. cit. n. 161. not. 4.* Abb. *loc. cit.* imò fortassis per istas doctrinas possit dici idem de eo, qui scienter ordinatus est sine istis requisitis, & non exercuerit ordinem quousque veniret tempus completum, & haberet requisita, & hoc præcisè loquendo: sed si poneretur latæ sententiæ, prout dixi *suprà*, incurreret irregularitatem, Tabien. *in ver suspensio, n. 10. §. 9.* Sylv. *in verb. irregularitas, n. 4. §. 2. per c. 1. de eo, qui fur ord. susc. & c. cum illorum, de sent. excom.* hoc habet Rebuff. *tit. de cler. ad sac. ord. ma. prom. gl. 2. n. 2.* ubi dicit, quòd est suspensus ab executione ordinis usque ad ætatem legitimã, *c. non est compos, de temp. ord. & c. dilectus, de ætate & qual. c. 1. de cler. per salt. prom.* Sot. *4. sent. dist. 25. q. 1. art. 2. juxta finẽ.* ponit suspensionẽ usq; quò attigerit ætatem legitimam.

legitimã :ergò ea adveniente, nõ est opus absolutione, cũ id sit regulare in suspensione temporanea. gl. *in Clem.* 1. *in ver. donec, de decimis,* Navar. *in c.* 27 *nu.* 161. Sylv. *in ver. suspensio,* §. 8. *cum aliis vulgatis,* tamen tutius videtur, si petant absolutionem antequam ministrent, etiam habita ætate requisita, nam ita respondit sac. Cong. in facto pro Ecclesia Bononiensi, *declarat.* 527. *in meis,* in hæc verba: *Quoad promotos ante ætatem, visum est posse concedi facultatem domino visitatori dispensandi in hac cum hujusmodi promotis, cum ad ætatem legitimam pervenerint, & illos arbitrio suo ad tempus suspendere,* licet posset dici, quòd tunc casus erat publicus, ut patet ex lectura dictæ declarationis, & quòd exercuerint ante ætatẽ, quia utitur verbo *dispensationis,* tu tamen elige tutius, & Navar. *in c. novit. de judic. in* 5. *opposit. n.* 33. *& infrà.* dicit quòd si quis temerariè suscipit ordines, id est, sciens se illegitimè illos sumere, sed bona fide facta pœnitentia illius malæ susceptionis, putãs id sibi licere, ia eis ministraverit, nõ effici irregularẽ, quia irregularitas nõ incurritur sine contẽptu. Vide Gẽ. *in c. ex eo, ver. possit, de elect. lib.* 6. ubi dicit recipientem ordinẽ sacrum ante ætatem, suspendi usque ad ætatem legitimam, & habet vocem in Capitulo, idem Zabarella *in Clem.* 3. *de etat. & qual.* Quintum, si non sciebat se esse in ætate legitima, vel non haberet requisita, & suscepit ordines bona fide, & habitâ scientiâ de hoc, exercet ordinem, non est irregularis, sed peccat mortaliter, toties, quoties exercuerit, donec adveniat ætas legitima. Ratio est, quia censura non retrotrahitur. Navar. *c.* 17. *n.* 172. *notab.* 10. Covar. *in c. alma mater,* §. 10. *num.* 6. *c. licet, de sent. excom. lib.* 6. Secundò, quia nec tunc ille incurrit censuram aliquam, quando excusabat ignorantia probabilis, & censura non incurritur sine peccato mortali, *c. nullus* 11. *q.* 3. ergo nec irregularis; ergo nec est opus absolutione, vel dispensatione; dixi committere peccatum mortale, quia mox sciens prohibitionem de non exercendo ordinem ante ætatem requisitam, facit contra jura, quod debent animadvertere ipsi ordinati, ad auferendum scrupulos, an in ipsa promotione Episcopus ordinator præmittat excommunicationem latæ sententiæ vel comminatoriæ: nam si primum, incurrunt irregularitatem; si alterum, solum peccatum mortale.

Ad quintum. Dico, quòd in litteris dimissoriis ista debent exprimi necessariò, præter alia, quæ solent admisceri, secundùm varios Curiarum ritus, diversasque minutas. Primùm, ut à quocunque Catholico Episcopo, gratiam & communionem Sedis Apostolicæ habente ad hoc, nec si Episcopus ordinator hæreticus, vel schismaticus vel præcisus aliqua censura, seu pœna ecclesiastica innodatus, vel quòd renunciaverit, *cap. ego enim, de jurejur, & per titulos,* ut patet apud omnes Scribentes. Navarrus *capitulo vigesimoquinto, numero sexagesimonono, notab. tertio,* Glossa *in cap. cùm nullus, in versic. Episcopo, de temp. ordin. lib.* 6. text. *in c. veniens, de præscript.* & Gemin. *in d. c. cùm nullus.*

Secundum, ut à quocunque: quia si

diceretur à tali Episcopo singulariter, & ille non posset ordinare, sed faceret tenere ordinationes ab alio Episcopo in sua Cathedrali, vel diœcesi, tunc ille Episcopus non posset ordinare, nisi personas subjectas illi ordinario, in cujus diœcesi, & de cujus licentia tenet ordinationes, & sic intelligunt *cap. 5. sess. 6. Conc. Trid. de reform.* ad hoc, ne contradicat *c. 11. sess. 7. de reform.* & sic censuit sac. Congreg. *declar. in meis, num. 2.* & Rebuff. *de lit. dimiss. num. 2.*

Tertium, ut exprimatur causa quare à suo Episcopo non posset quis promoveri, *sess. 7. cap. de reform.* ut habentibus legitimam causam in litteris exprimendã, Gemin, *in cap. 1. circa initium, de temp. ord. lib. 6. not. 5.* causa verò est ægritudo, ut *in cap. 3. sess. 23. de refor.* & appellatione impedimenti ægritudinis, veniunt omnia justa & legitima impedimenta. Phil. Franch. *in cap. unico, de Cler. non resid. lib. 6.* Rebuff. *de for. lit. dimiss. num. 28.*

Quartum, ut ponatur ordinandum esse idoneum, & habilem prævio examine repertum, quia secùs litteræ non valerent, Conc. Trid. *sess. 23. de refor.* ubi dicit subditos suos non aliter quàm jam probatos, & examinatos ad alium Episcopum ordinandos dimittant, hinc nota, quòd in nonnullis dimissoriis invenies, suam conscientiam exonerantes, & hoc est superfluum, aliquando suam conscientiam onerantes, & ideò sunt rejiciendæ hujusmodi dimissoriæ, cùm sint contra formam Concilii, & licet fiat approbati à suis Ordinariis & dimissoriis, tamen possunt & debent iterum examinari ab Episcopo ordinante, sac. Conc. Trid. *sess. 7. c. 2. de refor in fine*, ubi loquens de Episcopo ordinante alienos subditos, dicit, *& diligenti prævio examine*, & hoc observatur ab omnibus doctis & piis Episcopis, licet multi hoc perperam intelligant cum magno detrimento earum conscientiarum, & damnatione ordinatorum.

Quintum, ut ponatur titulus, ad quẽ promovetur, quod potest esse, vel beneficium vel pensio, vel patrimonium in clericis sæcularibus, vel professio in regularibus, Conc. Trident. *sess. 21. cap. 2. de reform.* Abb. *in capitul. non liceat, num. 3. de præbend.*

Sextò, si vicarius generalis vellet dare has dimissorias, residente Episcopo in diœcesi, vel Archiepiscopo in provincia, debet exprimere in dimissoriis, se habere dictam auctoritatem specialiter, *c. nullus, de temp. ord. lib. 6.* Rebuff. *in for. vicar. n. 47.* nisi Episcopus esset in remotis, quia tunc posset absque specialiter. Rebuff. *loc. cit. n. 48.* & tunc posset uti his verbis, *juxta auctoritatem seu potestatem nobis desuper specialiter concessam*, text. Gl. & etiam Gemin. *in d. c. cum nullus.*

Septimò nota, quòd solùm in dimissoriis ad ordines Subdiaconatus, est necessariò exprimendus titulus ad quem ille promoveri desiderat, non in Diaconatus & Presbyteratus dimissoriis; ita in Pontificali, ubi quando vocantur Subdiaconi, solùm ponitur titulus ad quem, facit quod dixi *inferius in ver. designatio, §. 3. dub. 3. & in ver. clericus, nu. 7. conc. 7.* & Bul. Pii V. *quæst. 11. fol. 99.* & Host. *in summa, tit. de rescript. num. 24. juxta finem.*

finem. Et si dicas, de stylo Curiæ Romanæ, ponitur etiam titulus in Diaconatu & Presbyteratu, ut apparet in Bullis, quas vidi impetrari à quibusdam, ut possint promoveri, vel extra tempora, vel non servatis interstitiis, ex favore devotionis, ut ajunt; Respondetur primò, quòd si Papa dat dictas Bullas ad omnes tres ordines sacros, explicat titulum in primo ordine sacro, nempè Subdiaconatu, præsupponens illum non posse renunciari ab ordinato per Decretum sacri Concilii Tridentini, ob Bullam Pii V. sed si dat Bullas solùm ad Diaconatum, vel Presbyteratum, simul explicat titulum, quia fortassis summus Pontifex dubitat illum habere titulum, vel si habebat, forsitan illum dimisisset, & ideo hoc explicat, vel quòd sit sufficiens, id verò quod nos dicimus, intelligitur, quãdo quis promovetur à suo Ordinario, qui jam scit illum habere titulum, tunc enim sufficit illum adnotare in subdiaconatu.

Hic est primum dubium, in nonnullis religionibus reperiuntur pauca, vel nulla beneficia, vel pensiones, ad quarum titulum possent promoveri clerici, & adeò pauperes carentes patrimonio, an isti possint promoveri ad titulum Ecclesiasticarum receptivarum, & videtur, quòd non, per *d. c. allegatum, ubi sup.* ubi in secularibus clericis solum beneficium, vel pensio, vel patrimonium, & in Regularibus professio deberet esse pro titulo, nonnulli dicunt, ad titulum paupertatis, urget etiam Bulla Pii V. tamen concluso est, posse ordinari istos ad titulum Ecclesiæ receptivæ, habetur ex c. neminem, 70. dist. & ibi gl. & Conc. Trid. *loc. cit. cap. 16. de reform.* ubi dicitur: *Inhærendo decreto Conc. Calcedonens. nullus in posterum ordinetur, quod illi Ecclesiæ, vel pio loco, pro cujus necessitate, aut utilitate assumitur, non ascribatur, ubi suis fũgatur muneribus, nec incertis vagetur sedibus, & infrà,* & quæ dicantur Ecclesiæ receptivæ, vide *sess. 23. c. 8. de refor.* præterea adest practica, quia sic vidi practicari, quia sic vidi practicari, & practicavi etiam dum essem Vicarius, vide Panor. *in c. postulasti, n. 2. & 3. de jure patron.*

Secundum dubium est, aliquis Clericus, qui vult promoveri ad sac. ordines, non habens sufficiens patrimonium, nec portio sibi contingens ab Ecclesia sufficit, sed utraque juncta simul sufficerent, an possit ad hunc titulum clericus ille promoveri? & videbatur quod non, quia Conc. *sess. 21. c. 2. de refor,* dicit, quod beneficium ecclesiasticum debeat sufficere honestè ad victum, & patrimoniũ; ubi pensionem debere esse satis ad vitam sustentandam, tamen hoc non obstante, contrarium est verius. Ratio, quia intentio Concilii est, ut Clericus sit promotus, habeat sufficientem victum ad hoc, ne cogatur cum ordinis dedecore mendicare, aut sordidum quæstum aliquem exercere, *cap. Diaconi, in ver. nunc autem. 93. dist. & in c. Episcopus, & ibi gl. in ver. subsidium, & c. tuis, & ibi gl. in ver. patrimonialibus, de præb.* facit quod *in d. cap. 2.* dicitur, quòd ille, qui est promotus ad titulum beneficii, non potest illi resignare, nisi constituto, quòd aliunde vivere commodè possit, ergo attenditur commoditas vivendi. & non tantum

unitas

unitas tituli : accedit quòd si in aliqua terra, vel oppido esset paupercula Ecclesia, non habens sufficientem portionem pro titulo, & clericus habere non adeò sufficiens patrimonium, quòd non possit promoveri, & sic plebs remaneret sine Sacerdote, & Ecclesia sine ministro, quod non est dicendum. Facit *c. Clericus victum, 91. distin.* ubi permittitur clericum exercere aliquod artificiolū sine detrimento officii sui, quod est D. Hier. *in lib. de seq. ord. Ecc. capitulo quinto.* Facit quòd duo vincula magis ligant, & quod duo insufficientia faciunt unum sufficiēs, & quòd Conc. requirit titulum compactum ex duobus, & medium, ut habetur ex Philosoph. *quinto physic.* sapit naturam extremorum, & medium est sua extrema. facit quod notat Tiraquel. *de utroque retract. titul. primo*, §. 30. *glos. 3. n.* 30. Isern. *in rebus, quæ sint regalia, num.* 1. sed petet quis, ad quem tit. istum promovendum fore ponetur in dimissoriis? Dico ad tit. Ecclesiæ, *argum. cap. unico, de jure patron. lib. 6.* ubi dignus trahit ad se minùs dignum, Selva 3. *par. quæ.* 11. *n.* 17. *& num.* 18. Staph. *de lit. grat. fol.* 94. *num.* 3. Gimont. *de expectat. fol.* 395. *n.* 18. *& c. per tuas, de arbit.*

Tertium dubium, agendum, quando nec clericus habet patrimonium, nec adest portio beneficii, seu Ecclesiæ recepturæ? Respondetur primò, quòd non esset ordinandus per jura superiùs allegata, & Doctor. Dices, ergo populi stabunt sine Sacerdote? Respondetur, quod tunc temporis erit practicanda doctrina, Concil. *sess. 24. capit. decimotertio, in ver. in parochialibus, de reformat.* ubi dicitur, quòd per primitiarum, vel decimarum assignationes, aut per parochianorum symbola ac collectas, aut aliqua commodiori, quæ Episcopo videbitur, ratione, tantum redigatur, quod pro Rectoris, aut parochi dicto decernitur, sufficiat, quod jure divino, & naturali, nedum humano fieri potest, & debet, Covar. *libro primo variarum resolutio. cap.* 17. *num.* 3. D. Thom. 2. 2. *quæst.* 87. *art.* 1. *& 7. in corpore*, & ad primum Turrecrem. *in c. omnis Christianus, de consecrat. distin. prima, & ibi gl. in ver. vacuus*, Selva *loc. cit. prima par. q.* 5. *nu.* 168. idem statuit de reparatione Ecclesiæ sacr. Conc. Trid *sess.* 21. *cap.* 7. *de refor. & c.* 1. *de Eccles. ædific.*

Quartum dubium, de quantitate patrimonii ad cujus titulum quis posset promoveri? Respondetur primò, juxta qualitatem personarum, *argumento cap. de multa, de præb.* Secundò, quod alibi 36. ducatorum de regno, & sic vidi practicari in tribus Archiepiscopatibus; pro quo faciunt quæ dixi *in ver. beneficium*, §. 8. *concl.* 8. Tertiò, quòd non potest dari certa regula, quia hoc arbitrio Ordinarii committitur : nam alibi 24. alibi 18. ducatorum vidi assignari. Sed clarioti praxi accessit nuper declaratio sacr. Congreg. qua fertur ipsum censuisse, sufficere viginti quinque ducatos de regno, pro titulo ad sacros ordines, prout audivi fuisse rescriptum ab Illustrissimo Cardinali Montis Elpari ordinis Eremitarum Sancti Augustini ad Reverendissimum Archiepiscopum Amalphitanum, anno elapso 1599. quod mea quidem sententia potest intelligi, in infima con-

consideratione: nam in hoc casu etiam debet dari sua latitudo, seu sphæra activitatis, prout dixi *in ver. pretium*, & facit *dictum capit. de multa, de præbend.*

Ad Sextum. Quia multoties deperduntur dimissoriæ, vel Bullæ, quid agendum? Respondetur quòd de Bullis vide *in ver. Bullæ*, ubi dicitur, quod per alia argumenta, per indicia, & testes possint probari, *c. 2. & 3. de Cler. pere.* gl. *in c. nullus. 98. dist.* Guid. Pap. *q.* 445, & 479. De dimissoriis verò dicerem quod non ita facillè testibus credendum esset: ratio diversitatis est: quia multa facta tenent, &c. & turpiùs ejicitur quàm non admittitur hospes, maximè, quando sumus in terris vicinis, ut in Italia, quia possunt mittere ad suum Ordinarium, ut alias habeat; si verò essent alienignæ magis verendum, *c. Aphros, de Cler. pereg.* si esset persona, quæ probaret testibus idoneis de tenore dimissorialium, puta de idoneitate, probitate, titulo, & aliis requisitis, & fortassis expiraret in illa ordinatione annus, *c. licet Canon. de ele. lib. 6.* vel aliqua alia urgens necessitas, quòd tunc stante hac probatione, sufficienter posset promoveri, per jura superiùs allegata, & per rationem glossæ *in d. c. nullus*, quòd magis credendum est voci vivæ, quam mortuæ, gloss. *in c. testes 4. qu. 2. c. cùm Joannes, in versi. porrò, & ibi gloss. in ver. quodlibet instrumentum, de fide instrũ.* Cov. *pract. qu. c. 20. n. 6. conclusio prima, decis. Rot. 5. de offi. ordin. in novis.* vide Sylv. *in ver. peregrinus, in fine, c. cùm olim, de privil.* quamvis ad tex. c. licet Canon, possit dici, quod omissis dimissorialibus sine dolo, vel malitia, tunc non curreret tempus, tanquam legitimè impedito, *c. commissa, in 2. responso, & in d. c. licet Canon, in versi. privatus, circa ultimum.* Rebuff. *in for. lit. pri. tonsu. num.* 23.

Ad Septimum. Nec pro litteris dimissoriis aut testimonialibus, nec pro sigillo, nec alia quacunque causa, etiam sponte oblatum, Episcopi & alii locorum Ordinarii collatores, aut eorum ministri, quovis prætextu aliquid accipiant. Notarii verò in his tantum locis, in quibus non viget laudabilis consuetudo nihil accipiendi pro singulis litteris dimissoriis, aut testimonialibus, decimam partem unius aurei tantùm accipere possũt, dummodo eis nullum salarium sit constitutum, pro officio exercendo, prout in Con. Trid. *sess. 21. c. 1. de refor.* ex quibus elicio hæc; Primum, quòd quando in dimissorialibus datur facultas ad quatuor minores, quia singulæ faciunt unũ, non potest accipi, nisi decima pars, & non quatuor partes, quia attenditur singulatitas literarum, & non pluralitas ordinum, & attenditur qualitas laborum & non ordinis, Sylvest. *in ver. simonia, numero 8. §. 8. ver. quintum.* Secundum, secus quando pro pluribus ordinandis in unis litteris dimissorialibus scriberetur; ratio est, quia tunc plures sigillatim conferuntur, & sic vidi practicari. Tertium, quia juxta quarundam diœcesum optimam consuetudinem, quando quis promoveri vult ad sacros ordines, fiunt ab Ordinario litteræ commissoriales parocho de informatione capienda, prout *in c. 5. sess. 25. de refor.* dico quòd pro istis litteris commissorialibus potest capi decima

dimissorialibus altera decima pars. hæc patent, quia Conc. *d.c.*1. loquitur de singulis dimissoriis & testimonialibus, præsupposito quòd dimissoriæ sint necessariæ, si ille Ordinarius ad alium Episcopum suum ordinandum mittat. Quartò, quod decima pars unius aurei debet æstimari secundùm locorum diversos utendi modos computandi pecuniam, ut in regno Neapol. unus carlenus, qui est decima pars unius ducati, & non more Romano, ut fit scutum de Camera, vel auri in auro, hæc patent, quia Conc. Oecumenicum est, i. universale, & non coarctatur consuetudini unius loci. Facit ad hoc reg. Cancel. *de exprimendo valore beneficiorum.* & ibi Gemin. *in præfat.* ubi Romanus Pontifex se accommodat monetæ, & pecuniæ valoribus diversarum regionum. Facit quod notat Navar. *tract. de numism.* §. 1. *& 2. c. qui subdiaconum*, 17. *q.* 4. *& c. conquerente, de offic. ordin.* hoc dixerim pro nonnullis locorum Ordinariis, quia nimium ad amussim hoc intelligentes aureum taxatum, sed nominatum ad sac. Conc. pro tredecim carlenis de regno esse computandum, & pro rata tantum faciunt solvere contra intentionem Concilii, & bonarum diœcesum ritum & usum, & quod dixi de dimissoris, idem de Bullis, quia istæ dicuntur testimoniales. Sylv. *in ver. peregrinus in fin.* & Hostiens. *in sum. tit. de offic. ordin.* §. *sunt autem quædam*, dicit quòd tam in quantitate quàm in qualitate pecuniæ est inspicienda consuetudo regionis, *c. nec numerus*, 10. *q.* 3. & sac. Congreg. pro aureo intelligit ducatum, ita *in declarat.* 519. ubi dicit hæc verba: *Notarii pro examine testium, quartam partem aurei seu ducati licitè accipere possint*: ubi loquitur pro examine testium in disputationibus matrimonialibus. Quintum, quòd si quis dat aliquid plus, incidit in simoniam, & non recipit ordinis executionem, *c.* 1. *de simonia. casi quis Episcopus, cap. placuit*, 1. *q.* 1. & ipse sic ordinatus esset excommunicatus excommunicatione Papali per *Extravag. Pauli II. quæ incipit, Cùm detestabile, in tit. de simon.* Navar. *cap.* 23. *notab.* 4. 5. *& 6. cap.* 25. *n.* 69. *notab.* 2. Sylvest. *in ver simonia, quæst.* 19. *& in verb. suspensio, num.* 7. D. Thom. 22. *quæst.* 100. *art.* 6. *ad primum argumentum*, & in hoc [illegible] advertant ordinandi, quia vice accipiendi ordines, accipiunt Papalem excommunicationem.

Ad octavum. Illustrissimus & Reverendissimus sanctæ memoriæ Carolus Borromæus, Archiepiscopus Mediolanens. *in edicto de sacra ordinatione, in* §. *afferent*, dicit, quòd non debent esse vetustiores duobus vel tribus mensibus à die sacræ ultimæ ordinationis computandis, nisi ob absentiam superioris: ratio est, quia si superior esset præsens, & ille haberet dimissorias veteres, ut suprà, potest interim esse illum incidisse in aliquam censuram, vel aliquod canonicum impedimentum, & sic esse inhabilem ad ordinem suscipiendum; si verò superior abesset, vel ipse ordinarius esset à longis regionibus, potest accidere, & probabiliter credi, cucurrisse tantum temporis curriculum absque aliquo defectu, facit quod notat Navar. *cons. unico, de cler. pereg.*

Ad

Ad nonum. Istæ litteræ expirant morte concedentis, Rebuff. *loco citato numero* 39. 40. & 41. ti scivit ipse ordinandus mortem concedentis, secus excusaret ignorantia, modò sit probabilis, *num.* 43. & 44. dicit quòd non expirat, quòd satis notandum : potest facere pro hoc, *cap. gratum & cap. licet, de offic. deleg.* ubi habetur, quod gratia morte concedentis non expirat, secus verò in odiosis, cujusmodi non sunt istæ litteræ dimissoriales, posset circa hoc facere difficultatem *cap. præsenti, de offi. leg. lib.* 6. & quòd dicit Dyn. *cap. primo, in fin. de reg. jur. lib.* 6. tu tamen cogita, quia videtur esse ratio diversitatis. Hoc clarè tenet Navar: *in c. placuit, n.* 34. *de pœn. dist.* 6. ex Cardinali, *in Clem. fin. de ele. q.* 5. & idem Nav. *ibidem, num.* 162. ubi affert multa concessa non expirare morte concedentis, ut licentiam de confitendo, de studendo, ob non residentiam, de indulgentiis, de confessoribus approbatis, de conferendis beneficiis, & aliis, & de Missa celebranda in domo privata. *& not.* 31. *n.* 26. & idem de gratiis concessis non solùm à Prælatis mortuis, sed etiam de translatis, *con.* 3. *de rescr.* de non residendo, *consi.* 15. *de cler. resid.* nec litteræ salvi conductus, sicut nec superiùs dicta expirant morte concedentis, Geminia. *in capitulo, quia per ambitiosa, notab. ult. de rescript lib.* 6.

Ad decimum. Si Episcopus originis, vel domicilii, prout suprà, fuerit irretitus aliqua censura publica, non potest dare has litteras dimissorias, nec ejus Vicarius. Primum probatur per *capit. secundum, de tempor. ordinat. libro sexto* & Rebuff. *pract. benef. de for. lit. dimiss. n.* 19. Secundum probatur per ea, quæ dixi *in ver. Vicarius*, §. 8. Summa Sacram. *tract. de excommunic. n.* 17. secus verò si fuerit occultè præcisus, quia tunc posset exercere jurisdictionem, & consequenter dare has litteras, *dicto cap. secundo*, & gloss. *in ver. manifestè*, Innoc. *in c. exceptionem, de except. num.* 1. *& in c. ex tuæ, de cler. non resident. n.* 6. & intellige de præciso juxta formam Con. Constanien. & Bullam Martini V. prout dicam *in ver. excommunicatio in causa formali*, §. *quibus casibus*, & in gloss. *in c. cùm dilectus, in ver. suspensis, de consuetud.* Sylv. *in ver. excommunicatio*, 3. §. 10. *&* 11. vide Abb. *in cap. 2. num.* 6. *ut lit. pendent.* Dices, ad quem ibunt clerici pro dimissoriis impetrandis, durante dicta suspensione, vel aliquo canonico impedimento sui Prælati? Respondetur quòd non ad Metropolitanum, quia in eos non habet jurisdictionem, nisi in causa appellationis, *in cap. pastoralis, & ibi gloss. de offic. ord.* sed dico, quòd possent promoveri sine litteris dimissoriis sui Episcopi à vicinioribus Episcopis, prout *in d. c.* 2. & Rebuff. *loc. cit.* Nec videtur obstare *c.* 3. *sess.* 23. *Conc. Trid.* ubi habetur, unumquemque à suo Episcopo debere ordinari, quia intelligi potest, habilibus stantibus terminis.

Ad undecimum. Respondetur quòd non primum, quia Concilium solùm loquitur de expeditione, & non de præsentatione, quod non licet alterare; secundo, quia isti non sunt libelli, vel actus judiciales, & sic vidi practicari Neapoli, ita alibi, & ipse practicavi in duobus Archiepiscopatibus.

DEROGATIO.

DE clausulis derogatoriis, vide *c. non nullis*, & ibi Doct. *de rescript.* Gom. *in c. 1. à numero 175. de constit. lib. 6. & q. 5. super reg. Cancel.* & Staph. *de lit. grat. fol.* 184. & ibi per multa; quando derogatur per clausulam generalem statuto jurato, vide Gomes. *in d. c. n.* 186. *& quæst. 78. de ann. possess.* & hoc nota pro practica quotidiana, quando veniunt Rescripta, seu Bullæ ab Urbe. Præterea, quando Episcopus habet alternativam, & vacat beneficium in mense suo, impetrans nihil impetraret, nisi Papa derogaret alternativæ, & hoc etiam in gratiis expectativis, Gom. *de expect. n.* 21. *& cap. primo, & cap. cùm ordinem, de rescrip.* quamvis Papa, seu Legatus concurrat accumulativè cum Ordinariis in quatuor mensibus, quos habent, vel sex, cum acceptatione alternativæ, prout gloss. *ubi supra. num.* 14. *& infra*, quia illud intelligitur, quando Papa scienter provideret, & hac intentione, ut præjudicet Ordinariis, secus verò in dubio, idem *ubi supra num.* 16. & ita intelligenda sunt, quæ dicit Rebuff. *in titul. de devolut. à num.* 44. *& infra*, & derogatio facta universaliter, per verba prægnantia, vel æquipollentia, non derogant fundationi juris patronatus laicorum, nisi in individuo derogetur. Caputaq. *decis.* 122.

DISTRIBUTIONES QUOTIDIANÆ.

SUMMARIUM.

1. *Quid sint.*
2. *De quibus bonis capi seu constituti debet.*
3. *Quibus debentur, & quibus non.*
4. *Quid de illis omissis fieri debeat.*
5. *Privilegia distributionum quæ sint.*

AD primum. Distributiones quotidianæ, est quædam portio, compacta, seu constituta ex redditibus Ecclesiasticis, dividenda inter servientes actu divinis officiis. Ista descriptio sumitur ex gl. *in c. unico, in ver. receperit, de Cler. non resid. libro 6.* & ex Conc. Trid. *sess. 21. cap. 3. de refor.* ubi videto; quia ibi habes quomodo constitui debeant, videto etiam *sess 24. cap. 15. de reform.*

Ad secundum. Videto Conc. Trid. *sess. 22. c. 3. de reform.* ubi habes ex quibus debeant constitui, & fieri, dubitatur an Episcopus possit sumere beneficia simplicia, ut aliquas præbendas pro constituendis istis distributionibus quotidianis, vel tenuibus impinguandis, & videtur quod sic, quia Conc. *loc. cit.* id videtur admittere, quando dicit, *ex proventibus quibuscunque dignitatum, personarum, & officiorum*, tamen in oppositum respondetur per sac. Congreg. *declarat.* 333. in hæc verba: *Nec pro distributionibus quotidianis Canonicorum cathedralis vel collegiatæ Ecclesiæ auferendum est quicquam de beneficiis, quæ sunt extra Ecclesiam Cathedralem, vel Collegiatam, nisi Ecclesiæ vel beneficia extra dictam Cathedralem vel Collegiatã existentia essent perpetuò unita præbendis Canonicatuum prædictarum Ecclesiarum, à quibus beneficiis extra prædictas Ecclesias, si quid ob eã causam exactũ esset, debet restitui, & de cætero ab hujusmodi exactione abstineatur*, & ita etiam fuit responsum ab eadem sac. Congr. Archiepis-

chiepiscopo Genuensi in facto.

Ad tertium dico, Primò, quòd istæ distributiones debentur interessentibus divinis officiis, hoc patet ex locis allegatis. Secundò, debentur alicui in dignitate posito, & ratione illius dignitatis habet curam animarum extra civitatem, tamen intra diœcesim, quia dum servit inibi, habetur pro præsenti, Conc. *licit.* §. *qui si alicui.* Similiter, & tantùm magis, si cura esset intra civitatem, à majori ad minus: secus si extra diœcesim, secus etiam, ubi aliter haberet consuetudo, Conc. *l. c.* §. *hæc in iis.* Tertiò. Sacerdoti audienti sacras confessiones, vel ministranti alia Sacramenta intra Ecclesiam, vel extra, Conc. *sess.* 24. *c.* 8. *in fine de reform.* Quartò, studentibus qui legitimâ licentiâ obtentâ studiorum causa absunt, qui distributiones quotidianas omnes percipere debent, exceptis incertis, & quotidianis proventibus, qui sacris inserviunt, ita *sac. Congr. declar.* 239. Quid si præbendæ non sint distinctæ, sed omnia percipiantur de communi, nec datur aliquid illis qui non intersunt horis Canonicis, gl. *in ca. licet de præbend. in fine*, dicit, quòd integrè debeant habere istas distributiones studentes in sacra Theologia, habitâ ratione victus ordinarii, idem Host. *in c. de cætero, de Cler. non resid.* & ibi Innocent. & de his intelligitur dicta declaratoria, alioquin esset contraria *c. licet*, cum multis similibus: & ratio est, quia istæ dicuntur distributiones impropriæ: cùm potiùs veniant in massam communem, & in fructus beneficii, quia non actu quotidie dividuntur, sed procurator Capit. seu Collegii exigit illas, & sic exactas dividi inter Canonicos, seu presbyteros, ita Cardin. Parisius *consi.* 32. *columna quarta*, & gl. *in dicto c. unico.* ampliatur etiam, si iste cumulus distributionum fieret ex eleemosynis quotidianis, & in Ecclesia non essent alii fructus, seu redditus, quàm ipsæ quotidianæ distributiones, Abb. *in cap. ultim. de mag. & in c. licet de præb.* Oldradus *cons.* 300. *num.* 2. & ratio est, quia tunc studentes absentes non lucrantur distributiones quotidianas, quando sunt separatæ à fructibus beneficii, Afflict. *dec.* 298. & ratio rationis est, quia tunc studentes debent esse contenti fructibus solius præbendæ distinctæ. Sextò, debentur infirmis, *c. uni de Cler. non resid. l.* 6. non enim debet addi afflictio afflicto, Abb. *in c. ad audientiam, extrà eo. tit.* & hæc ampliatur, etiamsi culpa sua effectus esset ægrotus, ut quia fuit vulneratus, vel incidit in morbum Gallicum, Covar. *lib.* 3. *c.* 23. *num.* 8. §. 7. *vers. resolutionum, & lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 9. §. *contrariam sententiam*; Franc. & Gemin. *in d. c.* & hoc intelligè, si ægrotaret in oppido, seu terra, ubi est Ecclesia sua, Covar. *ibidem*, *vers.* 8. similiter de injustè carcerato, si retinetur ubi est Ecclesia sua, Covar. *ibidem*, *vers.* 11. Hoc fallit primò, in levi infirmitate, nisi esset periculum, quòd gravaretur si horis Canonicis interesset, & gl. *in d. c. unico in vers. infirmitas*, dicit, quòd si talis infirmitas, quæ excusat à celebratione divinorum, per *c. significatum, extra. de præbend.* alioquin teneretur ad restitutionem, & sic non excusaret febris quartana, nisi tunc grassaretur, quando

celebrantur horæ Canonicæ, Abb. *in c.1. in fine de celeb. miſſ.* ſac. Congr. *declarat.* 267. vide Cardin. *in d. cap. ad audientiam*, Selva *tract. de benef. 4. par. quæſt. 6. num. 9. verſiculo* 23. Innoc. Abb. & Felin. *in capitulo, tranſmiſſio, de reſcript.* Sylveſt. *in verb. reſidentiæ, circa finem.* Fallit ſecundò, quando, dum erat ſanus, parum Eccleſiam frequentabat, Doct. *locis cit.* Secundò, debentur Clerico agenti negotia Eccleſiæ, *ca. ex parte, il ſecundo, de Cler. non reſid.* Covar. *loc. cit.* §. 8. Cardin. *in Clem. 2. §. primo, de ætat. & qual.* licet Boer. *deciſ. 17. num. 15. & 16.* dicat, quòd non lucretur eas. Octavò debentur clerico injuſtè carcerato, excommunicato, ſuſpenſo, vel exiliato, Felin. *in capitulo, Apoſtolicæ, num. 12. de excep.* Calderinus *conſi. 17. de præb.* ſecus, ſi culpa ſua, vel abeſſet à civitate cauſa peſtis, quia tunc non gauderet perceptione illarum, Covar. *ubi ſuprà*, §. 6. *n.* 10. 11. & 12. quod dixi de ſtudente, fallit, quando eſſent diſtinctæ diſtributiones à præbenda ſeu canonia, quia tunc etiãſi per Vicariũ deſerviret, nõ lucraretur eas. Cov. *loc. cit. n.* 2 nec mortuaria ſive funeralia, anniverſaria, candelæ, miſſæ, & hujuſmodi commoda deberentur: ſed ſi ſolum eſſent in Eccleſia, etiam lucrarentur iſta emolumenta quotidiana: iſta patent ex ſuperiùs dictis, & ex *d. cap. unico gl. ibi, in verb. receperit, & in ver. manualia, & in ver. victualia, &* gloſſ. *in capitulo licet. declarat. citat.* quod dixi de infirmis, & ſtudentibus gaudentibus, fallit, quando ſe fingunt eſſe infirmos, ſeu ſtudentes, & non tales, quia tunc tenerentur ad reſtitutionem, non aliis, ſed iis qui horis illis diebus, in quibus illi non recitaverunt, interfuerunt, quibus accreſcunt. Navar. *capitulo* 25. *num.* 123. *notab. quarto*, Dec. *conſi.* 177. D. Ant. 3. *par. tit.* 10. *cap.* 3. §. fallit in clerico abſente cauſa peregrinationis, etiam de licentia Epiſcopi, quia tunc percipiet ſolum fructus groſſos. Boer. *deciſ.* 17. *num.* 6. vide Navar. *conſ.* 8. *q.* 10. & 11. *de cler. non reſident.* Quando diſtributiones non ſunt diſtinctæ, ſed veniunt in communi, vide Gemin. *in c. ſi. verſ. ex his infertur, de offi. ord. lib.* 6. Quoad ſecundam partem, quibus non debeantur, regula eſt, nullos abſentes percipere poſſe iſtas quotidianas diſtributiones, niſi in caſibus prædictis, nec ſi ſerviat quis ſummo Pontifici, *capit. cum dilectus*, nec ſi ſerviat Epiſcopo *capit. de cætero, ca. ad audientiam, de cler. non reſid. ca. licet, de præb.* nec ſi ſerviat Archiepiſcopo, nec Cardinali, nec Legato, nec Regi, nec Imperatori, Selva *tract. de benef. 4. par. quæſtione 6. per totam*, nec excommunicatum, qui etiam nec fructus beneficii facit ſuos, gl. *in ca. præter*, 32. *diſt.* Rebuff. *pract. benef. in declarat. novæ proviſ. ſuper verba, teque, n.* 18. Nec ſi agat negotia Eccleſiæ in aliqua civitate, ut Romæ, vel alibi, vel extra Eccleſiam, text. Gloſſ. & Gemin. *in capit. cùm non deceat, de elect. lib.* 6. ſed hoc intellige de diſtributionibus quæ non veniunt in maſſam communem, quia ſi ſolùm ibi eſſent diſtributiones, hujuſmodi perciperet, aliàs nullum eſſet privilegium abſentium ex cauſa legitima, Gloſſ. *ibi in ver. exceptis.*

Primum dubium eſt: aliquis qui gerit vicem plurium perſonarum, ut puta Canonici,

nonici, Archidiaconi, Vicarii, &c. an possit accipere plures distributiones quotidianas; & videbatur quòd sic, quia qui plur. functionibus operatur, plures mercedes meretur jure naturæ, tamen oppositum est verius, Ant. *in c. olim de rejud.* Ratio est, quia servit pro uno, & loco unius habetur. Panor. allegans *c. unicum, lib. 6.* Fed. *conf.* 110. Staph. *de expect. fol.* 13. *num.* 5. Gom. *eo tract. num.* 54. & ratio concludens est, quia unus miles non potest sibi plurium stipendia vendicare, *cap. quia nonnulli, de cler. non resid.* Similiter si haberet dignitatem cum præbenda, unam tantùm distributionem accipere potest, non duas. Rebuff. *titul. de dispens. ratione ætatis, in ver. Cathedralibus, ver. ult.*

Secundum dubium, quia sac. Conc. *sess. 21. capit. 1. de reform.* statuit, quòd ubi distributiones sunt vel adeò tenues, quia verisimiliter negligantur, vel nullæ, ut sumatur tertia pars quorumcumque proventuum, & obtentionum tam dignitatis, quàm canonicatus, &c. dubium est, quid si una dignitas, vel Canonia habet mille aureos, alia quingentum, alia ducentum, & sumatur tertia pars uniuscujusque, an debeant lucrari pariformiter, & æqualiter, an plus minusve pro rata portionis sumptæ, & aggregatæ pro impinguatione, seu constitutione quotidianarum distributionum, circa hoc sac. Congreg. *declarat.* 337. in hæc verba censuit: *Ille, cui plus est ablatum, de præb. pinguiori, eidem dandum est plus distributionibus quotidianis, prout nihil dandum est eis, quibus nihil ablatum fuit.*

Tertium dubium, num sit idem in amissione, ut quando absunt, debeant amittere plus, minusve, an æqualiter? Respondetur, quòd sicut in lucrando plus lucrarentur, si adessent, ita plus amittant, si absunt, propter identitatem rationis, & sic decrevit sac. Conc. Trid. *sess. 22. capit. 3.* in hæc verba: *Quod si qualibet die statuta non impleverint, illius diei distributiones amittant,* & relatorum eadem est disciplina. 8. *Physic.*

Ad quartum dico. Primò, quod istæ distributiones amittũtur seu deperdũtur simul totæ, vel in totum, vel pro rata singularum horarum Canonicarum, vel Missæ cantatæ. Respondetur, quòd pro qualibet hora debet fieri portio, ita glos. *in Clem. 2. in ver. certis horis, de ætat. & qual. & in c. unic. lib. 6.* ubi dicit, *Divinis officiis*, & appellatione divinorum officiorum venit Missa, *ca. responso, de sent. excommun. & c. alma mater, eod. tit. lib. 6.* Navar. *in Manual. de hor. Can. cap. 10. à n.* 43. Facit Bull. Pii V. relata à Navar. *cap.* 25. *n.* 122. & Conc. Lateran. sub Leone X. *sess. 9. cap. 9. §. Statuimus, & declarat.* sac. Congreg. 191.

Dico secundò, quòd istas distributiones amissas, seu deperditas, sac. Concil. Trid. *sess. 22. cap. 7.* dicit, non lucrari absentes, sed applicari fabricæ Ecclesiæ, aut alteri pio loco, arbitrio Ordinarii, tamen gl. *in d. Clem. 2. in ver. pars dimidia*, dicit, quòd accrescere debeant interessentibus divinis, idemque videtur confirmare Covar. *lib. 3. c. 13. num. 7. var. resol.* & videtur confirmari consuetudine aliquarũ Ecclesiarũ, ut Beneventi in Ecclesia Metropolitana, & duabus collegiatis, quas habet illa civitas, accrescunt interessentibus. *c. unic. citat. libro 6.* remittit se ad ordina-

ordinationem rationabilem factam, seu faciendam cujuslibet Ecclesiæ: sed hoc primò resolvit sac. Congr. *in d. declarat.* 191. in hæc verba: *Distributiones quotidianæ, quæ acceptæ fuerunt ex tertia parte fructuum, &c. debent assignari non duabus horis, sed etiam omnibus reliquis aliis, & hi, qui non interfuerunt, distributiones admittant, nec distributiones absentibus ademptæ debent inter præsentes dividi, sed fabricæ Ecclesiæ, aut alteri loco pio, arbitrio Ord. debent applicari*, & hoc intelligitur de distributionibus detractis ex tertia parte fructuum, dignitatum, &c. prout suprà; reliquæ verò distributiones, quas absentes non faciunt suas, debent distribui iis, qui statutis horis interfuerint, & sic ex mente sacræ Congr. colligitur concordia sac. Conc. *gloss.* & *dicti capit. unici, libro sexto.* sacr. enim Conc. loquitur de distributionibus noviter factis, per illa duo decreta ex tertia parte fructuum, dignitatum, prout suprà, d. c. gloss. & Doctor. habent locum in distributionibus antiquis, quæ facta sunt ex massa, vel redditibus Ecclesiarum, & idem judicium agendum est de tenuibus impinguatis, & hoc deservit pro practica ipsis Ordinariis: nam si volent constituere istas distributiones quotidianas, ad quod tenentur ipso jure per doct. sac. Conc. non permittant deperditas ab absentibus, accrescere interessentibus, sed applicari prout suprà; & videto Covar. *loc. cit, ubi dicit*, quòd sit attendenda consuetudo, seu status Ecclesiæ, & quòd tunc accrescunt interessentibus, quando distributiones non sunt distinctæ à fructibus principalibus, cujusmodi sunt Beneventi. Navar, *consil. 3. de solutionibus* & *in consil. 26.* de celebrat. Miss. dicit, distributiones lucratas abeo, qui non recitavit horas canonicas, debere restitui interessentibus, quia illis accrescunt; tamen *in consil. 3. de verb. sign.* dicit concordantiam sumi juxta id, quod nos diximus, nempe, distributiones antiquitus factas ex fructibus communitatis accrescere interessentibus, distributiones verò noviter erectas ex fructibus dignitatum, &c. accrescere fabricæ Ecclesiæ: quod consilium ego vidi in hac secunda editione. facit quod notat Gemin. *in cap. fin. notab* 4. ubi dicit, quòd non dispensatus ratione studii habens beneficia, ut absens percipiat quotidianas distributiones, & *in notabil. 5. ibidem* dicitur, quòd appellatione fructuum beneficiorum, comprehenduntur distributiones quotidianæ, & quòd pro literis beneficialibus debent exprimi pro valore beneficii; ubi satis apparet distributiones esse in duplici differentia, quædam quæ dividuntur in dies inservientibus, & istæ non accrescunt interessentibus, sed applicantur juxta formam sacri Concil. Trident, quædam sunt quæ veniunt in massam communem, & istæ dividuntur inter præsentes, & veniunt appellatione fructuum beneficii, facit quod dicit Covar. hîc citatus *in 2. dubio*, de anniversario, pro quo relictum est tantùm Canonicis, quæ videas.

Primum dubium, sunt viginti Canonici, seu plus minusve, ex quibus decem absunt, qui amittunt decem portiones, utrum unus ex iis lucretur aliquot ex novem illis portionibus & econtra?

econtrà? Ad hoc respondetur ex superioribus quòd si sunt ex noviter constitutis, nec illis, nec præsentibus accrescunt: si sunt ex antiquioribus etiam respondetur negativè quoad absentes. Ratio est, quia non debet quis locupletari cum aliena jactura, & denarium debetur illi ex condigno, qui portavit pondus diei, & æstus, ut in Evangelio *Mat. cap.* 20. & ita servatur in praxi Beneventi, & in Archiepiscopatu, & in aliquibus Collegiatis Ecclesijs.

Secundum dubium, est aliquod anniversarium, vel funerale, vel quid hujusmodi in aliqua Ecclesia celebrandum, in quo relictum est tantum pecuniæ quantitatis, cum hoc, ut omnes Canonici ibi assistant, dum divina celebrantur officia, deficiunt aliqui, utrùm portiones absentium debeant dividi inter præsentes? Ad hoc respondetur ex Covar. *lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 7. *var. resolut.* quòd quando relictum est, ut cuique Canonico, sive aliàs qui præsens sit, detur certa & definita quantitas, quòd tunc pars quæ non datur absenti, non dividitur inter præsentes, & sic videndum esset statutum, sive legatum, quia ex facto oritur jus; si verò simpliciter, ut dividatur inter Canonicos, tunc portiones absentium accrescunt interessentibus, & sic videtur dicere gloss. *in d. Clem.* 2. *in ver. pars dimidia, & in ver. & scias.* Rebuff. *pract. benef. in tit. de dispens. non resid. num* 10. & 11.

Ad quintum. Privilegium distributionum quotidianarum est, ut non teneantur, qui eas percipiunt, tribuere Seminario, ita sact. Congreg. *in declarat.* 338. & cùm loquatur indistinctè, intelligendum est de omnibus tam de antiquis, quàm de noviter fundatis, & sic ubi non essent nisi quotidianæ distributiones, quia tunc non teneretur solvere quid, vel contribuere Seminario, ut est Beneventi. Vide multa de hac materia in Boer. *dec. cit.* nec computantur in fructibus, Caputaq. *dec.* 263. nec veniunt in condemnatione fructuum, intellige de illis, quæ singulis diebus distribuuntur interessentibus: secus autem si in fine anni totæ simul, idem *decis.* 26. *p.* 2. Vide Gemin. *in cap. fin. versi. ex his infertur, de offi. ordin. lib.* 6. & meliùs *in cap. quia per ambitiosè, notab.* 6. *de rescript. li.* 6. ub dicitur, venire appellatione fructuum, & sic debere exprimi in valore beneficij; intellige de istis, qui veniunt in massam, communem; quia in notabili antecedenti dicit, quòd absens causa studij non percipit distributiones quotidianas, sed quando sunt, percipiuntur; ergo loquitur de illis quæ indies distribuuntur inter præsentes.

DEFENSIONES.

PRimò, an possit reus renunciare defensionibus, vide *in versi. hæretici*, §. 18 Vide omnino Jasonem *in l. si quis inscribendo, n.* 15. *ver. item adde, de pact.*

Secundò, in criminalibus dantur etiam post sententiam condemnatoriam, Foll. *pract. crim. f.* 17. *n.* 8.

Tertiò, defensiones probantur per testes conjunctos, fœminas, & per præsumptiones, idem *ubi suprà, num.* 13.

Quartò, de defensionibus vide eund. *ubi suprà à n.* 176. & *infrà.*

Quintò, defensiones debent dari, & quæri à judice ex officio, & maximè quando videret reum indefensum, Boss. *tit.4.de conf.n.12.*& debent dari etiam convicto, etiam reo non petente, etiam sponte confessis, idem *ubi suprà, n.* 10. & 14. & *titul.de sent.num.*1.

Sextò, quamvis judex habeat amplum arbitrium, non potest denegare defensiones reo, idem *in tit. de inquisit. num.*2.

DISPENSATIO.

SUMMARIUM.

1 *Quæ causæ sint explicandæ in impetratione dispensationis matrimonialis apud summum Pontificem.*

2 *An detur dispensatio inter fratrem & sororem in secundo gradu cõsanguinitatis.*

3 *Quid agendum quando matrimonium jam est contractum, & postea oritur impedimentum, & non potest fieri separatio.*

4 *Quæ causæ explicandæ summo Pontifici pro impetranda dispensatione, si non habeat quis unam ex his.*

5 *Quando possit Episcopus dispensare ex causa, ubi aliàs Papam dispensare oporteret.*

6 *Quando conjugati consummarent matrimonium post datam, an diceretur surreptitia impetratio, & quid si ante datam.*

7 *Qui examinandi testes pro informatione impedimenti, & graduum.*

8 *An possit Episcopus dispensare in impedimentis impedientibus, & non dirimentibus.*

9 *Qui gradus explicandi in impetratione.*

AD primum. Vide Navar. *ca.*21. *nu.* 87. Prima est incompetentia dotis, secunda, extinctio magnæ litis. Tertia, angustia loci, quæ potest esse duplex, vel quia major pars habitantium ibi, sunt ei consanguinei, vel affines, & extra illos non inveniret ita facilè parem suæ conditionis, vel quia si vellet extra illum locum nubere, non haberet dotem sufficientem. Quarta, sedatio seu concordia inimicitiarum, seu discordiarum. Quinta, quando vir dives vult ducere in uxorem sibi attinentem pauperem, constituendo illi dotem, istas causas addit sacr. Congregat. *declar.*53. & tam in tertio, quàm in quarto gradu sufficiunt. Multas alias causas numerat Navar. *cons.* 13. *de consanguin. & affin.* quæ facilitant animum Principis ad dispensandum, non solùm in matrimonio contrahendo, sed vel jam de facto contracto, prima est ignorantia juris, secunda major utilitas, tertia proles habita, quarta diuturnitas matrimonij malè contracti, quinta scandalũ grave, sexta mortis evitatio, septima miseria puellæ indotatæ.

Ad secundum. In secundo gradu affinitatis, vel consanguinitatis non dispensatur nisi inter magnos Principes, ob publicam causam. Nav. *loc.citat.* Staph. *de lit.grat.fol.*313. *n.*7. & quomodo intelligatur secundus gradus in collaterali, vel descendenti inæquali, vide Rebuff. *in reg. de dispensat.in grad.prohib. gloss. ult.n.*8. tamen hodie vidi dispensari in utroque gradu inter Barones, & titulatos regni Neap. & in hoc disposuit Gregorius XIII. videatur in Bulla sua die prima Martij 1591. & Bul. Paul. IV. quæ est 16. & incipit: Ab ea ipsa die, & Clem. VII. quæ incipit: Quia plerumque.

Ad tertium. Respondetur, quod prima

est,

est bonum pacis, & sic dispensatur in matrimonio cõtracto inter incapaces ex defectu æ tatis. *c.2. de dispens. impub.* Secundó, quando ex separatione verisimili oriretur scandalum, *c. quia circa, de consanguin. & affin.* Selva *tract. de benef. 3. par. q. 10. nu. 11.* Gom. *in cap. 1. nu. 132. de constit. lib. 3.* quando orta esset proles, & longo tempore fuit perseveratum in matrimonio contracto de facto, tunc dispensatur, ut primum permaneat, *c. de gradib. 35. q. 8* quando mulier remaneret perpetuò diffamata; ista clausula est solita apponi in dispensationibus, quæ conceduntur post matrimonium contractum de facto. Circa hoc est animadvertendum, ut notat Navar. *loc. cit. n. 86.* quòd per hujusmodi dispensationes non convalidatur matrimonium jam contractum, nisi denuò contrahatur: quod tamen clam contrahi potest, quia non requiritur solennitas sacri Cõcilij, modò fuerit priùs adimpleta.

Ad quartum. Primò respondetur, quãdo nullam quis haberet contrahendi cum sibi consanguinea, vel affine, potest impetrare dispensationem à sum. Pontifice, narrando veritatem. Felin. *in c. ad audientiam, colum. 4. de rescrip.* Rebuff. *tit. de dispens. ad plur. benef. nu. 52.* quicquid dicat Covar. *2. par. de sponsal. cap. 6. 9. in fine.*

Secundò, si nullam habens causam, narrat falsam causam pro impetratione, vel exponendo falsum, vel tacendo verum, nulla esset dispensatio, licèt eam obtineat, quia vel obreptitiè, vel subreptitiè impetraretur, prout *in c. fin. de fil. presb. li. 6.* Covar. *loc. cit. §. 10. n. 14.* facit *cap. super litteris, de rescript.* & Bulla Pij V. quæ est 26. & incipit, *Cùm sicut, de verit. exprim. in dispensat. matr.*

Tertiò, si quis consummaret scienter matrimonium cum sibi attingente muliere, & postea impetraret dispensationem, hoc tacito non valeret dispensatio, *c. dilectus, de rescript.* Rebuff. *in pract. benef. tit. de different. inter rescript. grat. & just. n. 9.* sed Navar. *consi. 8. de consang. & affin. & consi. 8. de cogn. spirit.* sentit oppositum, nempe, quòd non sit opus explicare incestum, *& consi. 1. n. 49. de constit.* nisi quando fieret ut secum faciliùs dispensetur, prout nos etiam superiùs diximus. Sed hic nota, quòd licèt nostra fuerit sententia, nimium non valere dispensationem, suppresso, seu tacito, seu non narrato incestu, & licet Navar, *locis cit.* fuerit contrariæ opinionis, tamen Apostilla, sive Appendix *in consi. 9. de consang. & affin. in impressione facta Romæ 1592.* habentur hæc verba: *Adverte, quia refertur Congregationem censuisse consanguineos, vel affines, qui tacitâ copula, obtinuerunt dispensationem super impedimento consanguinitatis, vel affinitatis, esse surrepticios, & matrimonium postea contractum, esse nullum.* Cui sententiæ videtur etiam ipse D. Navar. postea adhæsisse in quarta editione sui Manual. Confess. *c. 22. nu. 86. in fine,* & ita observat praxis.

Quartò, quòd quando intervenit incestus inter consanguineos, qui impetrant dispensationem à Papa super impedimento, eâ obtentâ, requiritur dispensatio, vel potiùs absolutio Episcopi super incestu, Navar. *consi. 8. 9. & 10. de consang. & affinit.*

Quintò, si quis consummat matrimonium, adhoc, ut faciliùs secùm dispẽsetur,

si non explicat utrumque, nulla est dispensatio, Covar. *loco cit.* §. 10. *num.* 14. & Conc. Trid. *sess.* 24. *cap.* 5. *de refor. matr.* ubi vult, ut careant spe omni consequendæ dispensationis, & in hoc debent arrigere aures omnes locorum Ordinarii prohibendo cohabitationes sponsorum, antequam veniat ab Urbe dispensatio. Clem. VII. Bulla 7. quæ incipit. *Quia plerumque.*

Ad quintum. Conclusio est, nec Episcopum, nec Legatum de latere posse in hoc dispensare, *in c. non de consanguin. & affin.* Covar. *loc. cit. numer.* 11. tamen hoc fallit, quando occurreret casus cum his sex circumstantijs. Prima, ut matrimonium jam sit contractum. Secunda, ut sit contractum ignoranter, quoad impedimentum. Tertia, ut sit consummatum. Quarta, ut impedimentum sit occultum. Quinta, quòd contrahentes sint adeò pauperes, quòd non possint mittere vel ire ad sum. Pont. vel ad Nuntium Apostolicum habentem hanc potestatem. Sexta, quòd si fieret separatio, verisimiliter scandalum oriretur, in hoc casu posset Episcopus dispensare, ac si esset à Papa impetrata dispensatio, & est cõmunis opinio, Navar, *c.* 22. *n.* 85. Soto 4. *sent. dist.* 37. *quæst. unica, art.* 2, Sylvest. *in ver. dispensatio*, §. 9. Armil. *eo. ver. nu.* 19. & dum ego haberem hunc casum, ita fuit mihi ab Urbe responsum, Rebuff. *tit. de dispensat. ad plur. benef. nu.* 30. *& infrà*, facit quod Episcopus ex magna causa potest dispensare contra Concil. generalia, Staph. *f.* 80. *nu.* 6. Navar. *cons.* 14. *de consang. & affinit.*

Ad sextum, accedit frequenter casus, quòd contrahentes sanguine se attingentes, dum mittunt pro impetranda dispensatione, consummant matrimonium post datam, id est, post expeditionem supplicationis (nam si antè consummarent, non valeret dispensatio, prout dixi *in* §. 4.) quæritur, an valeat dispensatio? Et videtur primò quòd non: nam Papa non videtur dispensare ex tunc, sed committit Vicario generali in partibus, ut si preces veritate nitantur, & servatis alijs de jure servandis, nomine sedis Apostolicæ dispenset ex nunc.

Secundò, quia per solam supplicationem gratia dicitur informis, Conclusio: his tamen non obstantibus, dico, quòd nondum confectis literis valeret dispensatio, sola supplicatione expeditâ. Ratio est, quia tempore datæ & expeditæ supplicationis incipit currere gratia, *c. si eo tempore, & ibi gl. in ver. cum tempore, de restr. l. 6. & c. eam te, & ibi gl. in ver. data, eo. tit. extrà, & c. cum qui, de præben. l. 6.* vide Gemin. *in proœm. Sexti lib. Decretal.* §. *universitati, vers. quæro an gratia Papæ*, ubi videtur dicere, quòd sic, ubi non esset jurisdictio. Nec obstat primum, quia revera Vicarius non dispensat, sed exequitur, quod sibi à summo Pontifice fuit injunctum, adeò quòd est potiùs exequutor, quam dispensator. Nec obstat.

Secundum, quia valet in foro exteriori, etiam quando adest præjudicium tertii, nempe officialium Curiæ, si quis vellet sola supplicatione uti, & non expedire literas, prout dixi *in ver. Bullæ*, vide Innoc. *in c. postulasti, numero* 2. *de rescrip.* sed urget. data Papæ quomodo. Respondetur,

detur, quòd licèt in literis non appareat data literarum, tamen per alias literas posteriores ejusdem Papæ probatur, in quibus facit mentionem de literis primis, Caputaquens. *decisio. 236. par. 1.* Sed urget quis, si Vicarius capiens informationem reperiret matrimonium jam fuisse consummatum, post tempus datæ, & de hoc non factam fuisse mentionem in expeditione literarum, non valebit dispensatio. Respondetur affirmativè, quia gratia Principis valet in foro interiori etiam sine literis, prout dixi *suprà, in verbo Bullæ*, & Vicario delegato sufficeret se informare de requisitis in literis: delegatus enim ultra delegatam sibi datam auctoritatem, non potest se extendere, *c. 1. de offic. deleg. c. super eo, c. consuluit, cum vulgatis aliis, eo. tit.* Sed Papa committit, ut se informet de contentis in literis, in quibus nulla mentio fit de consummatione cùm non præcesserit, sed subsequuta est supplicationem; ergo poterit dispensare juxta seriem literarum, *cap. cùm dilecta, de rescrip.* tamen tene quod dixi *superiùs*, §. 4. ex Navar. multis in consiliis ibi citatis, & quæ nuper addidimus, & ita observes in practica, nisi consummasset scienter spe facilius consequendæ dispensationis, propterea quòd dictum est Episcopum sive ejus Vicarium acceptâ Bullâ non verè dispensare, sed potiùs esse exequutorem Papæ, dic cum Nav. *conf. 5. qui fil. sunt leg.* ubi ait, quòd qui impetratâ Bullâ super dispensatione matrimonij, eaque præsentatâ Episcopo, vel ejus Vicario, si ante informationem captam, & latum decretum per eundem Episcopum, vel Vicarium consummat matrimonium, & procreat filios, illi non sunt legitimi, quia adhuc secum non est dispensatum.

Ad septimum. Vide *in ver. matrimonium, in §. quia superiùs.*

Ad octavum. Quot sint impedimenta, impedientia solùm & non dirimentia, vide Sylvest. *in verb. matrimonium, 7. §. 6.* & Sot. 4. *sent. dist. 37. q. unica, art. 1.* & Navar. *c. 22. nu. 85.* ubi habetur posse Episcopum dispensare super omnibus impedimentis solùm impedientibus exceptis tribus, à castitatis, Religionis, & de non nubendo, & de hoc tertio idem asserit Cajet. *in opusc. fol. mihi 94.* tamen Navarr. tenet, quòd in hoc posset etiam Episcopus dispensare, *in cap. 12. num. 79.* oblitus fortassis, quòd oppositum dixit in loco priùs citato, & dicit hanc esse opinionem Ant. Ang. & Sylvest. Soto 4. *sent. dist. 38. q. 1. art. 1. conclus. 1. in fin.* ar in voto castitatis temporaneæ potest Episcopus dispensare; in perpetuo etiam potest, quando quis non posset adire Romam, prout dixi *superiùs*, §. 5. Sylvest. *loc. cit. §. 5. versi. quantum autem, & in versic. debitum coniugale*, §. 9. & hoc antequam contrahat, sed post contractum, potest dispensare, Soto *loc. cit. dist. 37. q. unica, art. 2. col. penult. vers. & per hoc respondetur*, & Sylvest. *loc. cit.* dicit hanc esse etiam opinionem Guliel. & Soti, *dist. 38. q. 2. art. 1. col. fin. concl. 3. in fine*, videtur sentire cum Sylvest. videlicet, si non pateat accessus ad Urbem, vel cum causa urgenti, quoad petitionem debiti, nam quoad redditum, non est opus dispensatione, prout patet, Soto *ibidem, colum penul. in fin.*

Ad nonum. Sufficit exponere remotiorem gradum, Covar. *loc. cit.* §. 10. *num.* 12. Bulla Pij V. de hoc edita, & publicata Romæ anno 1566. die 20. Augusti, & Pii IV. Bul. 137. quæ incipit, *Sanctissimus.*

Hic est dubium primum, an dispensatio matrimonialis obtenta ab illo, quē communiter reputabatur habere facultatem concedendi has dispensationes, ut annis elapsis Commissarius principalis fabricæ divi Petri fertur habuisse, qui tamen illam facultatem re vera non haberet, valeat? Respondetur affirmativè, Anchar. *consi.* 409. Addit. ad decis. Rotæ. 2. *de fil. presb. n.* 2. *in novis.* ubi dicit sic fuisse decisum in quadam causa in facto, & licèt aliquando Commissarij fabricæ sancti Petri de Urbe, & sancti Spiritus, habuerint hanc dispensandi facultatem, ut testatur Pius IV. Bulla sua 78. quæ incipit, De commissa: tamen hanc revocavit idem summus Pontifex eadem Bulla, de qua hic agitur, & in hoc casu sanctissimus dominus noster Clemens VIII dignatus est argumentari mihi, dum examinabar coram sua Beatitudine die. 10. Decembris.

Secundum dubium, an liceat tempore feriarum ducere uxorem ad domum viri; Respondetur affirmativé, Navar. *c.* 22. *n.* 71. Cajet. *in sum. in verb.* Nuptiæ, *& in verbo Matrimonium.* §. *septimum caput*, quicquid dicat Sylvest. *loc. cit.* modò hoc fiat sine solenni sacerdotali benedictione, & alijs solennitatibus, pro quo videri etiam potest Conc. provinc. Mediol. V. *de sacramen. matrim. fol.* 128. §. *ne quis.*

Tertium dubium, in dispensatione, vel rescripto tacetur veritas, ob quā causetur surreptio, etiamsi ignoranter causatur vitium, adeò quòd non valet, Decius *in c. constitutus*, 2. *notab. de rescrip.* Aymo Cravet. *consi.* 8. Rebuff. *de differ. inter rescrip. grat. & just. num.* 2.

Quartum dubium, an in impetratione dispensationis in gradu affinitatis, sit necessaria expressio impedimenti justitiæ publicæ honestatis? Vide Boer. *decis.* 263 *numero* 38.

Quintum dubium, an sit necessarium denuò matrimonium contrahi ab his, inter quos nullum erat prius matrimonium, ob aliquod impedimentum, mox exortum adveniente dispensatione? Vide Boer. *ibidem, num.* 26. & Navar. *cap.* 22. *n.* 70. *notab.* 4. ubi dicit ita declarasse Pium V. nempe, non esse necessarium, & hoc quando impedimentum esset occultum.

Sexto, dispensatio præsumitur inter conjuges, qui in gradu prohibito contraxerunt, si per decem annos, & ultrà in matrimonio vixerunt, & mortui sunt, imo temporis diuturnitas facit, quod proles illegitima, pro legitima habeatur, concurrente probabili ignorantia, Abbas *in c. referente, notab. ult. qui fil. sint legit.* Caputaq. *dec.* 269. *par.* 1. *& decis.* 25. 2. *par.*

DIES.

PRimo, dies consideratur quoad indulgentias, quoad escam carnis, & quoad divina officia, & observationem festorum, vide Tiraq. *de utroque retract. tit.* 1. §. 1. *gloss.* 2. *nu.* 13. licèt multa remissivè, & quoad indulgentias, alibi servatur de stylo, ut à primis vesperis usque

ad

ad occasum Solis illius diei, quo concedatur, intelligatur data facultas lucrandi eas, vide *l. more Roman. ff. de feriis.* Quo verò ad judicia, & alia prædicta, vide Host. *in sum. tit. feriis, §. qualiter, n. 3.* gloss. *in c. 1. de fer. & in c. alma mater. de sent. excom. lib. 6.* Abb. *in c. 2. de feriis*, Navar. *de hor. Can. c. 3. num. 34.* Secundò, quando dicitur in indulgentiis, à primis vesperis, non intelliguntur lucrari, nisi finitis vesperis, quia excludit Navar. *tract. de Iubil. & indulg. in Bull. Greg. XIII. in ver. à primis vesperis, n. 26. vide inferiùs in verb. terminus.*

Secundò, dies, Consul, annus, & indicto, quando debeant poni in instrumentis & in rescriptis, in legibus, & in statutis, in literis Papæ, & scripturis publicis, sive privatis, & in libro privatarum rationum, & an in his omnibus sint necessariò ponenda omnia prædicta, vel singula, vide Iason. *in l. si aliqua, de divers. rescr.* & Covar. *var. resol. lib. 1. cap. 12.*

Tertiò, quando dies citationis non computetur in termino, vel inter dies dilationum, vide *inferius in ver. terminus.*

DOCTRINA CHRISTIANA.

SUMMARIUM.

1 *An sit necessaria ad salutem.*

2 *Qui ad eam docendam teneantur, & maximè Curati.*

3 *An Ordinarius possit compellere pueros ut eant ad eam discendam mulctis & pœnis Ecclesiasticis.*

AD primum. Est adeò necessaria, quòd sancti Patres libros de ea integros composuerint, ut D. Augusti. & alij, & sac. Conc. Trid. *sess. 23. de refor.* dicit, loquens Sacerdotibus ut doceant populum ea, quæ sunt necessaria ad salutem, & ad minus tenentur sub reatu peccati mortalis scire explicitè de mysteriis fidei, & Christi D. N. præcipuè ea, quæ communiter in Ecclesia solennizantur, prout articulus de Deo trino & uno, Incarnationis, Nativitatis, Passionis, Resurrectionis, & Ascensionis: nam omnes etiam justissimi hoc scire debent, ista saltem explicitè, cætera verò implicitè, credendo omnia, quæ credit S. mater Ecclesia, D. Thom. 2. 2. *quæst. 2. art. 3. in corpore*, Scotus 3. *sent. d. 25. quæst. 1.* Joan. de Bassolis 3. *sent. ead. dist. q. 1. art. 3.* & sac. Conc. Trid. *sess. 23. c. 14. de reform.* & qui ignoraret ipsos articulos, vereor quòd damnaretur, juxta illud D. Paul. 1. *Cor. c. 14. Ignorans ignorabitur*, & illud *Matth. 25. Nescio vos*, & D. Thom. *p. 2. q. 76. art. 1. per totum.* Sylvest. *in ver fides, num. 6. §. 3.* Astens. *lib. 2. tit. 15. ar. 3.* Navar. *c. 11. numer. 18.* ad quod animadvertant locorum Ordinarij, quia juxta illud, *Pasce oves meas*, scilicet scientia necessariorum ad salutem, pascere gregem suum tenentur. D. Augusti. *in c. nos autem, de consecr. dist. 2.* imo qui hæc ignoraret, nec esset absolvendus, Isidor. *lib. 1. cap. 13. de summo bono.* Symanc. *de Cath. instit. tit. 28. num. 8. Navar. de hor. Canon. c. 3. num. 2.* & dixi *in practica mea pœn. cap. 22. q. 24. concl. 3.*

Ad secundum, quod Sacerdotes omnes, etiam simplices, bene verum est, quod tenentur ea scire ad hoc, ut cùm Curati fuerint, & ad illud munus assumpti, possint illud exercere: sed non tenentur

tur ex proprio officio, cùm hoc sit parochi munus peculiare, ita sac. Conc. Trid. *sess.24.c.4.§.idem autem*, ubi Conc. disponit, ut ij, ad quos pertinet, saltem dominicis & alijs festis diebus pueros in singulis parochijs fidei rudimenta docere, possint ab Ordinario, si opus erit, etiam per censuras ecclesiasticas compelli.

Ad tertium. sac. Cong. *declar.6.* in hæc verba censuit: *Ordinarius non potest mulctis, & pœnis, etiam in casu notabilis negligentiæ, aut contumaciæ, cogere pueros ad discendum doctrinam Christianam, etiamsi hoc fieri noluerint in oppidis, villis, & aliis locis extra civitatem*, nec valet, quia Conc. loc. cit. dicit posse compelli per censuras ecclesiasticas, quia ibi loquitur de compulsione illorum, quorum interest eam docere, & non de compulsione puerorum, sive parentum ipsorum.

DIOECESANUS.

PRimò Diœcesanorum appellatione an veniant inferiores Ordinarij, licèt habeant jurisdictionem in loco, vide Abb. & gloss. *in Clem.1. de vita & honest. cleric.* & gl. *in Clem. uni. de foro comp.* licèt veniant appellatione Ordinariorum, Navar. *consil.2. de cland. dispensat.*

Secudò, diœcesis appellatione in dubio potiùs venit illa, quæ est domicilij, quam quæ est originis, & ita de stylo Curiæ observari dicit Nau. *consil. 4. de constitut.*

DECIMÆ.

SUMMARIUM.

1 *Quo jure debeantur.*
2 *Quotuplices sint.*
3 *Quibus debeantur.*
4 *A quibus solvi debeant.*
5 *Quantum debeatur illarum ratione.*
6 *An judex ecclesiasticus possit compellere laicos ad solvendas decimas.*
7 *An consuetudine possint tolli, ne solvantur.*
8 *An laici teneantur deferre eas usque ad horrea Clericorum.*
9 *An solvendæ sint deductis expensis.*
10 *Quæ pars decimarum contingat Episcopum.*
11 *Quæ differentia sit inter decimas, & oblationes.*
12 *Consuetudo, ut solvantur ab una Ecclesia alteri Ecclesiæ quantum temporis exposcat.*
13 *An possint dari in feudum.*
14 *Ubi solvendæ sint decimæ prædiales.*
15 *Quid denegantibus decimas.*

AD primum. Videtur D. Thom. 2.2. *q.77. art.1.* Sot. *lib.9. q.4. art.1.* Covar. *lib.1.c.17. num.2. var. resol.* Canonistas *in cap. revertimini, 16. q.1. & in rubr. de decim. extra, & in cap.1. de decim. lib.6.* Navar. *c.21. n.28.* vide *constit. regni. Quanto, tit. de decim.* & Capyc. *decisio.20.* tamen sit prima conclusio: Decimæ non sunt de jure divino nec naturali, hanc probat Covar. *multis loc. cit. versi. præterea*, & potest consolidari ratione: Quod est de jure divino, vel naturali, non potest tolli consuetudine, sed (ut dicam *inferiùs*) decimæ tolluntur consuetudine; er-

ne; ergo, &c. & licèt lex divina possit aliquando tolli consuetudine, ut probatur: nam omnia judicalia & cæremonialia veteris Testamenti erant juris divini, & tamen Christo passo expiraverunt. *Moyses, 7. dist.* Nav. *in gl. sum. de pœn. d. 5. n. 7.* tamen jus naturale est immutabile, & nihil potest præscriptio, aut consuetudo in illud, Nav. *cons. 2. nu. 7. de offic. ord.* qúia incœpit ab exordio mundi, & Nav *tract. de reddit. Eccl. q. 1. monito 59. n. 1. & 2.* dicit, quod Papa, vel Ecclesia potest inducere, ne solvantur decimæ, imo neque quinta, neque ulla alia fructuum pro ministris Ecclesiæ, & piorum operum; ergo & consuetudine, modo ministris Ecclesiæ necessariis aliunde provideatur sufficienter, cum hoc sit de jure divino, *Luc. c. 10. Dignus est operarius mercede, &c.* & alia citata *in c. 1. 33. q. 2.* imo plus dicit, quod hoc non est contrarium nulli juri naturali, vel divino, vide *in ver. jus Cathedraticum, §. 4.* Primum patet ex D. Thom. *1. 2. q. 97. & q. 94.* Sylvest. *in ver. consuetudo §. 9. n. 14. cap. indultum, n. 21. de reg. jur. lib. 6. conclusio 2.* populum teneri præstare alimenta ministris Ecclesiæ, si indigeant, est de jure naturali, & divino, secus vero si non indigeant, Covar. *loc. cit. num. 3. ver. cæterum,* Nav. *loc. cit.* Syl. *ver. decima, numero 3. §. 1.* tamen Panormitanus videtur satis astringere, quod sit de jure divino, quamvis Covar. conetur illud aliter intelligere, Con. Trid. *sess. 25. c. 12. de refor.* ubi dicit quod sunt debitæ Deo, & Sot. *loc. cit. com. 1.* & Cast. *l. 5. contra hæredes, in ver. 10.* dicunt esse de jure divino; tamen tu teneas primum.

Ad secundum. Est triplex, personalis, prædialis, & mixta, quæ quomodo intelligantur, vide Doct. cit. & *c. ad Apostolicæ, c. non est, c. cum sint, cum cæteris similibus, de decim.* & Bald. *in marg.* Ian. *in ver. decimæ.* ubi addit decimas reales.

Ad tertium. Episcopis, parochis, & Ecclesiæ ministris, vide Sylvest. *loc. cit. numer. 14. §. 8.*

Ad quartum. Vide eund. *loc. cit. n. 13. §. 7.* & decimæ quæ imponuntur per summum Pontif. non deberent solvi per conductorem seu afflictatorem Cardinalium. Vinc. de Franch. *decis. 107. numer. 7. & 8.* nec non conductor, sed dominus tenetur ad onus decimarum, *numero 3. ibidem,* nec moniales mendicantium, & non mendicantium, tenentur ad decimas subsidiarias, vel alia onera, Pius III. *Bull. 10.* quæ incipit: *De stat. Ecclesiarum,* & Bul. Pij V. In 14. quæ incipit, *Dum ab urbe,* & aliam ejusdem 192. quæ incipit, *Cùm sicut,* & aliam Greg. XIII. quæ incipit, *Cùm nos super.*

Ad quintum. Quoad quantitatem seu quoad quotam standum est consuetudini, idem Covar. *n. 10. §. 4. ver. quantum ad 3.* Navar. *loc. cit. n. 28.* Sot. *loc. cit. conc. 3. & 4.* Covar. *loc. cit. n. 4. ver. An principaliter, ca. in aliquib. §. ille, de decim.*

Ad sextum. Dico primùm, si causa est de jure decimarum, ut verbi gratia, vult aliquis clericus, vel laicus videre, an jure aliquo teneatur solvere decimas, cùm Ecclesia fuerit in possessione eas exigendi, tunc causa est ecclesiastica, & spiritualis, & sic ad judicem spiritualem spectat, & potest cogere laicum, ad eas

solvendas, censuris, & alijs mediis, etiamsi quæstio erit facti, *c. pervenit, cap. tua nobis, il. secundo, cum similibus, de decim.* Conc. Trident *loc. cit.* Covar. *lib. 1. pract. qq. cap. 35. nu. 2. verb. 2.* Dico secundò, si quæstio est de perceptione possessionis, vel de exigendis, cùm tantùm agatur an decimæ sint solutæ, vel an teneantur laici illas solvere, tunc est causa temporalis, & temporalis judex cognoscit. Covar. *loc. citat.* & Gom. *in cap. si annum, nume. 15. 16. de jud. lib. 6.* Dico tertiò, si agitur de proprietate, id est, si aliqua tertia, sive fundus fuerit solitus solvere decimas, sed etiam auferre fundum ab Ecclesia, ista causa proprietatis pertinet ad judicem ecclesiasticum. Ratio est, quia si laici aliquid prætendunt, vocent personam ecclesiasticam coram suo Ordinario competenti, *capitu. si diligenti, de foro compet. cap. cæterùm clerici. cum similibus, de jud.* Covar. *loc. citato, numero 1. versicul. 2.* vide Dyn. *in cap. qui ad agendum; numero 9. de regul. iur. libro 6.* Dico quartò, quòd causa decimarum, vel quomodocunque oriatur differentia super decimis, est summaria; *Clem. dispendiosa*, & ibi Cardin. *quæst. 12. cum tribus sequent. de iudic.* Marant. *4. part. distinct. 9. n. 174. versicul. 12.* Dico quintò, à sententia lata super decimis non appellatur, *cap. tua nobis, il 2. de decim. & ibi gloss. in fine*, Maran. *6. par. titul. de appellat, nu. 304. ver. 15. &* Navar. *cons. 1. de constit. n. 8.* dicit, si agitur de possessorio, coram ecclesiastico, si de petitorio, coram judice laico causa agi potest.

Ad septimum. Opus est distinctione rout in 1. § . nam decimæ, qua parte deberentur ministris Ecclesiæ pro sustentatione, cùm sint de jure divino, & naturali, non possunt aliqua consuetudine tolli: patet ratione superiùs allata; reliquiæ verò possunt tolli consuetudine, Covar. *loc. cit. nume. 8.* Gom. *in cap. 1. nu. 89. de constit. lib. 6.* Syl. *loc. cit. nume. 10. §. 4. ver. quantum ad tertium.* Guid. Pap. *quæst. 284. & 266.* & sic vidi Neapoli, & Surrenti nullatenus solvi decimas, nec personales, nec prædiales, nec mixtas, quamvis Episcopi istam consuetudinem deberent rescindere, cùm sit irrationabilis, ut ait Covar. *loc. cit. ver. 11.* & quantum temporis spatium requiratur ad hanc consuetudinem introducendã, vide eund. *ibid. versi. 10.* ubi quadragenariam sufficere affirmat, imò in toto ducatu Amalfitano non solvuntur decimæ ullo pacto; sed posset esse, quod ab antiquo tempore inter Episcopum & populos facta fuerit aliqua conventio seu concordia, ut populi dederint Episcopo aliquod prædium, seu aliquam possessionem loco decimarum, prout Afflict. *in constitut. regni, super constitut. Quanto cæteris, numer. 11.* dicit, quòd antiqua fama habet, populum Neapolitanum consignasse Archiepiscopo Neapolitano pro decimis, turrim Græcam, quæ antiquitus vocabatur turris Octavii. Vide Nig. *in constitut. Volumus, num. 13. vers. limita secundò*, ubi citat Archidiaconum *in c. quicunque. il 1. 16. quæst. 7.* & Butr. *in cap. parochianos, de decim.* & Felin. *in capit. causam quæ, de præscript.*

Ad

Ad octavum. Idem *loc. cit.* dicit primùm servandam esse consuetudinem, ut si laici soliti fuerunt ad horrea Clericorum decimas deferre, ad id etiam tenerentur. Secundùm, si horrea sint publicè deputata, quo decimæ omnium Sacerdotum deferantur, etiam Clericis non petentibus laici eò decimas deferre tenentur, & hoc quando ipsi laici sciunt ad quantum teneantur, & quando levi sumptu, & labore possent illas decimas ad dicta horrea deferre. Vinc. de Fran. *decis.* 124. *numer.* 1. Tertium, ubi viget consuetudo, quod non debeat massa auferri ab area, ni priùs certiores fiant clerici, ut assistant ad evitandas fraudes, & hoc cessantibus consuetudinibus servetur, quamvis possit introduci consuetudo, ut priùs ad propria horrea frumentum ac cæteros fructus deferrent, & postea decimæ integræ Ecclesiæ ministris persolvantur. Videto Guid. Pap. *quæstio.* 285. n. 1. & ibi Addit. *in li.* 6. Ab. *in cap. Apostolicæ, nu.* 5. *hoc tit.* Rom. Alex. Imol. *in l. stipulatio ista,* §. *inter cætera, & §. si quis, ff. de verb. obligat.* Specul. *in titul. de decimis, in fin.* Cæpol. *titul. de ser. urb. cap.* 72.

Ad nonum. Respondetur negativè, *c. non est, ca. tua nobis, il.* 2. *c. cùm homines, cum similibus, de decim.* Navar. *c.* 21. *n.* 31, *ver. secundò peccat.* Sylve. *ver. decimæ, nume.* 13. §. 7. *ver. quartum, & ver. quintum, & num.* 15. §. 9. nam solvendæ decimæ sunt antequam deducatur tributum alicuius domini, cujus fortassis est feudalis fundus, antequàm deducatur fatum, vel expensæ, & in summa ante omnia, quia ideo vocantur primitiæ: & ratio potissima est, quia decimæ fuerunt, antequam essent tributa, vel dominia, & ante meum, & tuum frigidum illud verbum, ut ait Joan. Chrysita divina Scriptura, *& tit. de decim. & primit.* vide Tiraquel. *de utroque retract. tit.* 1, §, 15. *gl.* 1. *nu.* 11. 12. *&* 13. sed hoc verum est de decim. realibus, secus verò de personalibus, ut de negotiationibus, Bal. *loc. cit.* & Innoc. *in c. pastoralis, de decimis, n.* 1. 6. *&* 7. bene verum est, quod non tenentur solvere decimas de optimo, nec de peiore, sed de mediocri, Major. *in* 3. *sent. dist.* 37. *q.* 36, *col.* 2. Navar. *loc. cit. versi.* 2. Tiraq. *de utroque retract.* §. 15. *gloss.* 1. *n.* 10. 14. *&* 15.

Ad decimum. Primùm de jure communi est quarta pars proventuum & emolumentorum, nec non decimarum clericorum: ut si clerici habeant quadraginta modios frumenti, Episcopo debentur decem, prout *in can. quatuor. & in can. aurum. cum similibus,* 12. *quæst.* 2. *can. unio.* 10. *q.* 3. *& ibi gl. in ver. tertias, c. de quarta, de præs.* Secundùm, si suscipere vult Episcopus onus fabricæ, potest accipere tertiam partem, gl. *ibi.* Tertiùm, attendenda est consuetudo locorum, gloss. *in c. quoniam in ver. tua parte, de decim.* gloss. *in c.* 1. *in ver. tertiam. & c. relatum, il.* 1. *in ver. medietatem, de sepult.* & gloss. *in c. requisiti, in ver. quartam, de testam.* secus de jure communi: nam Episcopus non potest sumere quartam partem decimarum ecclesiasticarum Parochialium, nisi parochia sit sua, vel ad nullum ipsæ decimæ pertinere viderentur, vel sit dubium, cui debeantur solvi, gloss. *in c. cùm contingat, in vers. de jure, de decim.* & sic intelligitur

c.quemadmodum, c.dudum, & ibi gloss. in verſ.de jure communi, eod.tit. & Innoc. *in c.ad Apoſtolicæ eodem*, & ſic habetur, quòd Epiſcopus non poteſt ſumere quartam decimarum parochialium, niſi in trib.caſib.Primò,ubi adeſt conſuetudo,quæ ſufficeret,ut ſit decennalis, per ea quæ dicam *in* §.12.Secundò, quando decimæ ſunt poſitæ in parochia ipſius Epiſc.Tertiò,quando ad nullum pertinerent,& hoc nota pro practica. Et quæ dixi ſuperiùs,non obſtant,quia intelligitur de quarta menſali,vel de quarta legatorum,vel de quarta funerali,vel in cauſis Apoſt.prout patet in juribus prædictis allegatis,ſed Boer. *in tract. de auct. mag.conſi.par.Franc.n.* 16. dicit Epiſc. poſſe exigere quartam partem omnium decimarum, & oblationum parochialium,ſuæ diœceſis.Ratio eſt, quia tota diœceſis eſt velut una parochia ſibi,& concurrit cum ordinibus curatis ſuæ diœceſis, licèt non in perceptione totali jurium parochialium:& ſic videtur loqui de quarta maſſæ communis cujuſcunq; parochialium,& non aliorum,& ſic poteſt intelligi juxta prædicta Abb. *in c. parochianos,n.1.de ſent.excom.& in cap.1. n.3.hoc tit.*ubi videtur dicere, de quarta decimarum etiam,& *in c.cùm contingat, n.7.eo.tit.*idem Innoc.*in cap.Theodoſius, n.2.de ſtat.monach.*ubi loquitur de perceptione cathedratici oblationum,decimationum,& mortuariorum, & Caputaq.*deciſio.*340.*p.3.*ubi habet,quòd Epiſcopus cenſetur Rector, & Vicarius perpetuus parochialis Eccleſiæ:dicitur Curatus totius diœceſis, & ſub cura ejus eſt tota diœceſis, & quòd Curati non ſunt,niſi adjutores ad participationem muneris Epiſ.*c.nullus,de paroch. c.de raptor.c.licet,17.q.1.*&licèt competat quarta decimarum Epiſ de jure, ut probatum eſt ſuperius,& docet Rebuff.*tract.de decim.*tamen inferior poteſt eas præſcribere.Franc.Balbus *tract.de præſcrip. 1.p. 5.p.c.13.nu.2.*

Ad undecimum.In quo differant vide Covar.*loc.cit.n.3.ver.caterum*,Syl.*loc. cit.n.2.*Sot.*lib.8.q.4.ar.1.de juſt. & jure*, ubi videto multas differentias.

Ad duodecimum.Covar.*loc. cit. n. 8. ver. 4.*dicit poſſe conſuetudine introduci,ut decimæ ſolvantur uni Eccleſiæ, quæ de jure communi debebantur alteri,*ca.cùm contingat de decimis.* & quando eſſet dubium cui Eccleſiæ deberentur ſolvi,ſufficere conſuetudinem decennalem per gl.*in c.ſi.de conſuetud.lib.6. in verſ.conſuetudo*,facit *cap.de quarta, de præſcript.*& ſic in ſumma habetur,quòd ferè in hac tota materia ſtatur conſuetudini,Innoc. *rub. de decim.* exceptis oblationibus, & prout dixi *in primo* §. *ver.ſecundùm*,quoad quorum, de quibus cætera,prout Covar.*loc.cit. num.* 8. per multa dicta,idem Vinc. de Franch. *deciſi.*107.*num.*4.*& deciſio.*124.*n.*3.Dubium eſt,an non ſolventi decimas debeat negari abſolutio in actu confeſſionis? Reſpondetur affirmativè, ſi poteſt ſolvere,& poteſt etiam excommunicari. Con.Trid. *loco cit.*Nau.*l.c. n.*32. & dixi *in ver.abſolutio,*§.*ult.*de materia decimarum,pro practica, habes multa in Capyc.*deciſio.*20.an ſit onus reale,& ſequatur detentorem, vel poſſeſſorem, vide *ibi.*

Ad

Ad decimum tertium. Vide Iſer. *in rub. de feudo Marchiæ num.* 3.

Ad decimum quartum. Vide Panor. *in c. ſignificavit, n.* 5. *paroch.* Oldr. *ad conſil.* 168. *gl.* 13. *q.* 1. *in ſumma.* Archid. *in c. ſi quem, de procurat. lib.* 6.

Ad decimum quintum. Diſtingue an negetur ullo pacto eas deberi, an quoad quotam, vide Caſtrum, *de hæreſi. ver. decimæ* Covar. *lib.* 1. *cap.* 3. *n.* 2. *var. reſol.* Sot. *lib.* 9. *q.* 4. *ar.* 1. *de juſt. & jure.*

DOMINIUM.

PRimò, an ſufficiat titulus ad probandum dominium, & an requiratur probare auctorem ejus, à quo dicit ſe habuiſſe dominium, vide Boer. *dec.* 42. *n.* 25. & quot modis probetur dominium, vide *ibidem num.* 32. & an per ſolutionem cenſus, ſeu canonis ſeu penſionis Eccleſia probet dominium, ſeu poſſeſſionem directam, vide Abb. *in c. accepimus, nu.* 1. *de privileg. in conſilio* 74, *incipiente, Civis quidam Senens,* 1. *vol.* Guid. Pap. *dec.* 272. Roman. *conſi.* 126. gl. *in cap. Bonæ memoriæ, in ver. unam procurationem, de appellat.* & gl. *in c. cùm venerabilis, in ver. locaſſet, de relig. dom.* Novel. *de jure protim.* §. *primus, nu.* 155. ex Baldo, *in l. cum de in rem verſo ff. de uſur.* & Abb. *in c. ſi. de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* dicit ſolutionem cenſus diuturnam probare titulum, modò ſit per tempus, cujus memoria non extat in contrarium, Jaſon *in l. ſi certis annis, num.* 12. *C. de pact.* & §. 5. *num.* 96. *& infrà*, dicit, confines probare dominium antiquiſſimum, & juriſdictiones. Alex. *in conſi.* 150. *num.* 9. vol. 6. & alia ibi citata per Novel. vide *in verſi. libri, & dec.* 42. eiuſdem Boer. *nu.* 11. ubi dicit, quòd per unum inſtrumentum venditionis rei emphyteuticæ, aut locationis perpetuæ, non probatur dominium contra emphyteutam; vide Abbatem *conſi.* 54. *in dub. & lib.* 1. quando locatio probet dominium, vel poſſeſſionem, vide Boer. *deciſio.* 105. *n.* 13. 14, & 15. *c. cum veniſſent, de reſtitut. ſpoliat.* vide Navar. *in conſi.* 4. *de præſcript.* & Jaſon. *in l.* 2. *nu.* 215. *verſi. decimo ſeptimo quæro,* dicit inſtrumentum emphyteuticum non probare dominium Eccleſiæ, vide Gemin. *in cap.* 1. *verſi. ulterius quæritur, de præſcript. libro* 6. ubi ponit diſcrimen tituli boni, vel mali, fidei bonæ, vel malæ prædeceſſoris, reſpectu ſucceſſoris.

Secundum, dominium antiquiſſimum loci, juriſdictionis & confinium, ſeu terminorum, ſeu titulorum probari poteſt per famam, Betrant. *conſi.* 171. Novel. *de jure protim.* §. *quintus, num.* 96. & 97.

Tertium, an dominium ſeu poſſeſſio probetur per obligationem, vel ex locatione? Affirmativè reſpondetur. Vinc. de Franch. *deciſ.* 204. *num.* 12. & 20. vide etiam Afflict. *deciſion.* 325. & 331 *in ultim.*

Quartum, poſſeſſio ſola non ſufficit auctori ad probandum dominium, Afflicti. *deciſio.* 40. *num.* 4.

Quintum, an & quando ſolutio cenſus probet poſſeſſionem, vide Affl. *dec.* 325. & Abb. *in c. quanto, n.* 2. *de cenſ.* vide Gem. *in c.* 1. *verſi. quæro, an potens, de præſc. lib.* 6. licèt remiſſivè.

Sextum, dominium difficillimum eſt

probare, *l. iubemus, l.* 1. 2. *C. de sacrosan. Eccles.* Abb. *in c. Epis. nu.* 1. *de reb. eor. n.* 2.

Septimum, in possessorio sufficit probatio solutionis census duorum annorum, in petitorio 30. vel. 10. Rodoan. *tract. de reb. Eccl. non alien. q.* 1. *in fi.*

Octavum, in alienatione rerum quæ alienari non possunt, non transfertur dominium, nec currit præscriptio, Dyn. *in c. cùm quod n. & in c. quod contra.*

Nonum, quomodo dominium probetur per testes deponentes de aliquo facto, & non de auditu, & optimam practicam probandi dominium, vide apud Caputaque, *dec.* 279. *& seq.* 1. *p. & dec.* 269. 3. *p.* ubi dicit testes singulares probare possessionem alicujus, dummodo sint contestes, Fel. *in c. licèt ex quadam, de testib.* Abb. Anton. & Innoc. *in c. licèt causam, ver. in ea gl. de prob.*

Decimum, dominium probatur ex deputatione Gubernatoris, & Judicum, & jurisdictionem exercentium. Corneus *consi.* 333. *num.* 3. *volum.* 1. Caputaquens. *decisio* 283. *p.* 3.

Undecimum, dominium probatur, si quis probat se percepisse fructus tanto tempore, quod sufficit ad præscriptionem, Bar. *in l. ad probationem, C. locati.* Franciscus Balbus *tract. de præscript.* 2. *p.* 3. *prin. c.* 2. *num.* 8.

DEGRADATIO.

SVMMARIVM.

1 *Quibus in delictis fieri possit, & debeat.*
2 *A quibus, & quibus sociis.*
3 *Vbi, quibus indumentis, & an cum degradato actualiter possit Episcopus dispensare.*

AD primum. Vide Sylvest. *in ver. degradatio. num.* 4. §. 2. & Diaz *in pract. crim. Can. cap.* 130. *&* 131. & quando Clericus, vel Episcopus possit degradari propter conjurationem factam contra principem, vel dominum terræ, vide Abb. *in c. at si Clerici. de judic. dec.* 130. *n.* 73.

Ad secundum. Vide Conc. Trid. *sess.* 13. *cap.* 4. *de refor. & de Cath. instit. tit.* 46. *num.* 69. *&* 70. *c. degradatio, de pœn. lib.* 6. *& c. novimus. de ver. signi.* Roman. *sing.* 165. & circa degradationem hæreticorum, ultra prædictos vide Peng. *com.* 45. *in* 3. *p. Direct. Inquis.*

Ad tertium. Vide Anch. *in d. c. gradatio,* & practicam habes in Pontificali. Dubium est, an Prælati Religiosorum possint cognoscere de causis Religiosorum, & de criminalibus quæ requirunt depositionem, & Navar. *in c. non ducatis,* 12. *q.* 2. *n.* 63. videtur dicere quòd non, & Conc. Trid. *loc. cit.* loquens de degradatione facienda, solùm hoc tribuit Episcopo, vel ejus Vicario generali.

DUELLUM.

PRimò, de requisitis ad duellum, & de ipso, vide plura per Guid. Pap. *q.* 623. *&* 617. & Rebuff. *in l. unica, C. de gladiat. l.* 11. & Capyc. *dec.* 130. *n.* 74.

Scun dò, qualiter detestetur, & omnino de medio tollatur & penitus ex Christiano orbe exterminetur, vide Conc. Trid. *sess.* 25. *c.* 19. *de refor.*

Tertiò, illud decretum habet locum in privatis duellis, quæ fiunt sine alicujus principis auctoritate, & consensu, & sine

sine Patrinis: ita censuit sacr. Congreg, *declarat.329.in meis.*

Quartò,Episcopus potest dispensare cum Clerico pugnante in duello, modo mors, vel mutilatio non sequatur, Selva *tract.de benef. 4.p.q.7.n.8.ver. 9.* & Diaz *pract.crim.canon. cap.93.*

Quintò,multas pœnas & censuras, quæ incurruntur ob duellum commissum,vide in Conc.Trid.*loc. cit.& in tit. de cler.pugn.in duello*, & qualiter puniatur in regno provocans ad duellum vide prag.quæ incipit; *Novis occurrentibus tit.de duellis*,ubi imponitur pœna capitalis.

Sextò,de pœnis pugnantium in duello,seu duellum permittentium, vide Bull.Julii II,9.quæ incipit:*Regis pacifici*, Leonis X.29.Clem. VII.11.Jul.III. 56. Pii IV.25.Gregor.XIII.28. & Leo. X. addit,*spectatores,auxiliantes, consiliantes, faventes,&c.* Navar.*consi.1.& 2. de purg at. vulg.*

DOS.

PRimò, promissor dotis, etiam sine peccato tenetur ad usuras dotis proportionabiles solvendas,& alimenta, & interesse ex mora,Capyc.*decis.65. nu.5.* hoc etiam in antefato,seu quarta, idem *ibid.*

Secundò, hoc etiam valet in vidua, quæ non potest habere dotem ab hæredibus sui mariti:nam potest petere illius usumfructum Covar.*lib.3.c.1.nu. 3. §.6.var.resol.*Nav.*c.17.n.213.*Syl.*in ver. usura,3.n.7.*

Tertiò,dos non potest fieri deteriotis conditionis etiam de consensu mulieris, *l.de die, & ff. Attilius, ff.de jure dotium.* Vin. de Franc. *decis. 54. n,4.c.ex literis de pign.*&Covar.*pract.qq. c.24.n.4.*

Quartò,dos non mutatur, si relicta fuerit alicui pro maritagio,si illa ingrediatur Religionem approbatam, Capyc.*decis.*294.quod vide *in ver. Legatum,*§.4.

Quintò,de causa dotis, quandoest connexa cum matrimonio, potest cognoscere Iudex ecclesiasticus,gl,*in c. sianum,in versi.dependent.l.6.* & ibi Gom. *n.20.* & gloss,*in reg.Accessorium, de reg. iur.l.6.*vel incidenter:Vinc.de Fran. *decis.187.n.3.*

Sextò,dos si non solvatur statim marito,etiamsi in pecunia fuerit illa promissa, potest post biennium petere interesse,Capyc.*decis.*183.

Septimò,valet pactum inter promittentem dotem,& inter eum,cui promittitur,quod donec dos solvatur in pecunia,debeat vir accipere à promittente tot pro centenario mense quolibet, si sustineret onera matrimonij, & etiam sine promissione debentur usuræ ratione dotis non solutæ,& interesse, Capyc.*decis.56.num.4.& 5.*Cald,*in c. salubriter.de usur.*

Octavò,dos,antefatum, paraphernalia, & donatio propter nuptias quam hypothecam habeant, & quando præferatur prioribus creditoribus, talia habens mulier, vide Covar.*lib. 1. cap.5. var.resol.& in cap.qui prior.num.*10. 17. *de reg.iur.lib.6.*

Nonò,dos an debeatur filiæ spuriæ, affirmativè respondet Cov. ex communi

muni sententia, *de spons. 2.p.c.8. §.6. num.11.*

Decimò, si dos promissa fuerit marito, & non soluta, an teneatur alere uxorem, negativè respondet Addit. *ad quæst.87.* Capel. Tolos. secus si non fuerit ei promissa, quia tunc tenerentur eam alere etiamsi ei non solvatur, idem *ibidem*, oppositum tuetur Covar. *de spons. 2. p.c.6.n.2.*

Undecimò, an debeatur à parte filiæ, si nupserit alicui invito patre? Respondetur quod sic, modò nupserit viro honesto, Capel. Tolos. *q.299.* aliàs non, Joan. Andr. *in c. accedens, de procur.* gl. *in c. ul. 32.q.2.* idem de avo paterno, non autem materno: idem si fuerit semel dotata, & dos est deperdita, addit. *ibid.*

DIVORTIUM.

DIvortium, quoad separationem thori, non debet fieri sine licentia Episcopi, tamen facta tenet. Abb. in eis quæ allegat. *in ea. præterea, de conversi. coniug. num.3.* Covar. *de spons. 2.p. cap.7. §.6. num.8.*

DELEGATUS.

PRimò, jurisdictio delegati incipit perpetuari per solam citationem, Guid. Pap. *q.421. num.2.* Gom. *in q.3. col.1. vers. tamen contrarium, de subrog. collig.* gl. *in Clem. 2. ut lite penden.* Gom. *in q.45. de ann. possess. & q.81. & 54. & 56. ibidem*, & sic etiam mortuo delegante, non expirat jurisdictio delegati: ratio quia res non est integra, *l. licet, c. relatum, c. legatos, de offi. deleg. extrà, lib.6,* Maran. *4.p.d. 5. num.61.* hoc intellige, si fuit factum decretum citationis vivente delegante, licet executio facta sit illo mortuo, Rot. *decis.9. de dolo & contum. in antiquis,* Cuputaq. *decis.125.p.2.*

Secundò, in gratiis, etiam re integra, morte mandantis non expirat jurisdictio delegati, *cap. si super eo. tit. lib.6. cap. si cui, de præb. eod. lib.* vide decis. Rot. *de offic deleg. in novis.12. aliàs 349. & decis.19. de præb. in novis.* Staph. *de lit. grat. fol.202. ar. 1.2. & 3.* Gom. *tract. de præiudicio, numer.121.*

Tertiò, etiam per citationem nullam ipso jure perpetuatur jurisdictio, Gom. *in c.1.n.126. de constit. lib.6.* limitatur hoc, nisi sit defectus jurisdictionis, quia tunc secus, idem *quæst. 45. de ann. possess.* an etiam per rescriptum subreptitium detur jurisdictio? Respondetur quòd sic, Innoc. *in c. super lit. n.6 de rescript.*

Quartò, delegatus debet citare cum inserto tenore sui rescripti, adeò quod hoc non facto, non teneatur pars citata comparere, Innoc. & Hostien. *in c. propterea, de dilat.* Guid. Pap. *q. 445.* Maran. *q.1. d.5. num.59 & infrà, & 6.p. tit. de cit. num.75.*

Quintò, delegatus Principis regulariter potest subdelegare. Hoc fallit primò in nudo ministerio sibi commisso, *cap. fin. § ultim. de offic. deleg.* Secundò fallit, quando eligitur industria personæ, *c. is cui, co. tit. l.6.* & quando eligitur ex verbis delegationis Capyc. *in dec. 157. num. 6.* Abb. *in c. singulis, num.3. de statu mon.* Tertiò fallit in his, quæ princeps sibi reservavit, quæ postea alicui remittit, Covar. *l.3. c.20. num.6.* Quartò fallit in delegato

legato Legati Cardinalis à latere, Covar. *loc. cit. variar. resol.* Quinto fallit in eo, cui committitur testium examinatio, nisi de consensu partium, Inno. *in c. causa, de restitut.* vide Bal. *in marg.* Inno. *in ver. testium.* Sextò fallit, quando committitur per verbum mandamus, vel præcipimus, vel quando diceret, Causam per te cognoscere debes, vel diceret, super quo & tuam conscientiam oneramus: quia tunc videtur ablata subdelegatio, & videtur electa industria personæ, Felin. *in c. eam te, col. 7. ver. nihilominus, de rescript.* Imola, & Abb. *in c. fi. de offi. deleg.* Maran. *in tract. an judicium sit ordinarium, vel delegatum, numer.* 27. vel melius addit. Foller. Adde Jason. *in l. quod jus, numero 9. versi. tertiò bene facit, de judic. & in l. à judice, nu. 18. eod. tit.* & Bal. *in c. si pro debilitate col. 4. de offic. deleg.* Panorm. *in c. cùm in veteri de elect.* licèt aliqui contrarium teneant, ut Angel. Aret. *in authen. ad hoc delegatos à principe*, debet intelligi à Principe non recognoscente superiorem, de jure, vel de facto; secus verò de legatis Episcoporum, Ducum, Marchionum, Comitum, Baronum, & aliorum Principum seu Dominorum recognoscentium superiorem; ita Jason. *in l. à judice, numer.* 17. *de judic.* Industria personæ dicitur tunc etiam eligi, quando mandatur fieri aliquid incerti vel incertis personis, secus verò, quando mandatur fieri aliquid certi, vel certis personis, ut si in legato vel testamento relinqueretur distribui aliquid incertis pauperibus, vel provideri de beneficiis incertis personis, vel eligi persona incerta. Gem. *in capit. si cui, no. ab. 3. de offi. deleg. lib. 6.*

Sexto Delegatus super causa juris patronatus, vel beneficij non potest exequi suam sententiam, instituendo, vel conferendo, sed latâ sententiâ, ejus executionem mandat Ordinario, cui de jure competit institutio, & collatio, *c. super eo, eod. tit. c. ex frequentibus de institut.* verùm si Ordinarius nollet ad mandatum delegati instituere vel conferre, ipse delegatus instituet, & conferet, *per c. prudentiam, in fi. eo. tit.* Io. de Selva tract. de benefic. 2. *p. q. 13. nu. 1. & c. significasti, eo. tit.* tamen distingue cum Hostien. *in sum. hoc tit. numer. 2. §. quis delegare possit*, ubi dicit quod delegatus à principe exequitur suam sententiam, delegatus ab Ordinario non. Adde Jason. *in l. cùm specialis, num. 9. de judic.* ubi plus dicit, nempe, posse etiam exequi sententiam ejus qui vice sua judicavit, & hoc intellige in delegato Principis.

Septimo, Delegatus latâ sententia, non habet tempus ad exequendum eam nisi unius anni, quo elapso Ordinarius, & non ipse, exequitur, *c. quærenti, & glo. ibi, eod. tit.* Fallit primo, quando fuit appellatum à sententia diffinitiva, vel ab aliquo gravamine, quia si judex adquem, pronunciavit malè appellatum, tunc non currit annus. Host. *in sum. tit. de offi. delegat. §. & qualiter.* Secundo fallit, quando fuit appellatum à judice delegato, & appellatio reperitur deserta: nam tunc delegatus etiam post annum exequi potest sententiam suam, Innoc. *in d. cap. quærenti, in ver. annum de offic. deleg.* Cap. Tolos. *q. 8. & ibi additio.* Gemin. *in c. si delegatus, ver. quid si lata sententia, de offic.*

deleg. l. 6. & dubitatur, an delegatus legati possit subdelegare. Gemin. *c. 2. ver. quæro, de offi. leg. l. 6.* quanto magis Episc.

Octavò, rescriptum delegati debet esse perenne quoad cognitionem causæ *l. falsò, C. de diverf. rescript.* Gom. *in c. 1. num. 204. de constitut. lib. 6.* Ioan. de Selva *tract. de benef. 3. p. q. 64. num. 4.* sed vide ejus distinctionem. Hoc tamen fallit, quando res non esset integra, per *c. gratum*, & alia, prout supra, adeò quod si venit excommunicatio Papalis, seu rescriptum in partibus commissum Ordinario, & incœpit unam monitionem, vel fuit præsentata, & decretum de monitionibus factum, res non dicitur integra succedente interim morte Pontificis, vel principis delegantis.

Nonò, dubium est magnum in apparentia, *in c. si. § . cæterùm, de offi. deleg.* & *c. fin. de offi. ord.* & gloss. *in versi commiss. in fine*: nam is, cui per delegationem cõmissum est nudum ministerium, non potest alteri subdelegare hoc: ut v. g. Papa committit alicui Ordinario ut absolvat aliquem, hoc non potest alteri subdelegare: & tamen *in dicto capit. fin. de eff. ord.* videtur dici oppositum: sed ex text. elicitur responsio quod si absolutio, vel quid simile committitur Ord. ex officio suo, & non ex delegatione, illud potest alteri subdelegare, delegatus verò non potest. Ratio est, quia nudum est ministerium, & eligitur industria personæ, *c. si cui, cum vulgatis.* Ampliatur etiamsi Ordinarius hoc habebat ex privilegio, vel etiam ex commissione Papæ, vide Covar. *lib. 3. cap. 20. n. 5. variar. resol.* & maximè facit hoc pro intelligentia *c. liceat, sess. 24.* Con. Trid. vide Syl. *in ver. delegat. n. 11.* Navar. *conf. 6. de offi. jud. deleg.*

Decimò, an Episc. successor succedat in jurisdictione delegata suo prædecessori, distingue cum *c. quoniam Abb. hoc tit.* & gloss. *in Clem. unica, in fine, hoc tit.* ubi etiam tangit in nudo ministerio.

Undecimò, solet interdum Papa excitando aliquem Ordinarium, ut vigilantiùs se habeat erga gregem suum, & in particulari, ut castiget talem, vel talem, scribere illi, hoc non dicitus delegare, sed excitare jurisdictionem illius, *c. licet, de offi. ord.* hoc tamen fallit, quando Papa uteretur verbis præceptivis, ut, præcipimus, jubemus, vel similibus, quia tunc esset delegare, Gom. *in c. 1. n. 12. de resc. lib. 6.*

Duodecimò, similiter quando Papa in aliqua diœcesi constituit Inquisitorem, non ob hoc videtur derogare jurisdictioni Episc. quin sit ipse Ord. etiam in sua jurisdictione, quia concurrit cum Inquisitore, ut dicam *in ver. hæretici, c. per hoc, de hæret. l. 6.*

Decimotertiò, delegatus non potest implorare brachium sæculare, Bald. *in marg.* Innoc. *in ver. deleg. qu. 2.* & citat Innoc. *in c. 1. de offi. Archi. & c. 1. de præb.* sed hoc intellige, nisi hoc etiam haberet in commissis, & nisi adsit clausula, quod possit invocare auxilium brachii sæcularis. Aflict. *in constit. post mundi num. 56.*

Decimoquartò. Si ord. delegat, potest revocare suam delegationem, similiter

liter delegatus ad universitatem causarum, sed delegatus subdelegansnon potest subdelegationem revocare, hoc intellige, quando sibi nihil retinuit. Host. *in sum. tit. de offi. deleg. §. quæ delegari possunt, nu. 6.*

Decimo quinto, delegatus, per decretã citationem in vita Pontificis, licèt non exequutam, mortuo Pontifice perpetuat jurisdictionem. Caputa, *decis. 113.*

Decimosextò, an delegatus à Principe, si delinquat Ordinarius possit eum punire. Ca. Tolos. *q. 423.* tenet quod sic per Cynum *in auth. Qua in provin. ubi de crim. agi oportet* : ut quando excederet formam mandati, vel procederet in casu, non concluso in sua commissione, vel vellet exequi, vel procedere, antequam ostendat suam commissionem, addit. *ibidem*, vel multa dicit pro practica quotidiana. Similiter Ordinarius potest resistere delegato Papæ, quando vellet procedere in casu non incluso in ejus rescripto notoriè. Gem, *in c. si eo tempore, vers. nota istud dictum, de rescrip. lib. 6.* Similiter potest ordinarius providere quando delegatus gravat aliquem contra dispositionem *c. statutum. de resc. l. 6,* Gem. ibi, & Joan. And. *in ultimo.* Similiter Ordin. potest aditi pro executione gratiæ factæ à Papa; idem *in c. si super, ver. item, de offi. deleg. li. 6.*

DIGNITAS.

PRimò, dignitas, quid sit, & quotuplex, vide *in ver. beneficium. §. 1. ver. 12.* ubi una tantùm reperitur dignitas, non cadit sub dispositione, & reservatione regularum Cancell. Gom. *de expect. n. 45.* & quomodo cognoscant ut dignitas, personatus, & officium : vide Anchar. *in c. de consuetud. numero 6. libro 6.* canonicus Ecclesiæ cathedralis de jure communi non dicitur in dignitate positus, ut patet per omnes, *in capitulo statutum, de rescript. libro 6.* tamen largè venit. Felin. *in ca. pastoralis, numero 12. de offi. deleg.* Caputaqu. *decis. 257. par. 1.*

Secundò, dignitas an sit Militia, Doctoratus, & Sacerdotium, de secundo & tertio est clarum, vide Jason. *in l. si quis in cognoscendo, nu. 2. & 5. de pact.* ubi disputat per multa de dignitate Doctoratus, & Sacerdotio : habetur etiam *Eccles. cap. 45.* ubi habetur, *ut sit illi sacerdotij dignitas in æternum*, de militibus & equitibus limita, prout ibi, sed hic sumitur dignitas largo modo & non prout *in cap. statutum, de rescript. libro 6. & in. caput. cùm dignitates*, fact. Conc. Trid. *sess. 24. quod est cap. 12. de reform.*

DONATIO.

PRimò, Donatio omnium bonorum, præsentium, & futurorum, vel præsentium tantùm futuræ hæreditatis, an valeat? vide Abb. *in cap. 2. numero 2. de concess. præbend. & ibi addit.* Ant. Franc. *in litera* E. Ang. Imol. Alex. & alios, *in l. stipulatio, ff. de verb. obl.* Dec. *in cap. in præsentia, num. 7. de probat. & in cons. 488,* Navar. *de reg. com. 1. c. 33. n. 26.*

Secundò, an donatio inter virum & uxorem

uxorem possit fieri, vide Abb. *in rub. de donat. & annotat. ibi.*

Tertiò, quot modis revocetur donatio; vide *in cap. fin. hoc tit. & in ver. iuramenti absolutio.* §. 2.

Quartò, maritus donans uxori in compensationem nobilitatis, ætatis, vel hujusmodi, uxor potest sibi lucrari illud, etiamsi moritur maritus post matrimonium ratum, vel paulò post consummatum, Afflict. *dec.* 61. Sylvest. *in ver. donatio*, 2. §. 1. *n.* 2.

Quintò, donatio inter vivos, seu simplex, licèt regulariter prohibeatur inter virum & uxorem, tamen fallit in casibus, prout Sylvest. *loc. cit.* §. 3. *num.* 4.

EXCOMMUNICATIO.

PRimo. Excommunicatus non est percutiens, vulnerans, mutilans, vel occidens Clericum inventum turpiter agentem cum quatuor speciebus personarum, scilicet cum uxore, matre, sorore, & filia. Gloss. *in ca. si quis suadente, in ver. violentus*, 17. *quæst.* 4. *cap. si verò, de sent. excom. il.* 1. & hoc non ex intervallo temporis, sed ex subita passione, Covar. *de spons.* 2. *par. tit.* 7. §. 7. *nu.* 12. Sylvest. *in vel excommunicatio*, 6. *cap.* 10. Tabien. *in eo. ver.* 5. *casu* 1. §. 8. *numero* 31. & an possit maritus, pater, filius, & frater, facere per aliam personam sive conjunctam, sive per pretium, sive per assassinum. Afflict. *in constitut. Pacis cultum, q.* 15. *nu.* 40. videtur declinare in partem affirmativam, & ego puto, quod neque incurratur excommunicatio, sicut licet patri, & conjunctivæ personæ verberare filium per alium, quando ipsi per se non possunt. Tab. *ver. excommunicatio*, 5. & judex ecclesiasticus potest torquere Clericum per alium, prout dixi *in ver. tortura*, §. 1. & Syl. *in ver. excom.* 6. §. *sciendum, num.* 6. *ver. undecimo.*

Secundo, quod dixi de vulnerato, &c. intellige, si incontinenti, vel sine deliberatione, & ut dixi sup. Navar. *cap.* 27 *num.* 34. quamvis Covar. *loc. cit.* nimiùm scrupulizet, dicens, textum illum non intelligi de occidente, & quid si occidat, non ex deliberatione: dicitur quod oportet saltem absolvi ab Episcopo, quia text. ille fundatur *in l. Gracchus, C. de adulteriis*, ubi habetur, quod difficile est, justum dolorem temperare, *& l. si adulterium.* §. *Imperatores ff. de adulter.* hoc tamen fallit, si occidat illum remisso dolore, vel se abscondendo in aliquo loco, ad hoc ut clericus ad suam uxorem accedat, & postea exiens, eum occidit, quia modò esset ex deliberatione, & incurreret pœnam à legibus statutam. Nav. *cons.* 26. *de sent. excom.*

Tertio, Ampliatur primo, hoc intelligi etiam de sponsa de præsenti, etiam ante copulam, Covar. *loc. cit.* 1. *p. c.* 1. *nu.* 8. gloss. *in dicto c. si verò, in ver. cum uxore*, gloss. *in c. descriptionem in ver. reatum, de eo qui cognov. uxor. &c.* hoc tamen limita, si matrimonium per verba de præsenti fuerit contractum, juxta formam sac. Con. Trid. *sess.* 24. *c.* 1. *de refor.* ampliatur, hoc intelligi de sorore, etiam illegitima, Astens. *lib.* 7. *tit.* 3. *quæst.* 9. *vers.* 11.

Quarto, turpiter agere, non solùm intelligitur de actu obscœno, vel dormitio-

mittione, sed de amplexibus, osculis, tactibus turpibus, & indecentibus, vel in loco suspecto, Nav. *loc. cit.*

Quintò, si inveniret dictum clericum sponsa de futuro, & verberaret eum, ut sup. sufficeret absolutio Episcopi, Covar. *loc. cit. numer. 2. ver. 2.* quot modis quis excusaretur ab excommunicatione ob clerici percussionem, vide Innocent. *in c. veniens, de sent. excom.* Nav. *c. 27. num. 80.* sed hæc omnia intellige de excommunicatione evitanda, & non de peccato mortali, quod incurritur de jure Can. Abb. *in d. c. si verò, n. 8.* & Covar. *ubi sup.*

Sextò, quid dicendum, quando duo rixantur, & alter se defendens excederet quodammodo modum defensionis, & vulneraret socium, quo cum rixatur, an sit casus Papalis? Respondetur negativè, gloss. *in c. significasti, tl secundo, in ver. moderamine.* gloss. *in c. olim, in fin. de restit spoliat.* Navar. *cap. 27. num. 82. notab. 15.* Sylvest. *in ver. excommunicatio, 6. §. sciendum est, 4. ver. 9.* Gom. *in c. 2. nu. 54. de constit. lib. 6.* Ratio est, quia in rixa non consideratur moderamen inculpatæ tutelæ, quando indeliberatè insultatus excessit modum, Foller. *pract. crim. tit. de defensio. num. 16.* Ratio rationis est, quia primi motus non sunt in consideratione nostra, idem 4 *par. principali. nu. 22. & in fragm. num. 57. & 58.* & nota pro practica quotidiana, quod excedens in defensione, punitur solùm pro illo excessu, & tanto magis, quando fuisset provocatus, & alleviat culpam, seu pœnam, & facit in illam non incidere, Afflict. *dec. 206. n. 3. & 4.* vide Anchar. *in c. dilecto, n. 12. de sent. excom. lib. 6. vers. sed juncta prædicta,* immopercutiens clericũ se defendendo, non incurrit, etiamsi percutiendo modum excederet, dummodo non faciat hoc ex proposito. Clarus §. *homicidium, vers. propterea etiam.* idem de provocato à clerico se defendens, non incurrit, nec de homicidio tenetur, Clar. *quæst. 60. ver. nunc quæro.*

Septimò, percutiens clericum excommunicatum, non committit sacrilegium *c. excommunicatorum, 23. q. 5.* si fiat zelo justitiæ.

Octavò, quando esset depositus vel incorrigibilis, vel degradatus hæreticus, vel bannitus, Sylvest. *in ver. excom. 6. à num. 5. & inf.* Navar. *c. 27. à n. 89. per 26. exceptiones.*

EXCOMMUNICATIONIS CAUSA EFFICIENS.

PRimum dubium, an Episcopus possit excommunicare subditum suum extra suam diœcesim existentem? Respondetur primo negativè. gloss. *in capit. novit. de offic. deleg. in ver. iurisdictionem, de foro compet.* Navar. *cap. 27. nume. 6.* Secundò, bene verum est, quod dum existit in sua diœcesi, potest ibi excommunicare non residentes in beneficiis suæ diœcesis, etiamsi ipsi non residentes sint extra diœcesim, Navar. *loc. citato.* Tertiò, similiter potest ipse Episcopus extra diœcesim existens excommunicare subditos suos in notoriis, Sylvest. *in ver. excommunicatio, 1. dub. sexto in fine.* & Navar. Nec obstat *capit. 2. de constitut. libro sexto,* quia potest Episcopus hoc ratione rei sitæ, seu contractus, per *capit. finali*

final. & capit. 1. §. *contrahentes de foro compet. libro 6.* & ratio est, quia in notorijs non requiritur indagatio, ut patet, & Concil. Trident. *sess.* 23. §. *eod.* omninò dicit Episcopum posse procedere contra absentes non residentes per censuras ecclesiasticas. Quartò, si fuerit citatione præventus, & postea discessit à territorio, potest tunc excommunicari in contumaciam. Patet ratione criminis, juribus allegatis: quod dixi, patet, quia Episcopus non potest quæ sunt jurisdictionis contentiosæ extra suam diœcesim, quia ibi est ad instar privati, *l.* 2. *ff. de offi. Proconsul. & Legati. & l. fi. de offi. Præsid.* Ratio est, quia jurisdictio cohæret loco vel territorio, ut *l. fi.* & ibi Bar. *C. ubi & apud quos.* vide Gemin. *in c.* 2. *ver. ult. quæro. de const. lib.* 6. ubi habes bonam practicam.

Secundum dubium est: aliquod beneficium nullius diœcesis habens populùm sub se, homines illius populi volunt impetrare excommunicationem; dubitatur à quonam possint illam impetrare, an ab Episcopo viciniori, vel ab illo, qui obtinet illud beneficium? Ad hoc sac. Congre. *declar.* 377. respondet negativè, sed confugiendum esse ad Sedem Apostolicam: sed hoc fallit, quando ille beneficiatus haberet Episcopalem jurisdictionem, ut sunt nonnulli commendatarij, quia tunc possent illum concedere, ut patet ex juribus vulgatis, & praxi quotidiana, & sic vidi observari in Abbatia *S.* Angeli ad Fasanellam.

Tertium dubium, an Episcopus excommunicatus possit excommunicare? Respondetur primò, quòd si est occultus, potest. Secundò, si est pnblicus, & non, in duobus casibus, Conc. Constantien. etiam potest Fran. Vict. *in sum. de Sacram. tract. de excom. num.* 16. Sylvest. *in ver. excommunicatio,* 3. *n.* 1. §. 10. & 11. gl. fin. *in c. cùm dilectus, de consuet.* imò nec ejus Vicarius, modo quo suprà, prout dicam *in ver. Vicarius, versi.* 8, vide Innoc. *in c. exceptionem, numero* 1. *de except. & in c. extuæ, numero* 6. *de Cler. non resid.* Covar. *in c. alma mater,* 1. *par. quæst.* 11. *num.* 4. Gem. *in c.* 1. *ver. quæro, an collatio, de rescrip. lib.* 6.

Quartum dubium, an quisque possit capere clericum animo præsentandi suo Prælato: dic, quòd sic, Syl. *in ver. excommunicatio,* 6. *num.* 5. §. 2. modò spatio viginti quatuor horarum præsentet suo Prælato, Navar. *ibidem, n.* 84. *nu.* 21. Abb. *in cap. ut famæ, n.* 6. *de sent. excom.*

Quintum dubium, an satellites capientes Clericum, vel de ordine Episcopi, vel in casu licito, & verberantes clericum, essent excommunicati? Respondetur affirmativè, si ille permittebat se quietè capi, & duci, *c. clericus sentent. excomm. lib.* 6. secùs si se defendebat, & percutiebat, quia tunc tales si non possent illum capere, & ducere sine percussione, non incurrerent, & colligitur ex dicto textu, *à contrario sensu,* & gloss. *in ver. excidatur,* Angel. *in ver. excommunicatio,* 5. §. 5. *usque ad* 10. Navar. *capitulo* 27. *n.* 82. *notab.* 17.

Sextum dubium: Mulier impetitur à Clerico verbis lascivis, an liceat illi mulieri propulsare illa verba verberibus? Videtur quòd non, quia injuria verbalis defensione verbali est propulsanda,

sanda, secus non esset defensio cum moderamine, & ita sentit Nava. in facto *ibidem, nota.* 22. licèt Boer. *decis.* 196. dicat injuriam verbalem posse propulsari armis vel aliis verberibus, & Foller. *in prac. crim. tit. de defensio. numer.* 11. dicit regulariter verba verbis esse propulsanda.

Septimum, mandans percuti clericum, si interim mandantem pœnituerit, an incidat in canonem, etiamsi decesserit? Vide Innoc. *in cap. mulieres de senten. excomm.*

Octavum, an locorum Ordinarii possent torquere clericos per manus laicorum? Respondetur quod cùm hodie non reperiantur clerici, qui utantur arte tali, nec sciant ligare, & solvere, & erigere clericum torquendum, quod possunt; ita passim introduxit consuetudo, Nava. *loc. cit. notab.* 24. Diaz. *pract. crim. canon. ca.* 17 & ita ego practicavi. idem Nav. *in c. nullum*, 18. *q.* 2. *nume.* 52. *tit. de Reg. ad trir, damn. & in conf.* 5, *de foro comp.* Tabien, *inv er. excommun.* 5. & est communis modernorum.

Nonum, an prælatus possit excommunicare aliquem denegantem sibi censum debitum, affirmativè respondet Innoc. *in c. significavit, num.* 5. *de censib.*

Decimum, quinam sint casus Papales, quive Episcopales, & quomodo possint cognosci? Vide Navar *loc. citato à num.* 88. *& infrà*, & Sylvest. *in ver. absolutio, per totum.*

Undecimum, an quilibet posset capere, seu etiam ligare clericum, vel ut eum avertat à flagitio, vel sibi debitorem suspectum de fuga, modò quamprimùm eum præsentet suo Prælato? Affirmativè respondet Sylvest. *in ver. excommunicatio, 6. num.* 5. *versi.* 5. Abb. *in c. cùm non ab homine, num.* 10. *de iud.* & ibi Bal. *colum.* 3. *& in ca. dilectis, colum.* 5. *de appell.* Addit. ad Dyn. *in cap. ea quæ de reg. jur. libro* 6. *litera B. vers. ego puto dictum.*

EXCOMMUNICATIONIS CAUSA MATERIALIS.

SUMMARIUM.

1 *Pro qua quantitate possit admitti excommunicatio.*

2 *Pendente lite, vel post publicationem factam in causa, an possint concedi monitiones excommunicationis, & postea fulminatio ipsius.*

3 *An principalis teneatur revelare.*

4 *An in causis criminalibus sint concedendæ monitiones, & sententia excommunicationis. & si sic, an cum clausula, quæ apponi solet in forma, significavit, & quid si inde sequeretur mors, vel mutilatio, sit suspicio irregularitatis.*

5 *An debeant suspendi monitiones, parte contradicente.*

ANtequam singulis quæsitis respondeatur, non erit inutile notare hanc practicam, quæ (meo quidem judicio) optima erit, ut maturiùs hac in materia procedatur, & cum causæ cognitione, prout jubet sacrum Conc. Trid. Ideo sic erit practicandum, ut præsentatis capitibus, super quibus petitur fieri monitiones, ac denique (si opus erit) fulminationem excommunicationis, antequam prælatus concedat illa fieri, faciat

faciat dicta capita intimari partì, quod jure,& ratione comprobatur. Jure: nam citatio est de jure naturali. Clement. *Pastoralis*,§.*caterùm, de re jud.l.ut vim*, & ibi latè Doctores, *ff. de just. & jur.* & in omnibus actis est necessaria, ubi adest interesse partis, Maran.*6.p. tit. de citatione,num.*3. Gom.*tract. utr.sign.* ratione, quia tractatur de damnatione animæ in futuro, de fama & medicina hominis Christiani in præsenti sæculo, *c. medicinalis, de sent.excom.lib.6.* & auditâ parte, eaque non allegante aliquod relevamen, vel probante aliquid, quo dicta concessio possit impediri, vel omnino auferri, per prælatum decerni concedendas esse præfatas monitiones, per regulam, *Actore non probante, &c.* glo.*in c. de his crim.de accusat.* Covar.*lib.*1. *& ca.* 1.*num.*8.*var.resol.* & sic vidi practicari in Archiepiscopali Curia Neapolitana, & Navar.*in consi.*38.*num.*2. *de sent. excom.* dicit, quod monitorium super revelationibus factum, si non continet Clausulam justificantem, est nullum, quia debet continere Clausulam, ut si justam causam habuerit allegandi, audiatur infra terminum præfixum, quia resolvitur in vim Citationis, ut notat.*glo.in cap. ex parte, de verb.signifi.*

De causa materiali, vide Sylvest. *in ver.excommunicatio*,1.*per totum*, Navar. *cap.*27.*à num.*13. Tabie.*in ver. excommunicatio*, in causa materiali. Asten.*lib.*7. *titu.6.* tamen hic pro practica Curiarum ecclesiasticarum respondetur ad primum, quod fac. Conc. Trid.*sess.*25. *ca.*3. *de refor.* optimè consuluit in hæc verba; *Excommunicationes, quæ monitionibus præmissis ad finem revelationis, aut pro deperditis, seu subtractis rebus fieri solent, ab Episcopo decernantur, & tunc non aliàs, quàm ex re non vulgari*; sed quæ sit ista res non vulgaris, est modò examinandum, nam Sot.4.*sent.dist.*22.*quæ.*1.*artic.* 2. dicit, quod excommunicatio cùm non sit ferenda, nisi pro peccatis maximis, cùm sit pœnarum maxima, *cap. corripiantur*,24.*q.*3. non debet concedi pro levi furto, vel pro subtractis fructibus: hinc fit optimè observare stylum Romanæ Curiæ, non concedendo excommunicationes, nisi attingant summam quinquaginta aureorum, licèt sint semotim subtracti, vel sublati, per rationem quam tangit Sot.*loc.cit. & lib.*4.*q.*7. *art.* 3.*de just. & jure*, ut simul, vel separatim colligerent totam uvam à vinea, vel expilassent totam arcam pecuniariam, etiamsi quid modicum unicuique contigisset, sed si simul hoc fecissent, res esset clara, Flor. Theol. *in* 4.*sent.tract. de excommun.quæst.unica.art.*1.*diffi.*2.*in* 2. *causa*, Medin.*C.de restit.q.*10.*in fi.* Cov. *lib.*1. *ca.*3.*nu.*12.*var.resol. & in regula peccatum.*2.*par.*§.3. Navar.*c.*17.*n.*130. *&* 140. & Sot.*lib.*5.*q.*3.*art.*2.*dub.pen.de just. & jure*, Covar.*in c.alma mater.* §. 9. & sic quantitas furti est arbitranda secundùm circumstantias, primam locorum, ut in civitate non detur pro quantitate minori quàm quinquaginta aureorum, licèt in oppidis & villis possit dari pro decem. Secundam circumstantiam personæ, ut si persona est pauper, cui auferantur tres, vel quatuor ducati, vel scuta, juxta notata per Nav.*cap.*17.*à num.* 3. *& infrà*, & Sot. dicit duos, vel tres aureos consti-

constituere pro se peccatum mortale, etiamsi quis eos furaretur Imperatori, *lib.5.q.3.ar.3.p.3.* Tertiam circumstantiam rei, ut si res sacra. Quartam circumstantiam modi, ut per violentiam, & sic remanet conclusio ad arbitrium judicis. Bene verum est, quòd non minus, quàm in quantitate, quam tangit Soto, & hoc in persona paupere, de qua sensit magnam jacturam, ut in opidis parvis, seu villis, ob rationem superiùs allatam à Doct. citatis, & præsertim à Navar. *cap.27. nu.* 10, & Rodoan. *tract. de reb. Eccl. non alien qu.52, n.73. & infrà*, & in summa est considerandum, quòd si pro furto quis non mereretur mortem corporis, nec pro illo non est infligenda mors animæ, quæ est excommunicatio, ut patet per omnes scribentes: nam privat triplici communione, charitatis Dei, suffragiorum Ecclesiæ, & societatis humanæ, & excommunicatus, dicitur jumentum diaboli, Nav. per extensum *loc. citato, numero 17. & infrà*, & dicitur traditus Satanæ, & separatus à gratia & custodia Dei, Inn. & Abb. *in capit. si quis, numero 3. de reb. Eccl. non alien.*

Ad primum. Quoad primum est distinguendum, vel litigans petens excommunicationem, potest probare intentionem suam per alia monumenta, vel non; si primum, non sunt concedendæ monitiones, Sot. 4. *sentent. distinctio. 22. quæstione 1, articulo 2. col. 6. circa ultim. & col. 6. initio*, quia excommunicatio non habet locum, nisi ubi alia non est via possibilis, & quando res subtracta clanculò, & nullo alio medio sciri potest; si secundum, dico primò, quòd non facilè debent concedi indifferenter. Ratio prima est, quia litigans contra quem concederentur, posset dicere: Ego vapulo duplici flagello à judice coram quo litigo, & ab excommunicatione, quod est contra omne jus, quoniam Nahum Propheta, *cap. 1.* dicit; *Non consurget duplex tribulatio*, vel, *Deus non judicat bis in idipsum*, & suapte natura, unum uni contrarium datur. Ar. *in Postpræd. in c. de oppositis.* Secundò, excommunicatio est medicina, *cap. medicinalis, de sent. excomm. lib. 6.* & pœnæ sunt medicinæ. Arist. *in lib. Ethicor.* & non est concedenda excommunicatio, ubi verisimiliter judex nihil profecturum sperabit; Covar. *in c. alma mater. 1. par. numero 16.* sed ille contra quem concederetur excom. dum litigat, vix duci potest, ut revelet sua secreta, per *c. 1. de probat.* ergo, &c. Tertiò, quia reus posset allegare prudentiam litis coram alio judice, quæ exceptio est dilatoria, Afflict. *dec. 354. num. 9.* facit ratio, quæ assignatur à Sot. *loc. cit.* quod quando foro civili, vel alia sæculari via potest transigi, certè fas non est per potestatem spiritualem, qua homo privatur suffragiis spiritualibus procedere. Dico secundò, quando quis non posset alia via tueri jus suum, & est causa alicujus momenti, & innocenter amitteret causam, & faciendo dictas monitiones, vel ultimò fulminando sententiam excommunicationis, reperiret testes quibus probaret intentionem suam, tunc profectò sunt concedendæ, supposito quòd non sit res vulgaris, sed alicujus ponderis. Ratio est apud Ecclesiast. *Erue eos qui innocenter ducuntur ad mortem*; adest

ratio Concilij. Prima si conceditur pro rebus deperditis & subtractis, multò magis pro causa quæ alias deperderetur, nisi litigans adjuvaretur hoc auxilio. Secundò, quia in causis tam civilibus quàm criminalibus, abstinendum est à censuris, quando potest haberi exequutio realis, vel personalis: sed hic supposito, quod nullam executionē litigans haberet, debent concedi, imò debent concedi, etiam sicut à simili de habilitatione, seu absolutione juramenti, ut dicit Afflict. *dec. 220. numero 10. & 11.* invitâ parte.

Ad secundum. Sunt qui dicant, quod post publicatum in causa non debent concedi istæ monitiones, vel excommunicatio. Ratio est, quia timor est de subornatione revelantium, ut patet *in Clem. 3. de test. & per alia jura vulgar. ea. tit.* Maran. *6. p. act. 6. num. 22.* tamen hoc non obstante possunt concedi. Ratio est prima, quia potest producere testes quis etiam post publicationem, quando anteeàm non fuerunt super omnibus articulis examinati, & ita tex. & ibi gloss. *in cap. per tuas, in ver. interrogari, de testib.* & gloss. *in c. series, in ver. juri contraria, & c. causam, il secundò, & c. cùm veniſſet, eo.* Secudò, quando judex vellet interrogare testes, ut quia aliquid obscurè deposuerunt, vel aliàs, quia hoc ei licet, etiam post publicatum in causa, *c. cùm Ioannes, de fide instrum.* & ibi gloss. *in ver. postquam.* Bosi. *de pub. proces. nu. 3. 4. & 5.* Tertio, quia possent produci testes simul cum scripturis, & instrumentis etiam post publicatum, *in c. cùm series, testib. & cùm dilectus, de fide instrum.* Covar. *pract. quæst. c. 20. n. 8. ver. 3.* Maran. *loc. cit. act. 8. n. 48.* Quarto, quando testes producuntur ad convincendum vel probandum falsum alterius, gloss. ibi, & hoc usque ad viginti annos, & hoc non solùm post publicatum, sed etiam post sententiam. Quinto, quia post publicatum possunt recipi testes etiam pro defensione rei, Bald. *in l. prima, §. fin. ff. de quæst.* Bart. *in l. divi fratres, ff. de pœn.* Sexto, in crimine hæresis, ubi post publicatum recipiuntur testes, etiam super eisdem, tam pro, quàm contra, Syman. *de Cath. instit. titul. 64. numero 8.* Septimo, quia potest esse quod post publicatum, litigans acquirat aliud jus novum, & tunc admittuntur testes, & citatio ad dicendum contra ista jura noviter producta. Gom. *tract. utri. sign. fol. 91. colum. 1.* Octavo, in matrimonialibus, ubi sententia non transit unquam in rem judicatam; nam semper testes possunt recipi, etiam post sententiam. *c. lator, de sent. & re jud.* Nono, quotiescunque agitur de evitando peccato mortali, *capit. veniens, & capitulo, venientes, de jurejuran.* Covar. *de sponsa. prima p. c. 4.* Decimo, quando vellet quis uti testibus revelantibus in secunda instantia, in causa appellationis, *Clem. 2. de testibus. & c. fraternitatis, extrà eod. titul.* super novis, & ex directo contrarijs, Maran. *6. p. tit. de appell. n. 162.* Undecimo, quando vellet uti exceptione contra personas testium, quia hoc potest probari etiam post publicatas attestationes, Abb. *in c. 1. n. 5. de testib.* & sic restat conclusio, quod cum litigans possit uti testibus revelantibus tot modis, possunt con-

concedi monitiones,& sententia, si opuserit,post publicatum in causa.

Ad tertium.Vulgatum est apud quosdam,sed nescio ubi fundatum, quod principalis non teneatur revelare; potest facere pro hac conclusione *c. 1. de probat.* ubi dicitur,nullibi dicendum esse ea,quæ contra te sunt,&ibi Gloss.*in ver. nulli*, sed hoc dato,& non concesso,negari non potest, quod etsi principalis non teneatur revelare, tenetur tamen restituere quod possedit mala fide, ut patet *in cap.2.de reg.jur.lib.6.*& D.Tho. 2.2.*quæst.*62.& Sylvest.*in ver. restitutio*, 3.*per totum.* & §.6. ex professo. Facit quod notat Gemin. *in c. commissa*, §. *illum,ver.nota bene,de elect. lib.6.* ubi dicit,quod licèt pæna non debeatur, nisi post latam sententiam in foro pœnitentiali,tamen tenetur de restitutione damni:& circa hoc,cùm sit materia indies practicabilis, & magni momenti, dicam breviter, quæ sentiam. Sit igitur prima conclusio. Principalis tenetur revelare,quando concurrunt tria. Primum,id pro quo fit excommunicatio, at semiplenè probatum, ut quando unus testis oculatus, & omni exceptione major deposuit, aut unum judicium est: vel plura æquipollentia, ut sentit Bartol. *in l.fi.ff. de quæst. numero* 3. Secundò,quando illa semiplena probatio sit posita in processu. Tertiò,quod sit reo notificata, quo videat se ad obediendum mandato judicis teneri, D.Tho, 2.2. *quæst.* 69. *art. primo in corpore ad primum argum.*Navar.*cap.*25. *n.* 35. & *infrà.*Soto *lib.de rat.teg.secr.memb.* 2. *q.* 27,*concl.* 3. Diaz *pract. crim. Canon.capit.*118. & est ratio à minori ad majus, si quisquam his tribus circumstantijs concurrentibus tenetur dicere veritatem, etiam quando agitur de vita,quantò magis ubi litigatur de rebus quæ sunt minoris ordinis? Covar. *pract. quæst. capit.* 23. *numero* 5. Nec obstat dictum capitulum, quia ibi gloss. *in notab.* & *in vers.contra*, dicit, quod licèt teneatur quis prodere scripturas proprias,tamen teneatur revelare eas quæ sunt communes; facit quod hæreticus teneatur edere fisco contra se agenti libros, & instrumenta, *cap.ut commissi,de hæret. libi 6.*Direct.Inquisit.*libro* 3. Socin. *in reg.* 149. *quæ incipit*, *edere actori*, probatur etiam à Sylvest. *in ver. correctio, numero* 7. §. 9. ubi tenet hanc conclusionem nostram, & aliqua etiam tangit *in verb.inquisitio*, 1.*numero* 7. §. 3. *ver.*3. Ang.*in ver.denunciatio*,§. 13. & Navar.*capite* 17.*num.*137. Secunda conclusio; si vero non concurrunt ista tria, non tenetur revelare juridicè, seu in scriptis, sed Prælato, seu judici, vel per se, vel per aliam personam sibi confidentem;ita Sylvest. *loc.cit.in ver. correctio.* Tertia conclusio, si quis dum litigat,arbitratur se habere bonam causam,jus,& rationem,& tunc non tenetur revelare, nec si non revelet,incurrit aliquam excommunicationem. Ratio prima est,quia eum excusat bona fides quæ eximit illum à peccato mortali,sine quo non incurritur excommunicatio, *cap. nemo*, 11.*quæst.*3. Secunda ratio per ea quæ dicit Sylv.*in ver.furtum, numero* 19. §.15.& Navar. *cap.* 17. *numero* 114. & 135. Cajet. 2.2.*quæst.* 66. *art.*

3. *ad 3. argum. in fine, & art. 5. in fine* Abb. *in c. olim, il primo. de restitut. spoliat.* sed de hoc non debet fidere nimium, sed consulere peritiores, ne propria passio eum obcæcet. Quarta conclusio, si verò incipit odorari se injustè litigare; & adversarium suum habere rationem, tunc tenetur revelare, vel desistere statim ac de hoc sit factus certior. Ratio est D. Th. 2. *quæst.* 69. *art.* 2. quod nemini licèt cavillosè defendere: faciunt ea quæ dicit Navar. *cap.* 25. *n.* 28. facit etiam quod dicit Nav. *cons.* 2. *de præscript. & cons.* 19. *de reb. Eccl. non alien. & cons.* 3. *de statu monach. n.* 28. & 29. nimirum quod impotens ad restituendum, sed non revelandum, licèt excusetur à restitutione, non tamen excusetur à debita & præcepta revelatione.

Ad quartum. In hoc sunt tria discutienda. Primum, an possit concedi in causa criminali, Secundum, qua forma. Tertium, si sequitur mors, vel mutilatio, an sit suspicio de irregularitate in concedente? Quoad primum, aliqui dicunt non esse concedendas monitiones, seu sententias, quia sæpe sæpius solent parere malos exitus, ut quia dant ansam falsitatis: tamen quicquid sit, Romanam Curiam vidi illas concedere. Sed dicet quis, Romanus Pontifex, non est periculum quòd incurrat irregularitatem, quia est supra jus positivum; & omnes irregularitates sunt de jure prædicto, Sot. *de rat. teg. secr. mem.* 2. *q.* 5. *concl.* 3. & 4 *sent. dist.* 25. *q.* 1. *ar.* 3. *in ult.* Nav. *c.* 27. *num.* 191.

Ad hoc respondetur. Primò, quòd adesset saltem peccatum, quod non verisimile est velle permittere summum Pont. Secundò, quia istas excommunicationes committit Ordinarijs locorum, quos non vult propter hoc incurrere irregularitatem aliquam. Tertiò, quia Romana Curia est norma & regula omnium Curiarum spiritualium. Quartò, quia adest ratio Scripturæ; *Exodi* 22. *Non suscipies vocem mendacij, & inde nec in judicio plurimorum acquiesces sententiæ, ut à vero devies, innocentem, & justum non occides*, sed aliquando homo occiditur omissione, cùm possit defendi; & non defenditur, & hoc maxime imputatur ei, cui competit ex officio, *c. quanta, de sent. excom.* D. Thom. 2. 2. *qu.* 58. *ar.* 11. & *c. qui scandalizaverit, de reg. jur.* ubi dicitur: *Vtilius scandalum nasci permittitur, quam veritas derelinquatur*: & fortassis Daniel timuit irregularitatem, convincens testes falsos, *cap.* 13. & *Eccles.* 4. & *in fine, Pro justitia agonizare pro anima tua, & usque ad mortem certa pro justitia*: & habui in praxi dum essem Vicarius, & responsum fuit à sac. Cong. verum est, quòd concedendæ sunt cum grano salis; facit *Prov. c.* 24. ubi dicitur; *Erue illos qui ducuntur ad mortem*, & Nav. *in c. pen. n.* 15. *de pœn. d.* 6.

Quoad secundum, solere concedi cum tribus cautelis seu clausulis. Prima, ne fidem faciant, nisi civiliter tantum. Secunda, ad defensionem rei, & non ad offensionem aliorum; tertia, quoad interesse, quod est idem cum primo, & ita solet concedi in forma, significavit.

Ad tertium, videtur quod sic, per regulam, *Qui est causa causæ, est causa causati*

sati, & cap. studeat. 50. d. tamen oppositum est verius, *argum. cap. 2. de hom. lib.* 6. Gom. *in q. 2. col. 4. in reg. de ann. possess.* Foller. *in pract. crim. in fragm. num.* 7. Covar. *in clem. 1. de hom. 2. part. §. 5.* Caiet 2. 2. *q. 3. ar. 7.* Soto *l. 5. q. 5. ar. 1. in fine, & de rat. teg. & deteg. memb. 2. q. 4. concl. 2. in fin. & q. 5. concl. 3. versi. ex hac concl. sequitur,* facit *c. novimus, de verb. sig.* nam præcedentibus illis tribus cautelis quæ sunt protestationes, non incurritur irregularitas, etiamsi mille mortes sequerentur, per jura, & Doct. superius allegata; & ad hoc, ut quis sit irregularis, debet etiam esse causa propinqua, & non remota, gloss. *in c. de catero. de homic.* Navar. *c.* 27. *num.* 219. *in fine,* sed clarum est, Ordinarium concedentem istas revelationes, esse causam remotam, quia hoc non intendit, sed defensionem rei innocentis, ad quod tenetur de jure divino, & naturali, & per ultimum dictum, non obstat regula, nec dictum capitulum, *studeat:* nam dicit gloss. *in dicto capitulo de catero, in versi causa,* quod voluntas vel animus nocendi requiritur, &c. Additur & ratio: nam verba illa non frustra ponuntur, sed debent aliquid operari; ergo operabuntur indemnitatem concedentis.

Ad quintum, patet ex dictis ad secundum, sed circa hoc dicerem, quòd nisi contradicens in contradictorio judicio probaret adversarium, ad requisitionem cujus fit excommunicatio, haberet intentionem suam fundatam per scripturas vel per testes, vel quod posset probare alijs documentis, semper est concedenda excommunicatio, ut dixi *superiùs,* ex Soto 4. *sent. dist.* 22. *quæst.* 1. *art.* 2. *colum.* 6. *circa finem*; & ratio est, quia vel contradicens ad aliquid tenetur, & sic, vel revelet, vel restituat, prout dixi ad tertium, vel scit in conscientia se ad nihilum teneri, & sic sinat fieri excommunicationem, quia sibi nihil nocet: *iusto* etiam *non est posita lex*; *ad Romanos. capite* 4. *&* 5. 6. *&* 7. *capite nemo,* 11. *quæ.* 3. sed nonnulli sunt qui videntur timere excommunicationem, eamque conantur impedire, cùm teneantur restituere, & hoc nihil eis prodest; nam licèt non sint excommunicati in Ecclesia militante, essent tamen tales apud Deum, per peccatum mortale, *argum. capituli nobis, il secundo, de senten. excommun.* Covarr. *in ca. alma mater. 7. prima part. n. 7. art. 2.* nam excommunicatio non est sola pœna exterior, ut falsò ajebat Lutherus Catholicæ Ecclesiæ hostis.

Hinc oriuntur multa dubia. Primò an Episcopus committens aliquid in diœcesi alicujus Episcopi prohibentis illud sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, incurrat illam excommunicationem. Et videtur quòd non, quia par in parem non habet imperium, & Sot. 4. *sentent. dist.* 22. *quæst.* 2. *art.* 2. *col.* 2. & citat pro se Panormit. *in capitul.* 1. *de rapt.* & Sylvest. *in verb. excommunicatio,* 1 *numero* 9. videtur etiam declinare in hanc partem, & Innocent. *in c. cùm inferior, numero* 1. *de major. & obed.* Bald. *in marg.* Innoc. *in ver. Episcopus:* tamen oppositum est tenendum, ut dicit Abb. *in dicto cap. de raptor. num.* 12. *in fine,* Innocent. & Felin. *in cap. cum inferior. de majorit. & obed.* Ratio est, quia Archi-

epiſcopus, vel Epiſcopus in diœceſi aliena ſe habet, ut perſona privata; & hoc etiam intelligitur in Archiepiſcopo in provincia extra ſuam diœceſim, Gom. *in capitulo ſecundo, §. ſtatuto, numer. 53. de conſtitut. lib. 6.* & Archi. *in dicto capitulo ſecundo*, & Abb. *in capitulo ſanè. col. 2. de foro competen.* Guid. Pap, 328. *num. 2.* faciunt quæ dicit Capyc. *deciſ. 27. numer. 24. & 25.* & dixi *in ver. Epiſcopus*, & gloſſ. *in capit. ibi ſemper, in ver. cauſa. 3. q. 6.* dicit, quod etiam Metropolitanus incidit in excommunicationem ſui Suffraganei, quicquid dicant alij, & Clar. *q. 35. ver. ulterius quæro*, & addit. Ca. Toloſ. *q. 123.* & Affli. *in conſtitut. homines, n. octavo*, vide Gem. *in c. 2. ver. quæro an Archiepiſcopus. de conſtit. lib. 6.*

Secundò, an ſubditus Epiſcopi, delinquens in loco exempto, incurrat excommunicationem Epiſcopi latam, & prohibentem illud, in quo ille delinquit? Vide Sylv. *in ver. excommunicatio. 2. nu. 12.* ubi concludit, quòd non, gloſſ. *in d. c. ut animarum, in ver. diœceſim*: ſed debet intelligi in loco exempto ubi Prælatus habet juriſdictionem Epiſcopalem; ſecus verò incidit: ut ſi quis ludat ad aleas in ſua diæceſi, ſi quis luderet in monaſterijs Regularium, incideret, quia ibi Prælatus non eſt cum juriſdictione Epiſcopali, quæ requirit territorium; D. Anton. *3. p. tit. 24. cap. 75. §. 1.* Anchar. *in c. 2. nu. 12. de conſtit. lib. 6.* licet monaſterium dicatur territorium Abbatis, & delinquens in eo, non incideret, maximè ubi ſunt Abbates, Cardinalis *in Cle. 1. numero 1. de ſtat. monach.* Caputaqu. *deciſ. 225. p. 2.* ſecus verò in alijs Conventibus, quia appellatione monaſterij non venit Prioratus, ita nec etiam Guardianiæ, vel Vicariæ. Feder. de Senis *conſi. 145.* ſed Navar. tenet, quod prælati regularium habent juriſdictionem quaſi Epiſcopalem in ſuis monaſterijs, *in c. non dicatis, num. 63.* per *Clem. 1. & ibi gloſſ. in ver. monaſteriorum, de reb. Eccleſ. non alien.* quod probatur ratione: nam ipſi excommunicant, caſtigant, viſitant; ergo iſta loca ſunt exempta, & ſic delinquentes in eis, non incidunt in pœnas Ordinariorum. Facit quod notat Affli. *in q. 6. prælud. conſtit. regni, num. 4.* quòd valet conſequentia, habet Baro territorium; ergo habet juriſdictionem, & Gem. *in c. cùm Epiſcopus. in 3. notab. de offi. ord. lib. 6.* dicit, quod locus exemptus dicitur de diœceſi, & ſic patet, quod diſpoſitiones, & mandata, quæ fiunt in diœceſibus, includant loca exempta, dum tamen fiant per habentem juriſdictionem in exemptos, cujuſmodi nõ eſt Epiſcopus, qui non habet juriſdictionem in Regulares per ſua privilegia, ſecus ſi haberet: quia tunc ligarentur, & an Epiſcopus poſſit exercere juriſdictionem in loco exempto poſito intra ſuam diœceſim, vide *inferius in ver. exempt.*

Tertiò, Epiſcopus facit excommunicationem latæ ſententiæ contra alloquentes moniales, an qui alloqueretur moniales exemptas incideret in eam? Videtur quod ſic, per rationem ſuperiùs allatam; tamen Armil. *in ver. excommunicatio, nu. 3.* dicit, quòd ſic, ſed non quatenus loquatur, ſed quia delinquit in via, quæ non eſt locus exemptus, ſed de territorio Epiſcopi: ſed iſta ratio non valet,

excom-

excommunicatio enim non incurritur regulariter, nisi adsit actus consummatus, ut patet de immittente ictum in clericum, & eum non tangente, non est excommunicatus, ut est communis sententia Doctorum, Nav. *c.* 27. *n.* 52. Præterea quia ad hoc, ut sententia Episcopi liget aliquem delinquentem, requiruntur duo. Primùm, ut persona delinquens sit subdita Episcopo; secundùm, ut locus etiam sit de sua jurisdictione, quorum uno deficiente non incurritur. Gemin. *in c.* 2. *vers. quæro pone, de constitu. lib.* 6. tamen ratio est, quia excommunicationem illam facit ordinarius tanquam Sedis Apostolicæ delegatus, Conc. Trid. *sess.* 25. *cap. Bonifacij VIII.* & ordinarii etiam vocantur delegati, circa hoc à Pio V. *in Bulla sua* 100. *fol.* 1070. prout dixi *in ver. Moniales*, §. 16. Nav. *in c. statuimus*, *n.* 55. 19. *q.* 3. & alia ratio potest esse quam tetigi *in dub.* 2. quia exemptio Ordinarii intelligitur, ubi prælatus habet jurisdictionem Episcopalem cum territorio quod non est in monasteriis exemptis. Facit quod dicit Anch. *ubi suprà*. vide Abb. *in c. suarum nu.* 8. *usque ad fin. de privileg.* tu tamen dic, prout *sup. dub.* 2.

Quartò, an Episcopi possint excommunicare Regulares? Regula est, quòd excommunicatio lata ab Ordinariis contra subditos suos, non ligat religiosos, quia non subsunt eorum jurisdictionibus, *c. à nobis, il.* 1. *de sent. excom.* Flor. Theol. *in* 4. *sent. tract. de excom.* 1. *difficul. art.* 1. *concluf.* 1. *cap. Romana, de sent. excō. lib.* 6. *c.* 1. §. *in eos. de privileg. lib.* 6. Fallit primò in prædicantibus sine licentia Ordinarii, vel Sedis Apostolicæ, *c. excommunicamus*, §. *quia verò, de hæret.* Conc. Trid. *sess.* 5. *c.* 2. *in fin. de reform.* gl. *in c. quod Dei, in vers. privilegia, de status monach.* Castro *lib.* 3. *c.* 3. *juxta finem, de justa hæret. punit.* Peng. *com.* 40. *super c.* 13. *in parte* 2. *Direct. inquisit.* Syman, *de Cath. instit. tit.* 49. Bulla Leon. X. *quæ est* 15. *fol.* 205. Secundò fallit, quando nollent ire ad processiones indictas ab Episcopo, *sess.* 25. *c.* 13. *de regular.* & sacr. Congreg. *declar.* 32. censuit, Regulares, qui non accedunt ad processiones ab Episcopo indictas, posse ab eo puniri per censuras, & pœnas arbitrarias, & alia juris remedia. Tertiò fallit, quando auscultarent confessiones sæcularium, etiam sacerdotum sine licentia Ordinariorum, *sess.* 23. *c.* 15. *de refor. Clem. Dudum*, §. *ac deinde, de sepult.* Quartò fallit, quando absolverent pœnitentes, quos audiunt in confessionibus, à casibus reservatis ipsi Ordinario, Conc. Trid. *sess.* 14. *capitul.* 7. *casuum reservat.* Ratio est, quia Mare magnum est abrogatum in omnibus, in quibus contradicit decretis sac. Conc. Trid, prout *in Bulla Pii IV. sub datum Romæ, Kalendis Martii*, 1565. *Pont. anno* 6. & ita multories fuit declaratum per sac. Congreg. ut dixi à casib. reservatis Ordinario, quia si excommunicatos vel à canone vel à sententiis per statuta synodalia positis absolvere præsumpserint incidant in Papalem excommunicationem, *Clem.* 1. *de privile.* si verò à casibus in Bulla Cœnæ Domini, essent excommunicati ipso jure Episcopali excommunicatione, prout dicit Navar. *capitulo vigesimoseptimo*, *numero* 74. & hodie per Bullam Cœnæ sanctissimi

ctiſſimi Sixti V. eſt Papalis excommunicatio, & in iſtis caſibus non eſſet opus ut excommunicarentur, ſed ut declararentur tales. Quintò fallit, quando non obſervarent, nec publicarent cenſuras eccleſiaſticas, nedum à ſancta Sede Apoſtolica emanatas, ſed etiam ab Ordinarijs mandante Epiſcopo, Conc. *ſeſſ. vigeſimaquinta, cap. 12. de regul. cap. cum & plantare, §. excommunicatus, de privileg. cap. Epiſcoporum, eod. tit. lib. ſexto, capit. his qui, §. his vero, de ſent. excommun. eod. lib.* Abb. *in Clem. 1. numero 5. de ſententent. excomm. & numero 12.* Sexto fallit, quando non obſervarent dies feſtos, quos in diœceſi ſua ſervandos Epiſcopus præceperit, Con. Trident. *eodem loco, capitulo de iis, duodecima diſtinctione.* Septimò fallit, quando iſti Regulares degunt extra clauſtra, & delinquunt, *ſeſſ. ſexta, capitulo tertio de reform.* Bull. Clem. VII. *quadrageſima tertia*, quæ incipit, *Sedis Apſtolicæ*, contra Franciſcanos de obſervantia, vagantes extra clauſtra. Octavò fallit, quando ipſi Regulares mitterentur ad regendas Eccleſias ſuorum monaſteriorum ſubditas locorum Ordinarijs, *capitulo primo. §. in eos, verſic. niſi forſan, de privileg. libro ſexto*, & hoc etiam notatur à Iacr. Conc. *ſeſſione ſeptima, capitulo decimoquarto, de reform.* Nonò fallit, quando Regulares haberent curam animarum in Eccleſiis curatis monaſteriorum, ſeu domorum tam virorum quam mulierum, quoad curam animarum, *ſeſſ. 35 cap. 2. de refor.* exceptis, quibuſdam, de quibus ibi. Decimò, quando Regulares commorarentur in Abbatiis, Prioratibus, Præpoſituris, & in beneficijs ſive Curatis, ſive non, ubi non viget Regularis obſervantia, *ſeſſ. 21. cap. 8. de refor.* Undecimò; quando Regulares degentes intra clauſtra, & extra ea, ita notoriè deliquerint, ut populo ſcandalo ſint, *ſeſſ. 25. cap. 14. de regular.* ſervato tamen ordine, de quo *ibi*, vide Navar. *in capitul. non dicatis, n. 63.* Duodecimò, ſi regulares præſumpſerint adminiſtrare clericis aut laicis ſacramentum Extremæ Vnctionis, vel Euchariſtiæ, vel Matrimonij, ſine licentia Parochi, *Clem. 1. de privil.* gl. *ibi, in 4. notab.* juxta notata per Navar. *cap. 27. numer. 101.* Caiet. *in ſumm. verb. excommunicatio, cap. 64.* Gom. *in capit. 2. numer. 50. notab. 3. de conſtitut. libro 6.* Cardin. *in dicta Clem.* Sylveſt. *in ver. excom. 14. §. 7.* & Navar. *cap. 21. num. 52.* Decimotertio fallit, quando proceditur in cauſis Religionis, ſeu ſanctæ Inquiſitionis, quia in his cauſis Regulares ſunt ſubditi locorum Ordinariis, *c. ad abolendam, de hæret.* gloſſ. *in Clem. unica, in verſi. à jure, de exceſſ. prælator.* Decimoquarto, in caſibus *Clementinæ, Cupientes de pœnis.* Decimoquinto, facientes egredi moniales à monaſterijs, etiam ipſis Regularibus ſubjectis, ſine licentia Ordinarij, & non ſervantes clauſuram dictorum monaſteriorum monialium, poſſunt per cenſuras, & alia juris remedia ab Ordinario puniri: ſimiliter, ſi ſuſceperint moniales ad habitum, vel ad profeſſionem in ſuis monaſterijs, poſſunt tam ipſi Regulares, quàm Abbatiſſæ, vel aliæ præfectæ dictorum monaſteriorum puniri per cenſuras eccleſiaſticas, & alia juris remedia à locorum Ordinarijs. *ſeſſ. 25. capitul. 5. de regular*

gular. Sacra Congregat. *declar.* 261. prout dicam etiam *in versicul. moniales*, §. 14. Decimosextò fallit, quando publicarent Indulgentias, quas à summo domino Papa impetrarent, sine Ordinarii licentia, *sess.* 6. *cap.* 3. *de reformat. & sess.* 24. *capit.* 11. *de reformat. & declar.* Sac. Congregat. 233. Decimoseptimò, quando exempti admitterent ad divina officia, vel sepelirent excommunicatos ab ipso Episcopo, Anchar. *in ca. Episcopi, n.* 3. *de privileg. lib.* 6. & Abb. *in cap. sacris, num.* 7. *de sepultur.* Decimooctavò, quando essent executores ultimæ voluntatis, vel piorum legatorum, *Clem. unica de testament.* & ibi gloss. & Abbas. Decimononò, fallit in actu reconventionis, quia tunc Regulares subsunt ejus judicio, in quo reconveniunt, gloss. *in cap.* 2. *de mutuis petit. & in c. at si clerici, in versi. non tenetur, de judic.* nec clericus, sive regularis, sive sæcularis potest hoc judicium tergiversari, Maran. 4. *par. distinct.* 6. *numer.* 53. & infrà, etiamsi reconventio fiat in foro ecclesiastico, quia tunc subessent huic censuræ; & sic vidi practicari Neapoli, vide Hostien. *in sum. titul. de statu monach. de visitatione, num.* 8. & 9. ubi dicit quod ratione delicti, & contractus, Religiosi subsunt Episcopo. Vigesimò, quod dictum est, Regulares prærer casus prædictos non posse excommunicari ab Episcopo ratione exemptionis, idem dicendum est de declaratione excommunicationis, quia non possunt per ipsum Episcopum declarari tales, juxta Extravag. Martini V. *Ad evitanda scandala*, nisi per suos judices competentes, cujusmodi non est Episcopus, nisi in casibus permissis, in quibus sicut potest eos excommunicare, ita eosdem declarat tales, Navar, *consil.* 2. *de sent. excommun.*

EXCOMMUNIATIONIS CAUSA FORMALIS.

PRimò, regula habetur, *in cap. sacro, cap. contingit. de sent. exc.* quod excommunicatio pro præteritis non debet ferri, nisi præcedentibus tribus monitionibus cum suis intervallis, ut unaquæque monitio habeat biduum, aut unica pro trina, assignatis sex diebus; quod si Prælatus aliquis inferior Episcopo, vel Episcopi Vicarius sine monitionibus istis, & scriptura publica, vel privata, excommunicaret aliquem, & nisi justa de causa id omitteret, esset interdictus ab ingressu Ecclesiæ per mensem, & si interim celebraverit aliquod divinum officium aliqui ordini particulariter addictum, erit irregularis, *capit.* 1. *de senten. excomm. lib.* 6. Navar. *capitulo* 27. *num.* 8. hoc tamen fallit. Primò, quando periculum esset in mora, *cap. constitutionem, de sentent. excommu. lib.* 6. quia tunc esset minuendum tempus, nec plus nec minus, nisi quantum oporteret, Navar. *ibidem, num.* 10. Hoc est dubium primum; an interdum possit prælatus excommunicare aliquem non præmissa aliqua monitione absque periculo incursionis in pœnam, de qua suprà? Et respondetur, primò posse, quando periculum esset in mora, ut exemplificat Soto *in* 4. *sent. dist.* 22. *q.* 1. *art.* 2. *colum.* 3. & gloss. *in dicto cap. constitutionem*

tutionem, in verſi. neceſſitas. Secundo, quando Epiſcopi monitionem parum curarent, Tabiẽ, *in verb. excommunicatio. 2. num. 1.* Tertio, quando latitat reus, ſeu eſt contumax; quia tunc poſſet moveri domi, vel in Curia, *cap. quoniam frequenter, §. porro, ut lite non conteſt.* & aliis duobus caſibus relatis à Covar. *in capitulo, alma mater prima par. §. 9. num. 4.* Quarto, quando fit ad defenſionem proprii juris, prout *in cap. dilecto, de ſent. ex om. libro 6.* & ibi Joann. And. Gem. Fran. Lupus, *allegat. 73.* Feln. *in d. c. ſacro, col. 2.* Dec. *in c. reprehenſibilis, colum. 2. de appellat.* & Capyc. ex Inn. *in capitu. dilectus. de pœnis*, dicit, quod quis non debet eſſe judex in ſua cauſa, niſi turbetur ejus juriſd. ctio, *deciſ. 124. numer. 11.* licèt Covar. *loc. cit. numero 6. ver. hinc denique.* dicat, præmittendam eſſe ſaltem aliquam monitionem, niſi urgens neceſſitas adeſſet, prout ſuprà, & quod diximus in ferenda excommunicatione, idẽ in declarando aliquem incidiſſe in eam, Covar. *loco cit. num. 5. in fine.* Ratio, quia declaratio debet fieri citata parte, prout dicam *in verbo privatio, §. 5. & 6.* Navar. *loc. cit.* nam eſt citanda pars, tam in excommunicatione, quàm in declaratione, dato termino ad allegandum, quia eſt de jure naturali, *Clem. fin. §. cæterum, de ind.* Symanc. *de Cath. inſtitut. titul. 17. nu. 53. & infra*, Maran. 6. *par titul. de citat. num. 3.* nec per Papam ſanatur defectus citationis, quia eſt de jure naturali, & Divino, Abb. *in cap. 1. de cauſ. poſſeſ. & prop.* Gom. *tracta. utriuſ. ſign fol. 90. colu. 2.* & ideo animadvertere debent locorum Ordinarii in ferendis excommunicationibus, non præmiſſa aliqua monitione, quia eſt contra præceptum Domini, jubentis priùs corrigi proximum, & poſtea dici Eccleſiæ, & inde haberi tanquam ethnicum, & publicanum, *Matth, cap. 18.* Deus etiam citavit Adam, *Geneſ. 2.* vide Innoc. *in capite ex parte, numero 3. de ver. ſignifi.* Quintò, in notorijs interdum omittuntur monitiones, prout *in capit. 1.* & ibi Abb. Anton. & Dec. *de judic, & c. allud, §. ipſe verò, de cler. excommun. celebran.* Sextò an poſſit quis excommunicari ſine perſonali citatione? Reſpondetur quòd ſic. Clar. *quæſtio. 31. ver. dictum eſt*, & hoc quando lateret, & ſe abſentaret ad partes longinquas, & citat Lanfran. *in ſua pract. rub. de citat. nn. 22.* Vide omninò Gem. *in ca. 10. verſitem dicit, de offi. deleg. lib. 6.* ubi ex Hoſtienſ. Innocent. Papa & alijs confirmat, quod quando periculum eſſet in mora, poſſet excommunicare, & declarare excommunicatum, non præmiſſa etiam unicâ monitione, vel quando ſufficit una, vel quando adeſt certitudo delinquendi, & alia, pro practica.

Secundum dubium, an poſſet quis declarari excommunicatus, abſque eo, quod incurrerit excommunicationem, & videtur quod non, *c. paſtoralis, §. verum, de appel.* per text. *c. cum ſecundum leges, de hæret. lib. 6.* & Gom. *in c. 1. num. 5. & 6. de reſcrip. lib. 6.* Covar. *loc. citat.* Ratio eſt, quia declaratio pœnæ præſupponit incurſionem pœnæ. Ad hoc reſpondetur primò, quòd ſi conſtet Ordinario, illum non incurriſſe, non debet eum declarare, quia committeret mendaciũ per-

pernicioſum, infamando proximum, quod eſt peccatum mortale, grave, & teneretur ad reſtitutionem famæ, per dictum D. Tho. 2. 2. *quæſt.* 73. Rich. *lib. quarto ſentent. diſtinct.* 15. *qu. de reſtitut.* Adrian. 4 *ſent. eod. tract.* Sot. *eod. lib. diſtin* 15. *quæſt.* 2. Major *eod. ex libro & diſtinct. quæſt.* 77. D. Ant. 2. *par. titulo* 2. *capitulo* 2. §. 3. *tertio*, Sylv. *in verbo, detractio*, Dico ſecundò, quod ſi Ordinario conſtet illum incidiſſe, poteſt illum citare, & in contumacia declarare, licèt re vera ille non inciderit, gloſſ. *in capitu. licèt, in verbo, nunciari, de ſentent. excommun. lib. 6.* Covar. *loc. citato* §. 3. *num.* 1. ubi tam gloſſ. quàm ipſe, faciunt hoc enthymema: Eſt aliquis denunciatus excommunicatus; ergo eſt excommunicatus? non valet conſequentia, quia non eſt antecedens neceſſarium, ſed contingens: verum ſi ad merita cauſæ reperiretur illum non incurriſſe, ut, quia habebat jus, vel prætendebat tale, debet Ordinarius decretare, illum non incidiſſe; & ita eſt notandum pro practica quotidiana: nam ſæpe locorum Ordinarii ſolent declarare excommunicatos aliquos, eoſque interdum Papali excõmunicatione, ut uſurpantes bona Eccleſiarum, per *ca.* 11. *ſeſſ.* 22. Concil. Trident., vel propter quid ſimile; tamen qui hoc faciunt, interdum prætendunt hoc facere aliquo jure, & colorato titulo, & incurſu cauſæ invenitur ita eſſe, tunc debet per ſententiam dici, non incidiſſe, & hoc probatur ex illa gl. & Covar. *loc. cit.* ubi dicit hanc excommunicationem declaratoriam, tunc potius eſſe dilatoriam, quàm peremptoriam. Vide Gem. *in c.* 1. §. *ſi quid, il* 2. *ver. nunquid autem ſufficit, de excep. l.* 6. ubi diſputat hoc, an ſit bona probatio in excipiente, quod talis ſit denuntiatus, an ſit neceſſe probare etiam excommunicationem, quod nota ſuccedente caſu pro practica.

Tertium dubium, quibus caſibus teneamur evitare excommunicatum? Navar. *c.* 27. *num.* 35. *notab.* 3. dicit, quòd in tribus, Primò, quando eſt notoriè excommunicatus manifeſtus; ſecundò, publicus percuſſor clerici, tertiò, publicè denunciatus: tamen contraria opinio eſt magis vera, quòd ſolùm in duobus caſibus ſ. quando eſt publicus percuſſor clerici, & publicè denunciatus, iſta eſt Soto 4 *ſent. diſt.* 1. *q* 5. *art.* 6. *col.* 10. Covar. *loco citato, par.* 1. §. 2. *num.* 7. & *infrà*, eſt communis opinio modernorum: hinc fit, quòd ſciens aliquem eſſe excommunicatum, ſed non his duobus caſibus, non tenetur illum evitare, Soto *eo, lib.* 18 *diſt. q.* 3. *ar.* 3. *colum.* 2. & *diſt.* 22. *q.* 1 *ar.* 4. *col.* 2. & Abb. *in c. nihil, numer.* 11. & *infrà, de elect.* & hoc ampliatur. Primo; etiamſi ſciret illum eſſe hæreticum, ſed nondum condemnatum, ſive denunciatum, quia ſtatim ac eſt condemnatus, cenſetur nominatim excommunicatus. Soto *eo. lib. diſtinct.* 22. *quæſt.* 1. *art.* 4. *colum.* 2. & licèt nondum ſit condemnatus, eſſet tamen excommunicatus, quia omnes hæretici, & dubii in fide, ſunt excommunicati, *cap. excommunicamus, il.* 1. & *c. ad abolendam, de hæret.* Abb. *in c. ſi verè, numer.* 5. *de ſent. excommun.*

Quartum dubium, quando quis di-

tur denunciatus, Covar. *loc. cit. num.* 8. dicit, quòd ille, qui proprio nomine expresso hac notatur censura, aut aliquot appositis signis, quæ certè, & absque ullo dubio eum qui excommunicatur, significent, & demonstrent accedente denuntiatione, tex. *in l. nominatim ff. de condit. & demonst.* & hoc facit, quod etiamsi adsit fama publica, etiamsi excommunicatio duobus testib. probari posset, etiamsi sit speciatim & nominatim excommunicatus, etiamsi ipse palàm fatetur, se esse excommunicatum, etiamsi per sententiam, & similia argumenta, non teneremur eum evitare. Ratio est, quia est necessaria denuntiatio, Cov. *loc. cit. nu.* 7. & Soto *eo. loco.* Et ratio rationis est, quia sumus in pœnalibus, ubi strictissimè est facienda interpreratio, & est favorabilis respectu animarum.

Quintum dubium, quis dicatur notorius, sive publicus percussor clerici, ad hoc, ut evitare eum teneamur? Respondetur, non sufficere ad hoc ut sit notorium juris quod esset, si quis confiteretur in judicio, se verberasse clericum, vel per sententiam decretaretur, esse talem, aut per similia argumenta, *capitu. per vestras, de cohabit. cler. & mul.* sed est necessarium, ut sit notorium facti per evidentiam operis, i. ut videatur, quando quis verberat clericum, ita ut nulla possit, tergiversatione celari, Covar. *loc. cit. numer.* 9. *in fi.* Sylv. *in ver. notorium*, 1. & ideò Navar. describens notorium hoc, dicit, quod est illud, quod nititur scientia majoris partis, orta à scientibus *cap.* 21. *num.* 20. *not.* 10. & illa est vera scientia, quæ est per rei evidentiam; Arist. *in* 1. *Poster.* D. Thom. *par.* 2. & ideò Gloss. & Arch. *in c. de manifesta*, 2. *quæst.* 1. dicunt, quod notorium est quod habet evidentiam in se, quia videri potest: hinc fit, quod Concil. Constant. & Martinus V. dixit notorium, & non publicum, seu manifestum, quia ista duo non dicunt evidentiam, sicut notorium, Navar. *loc. cit.* & Gem. *in c. Rom,* §. *sciantem, not.* 3. dicit confessionem non inducere notorium, nec manifestum, licèt interdum sint synonyma, prout tex. *in c. ab eo, & ibi gl. in ver. manifestum,* & Gem. 2. *ibi not.* 1. *de elect. lib.* 6. & gl. *in c. de ver. signif. eod. lib.*

Sextum dubium, quodnam dicatur notorium, & quot personæ ad hoc requirantur: Sylv. *l. cit.* §. 4. dicit, quod ad minus sex personæ hoc faciunt notorium; Navar. *cap.* 25. *nu.* 73. dicit hoc verum esse, quando illi sex essent major pars populi, adeò quod requiritur, ut percussor fuerit visus saltem à sex; & placet mihi ista opinio, quia si secus esset, in una civitate opus esset, ut mille personæ viderent aliquem verberantem alium, quod non potest esse, & illi, qui hoc nescirent, excusarentur ignorantia; ergo sufficit, quòd saltem hoc sciant sex, quia satis potest dici notorium quod factum est coram oculis sex personarum, & in his duobus tantùm casibus habet locum ille versus, *Os, orare, vale, communio, mensa negatur.* Cætera de hac materia, vide apud Covar. *loc. cit.* Navar. *c.* 27. *eod. loco.* Soto. 4. *sent. dist.* 22. *q.* 1. *art.* 4. *per totum.* Sed notandum est primò, quòd Concil. non

dat aliquem favorem ipsis excommunicatis, quia ipsi non possunt cum alijs conversari, nec intra, nec extra divina, nec inter ipsosmet excommunicatos, & Abb. *in cap. illud, numero 7. de cler. excomm. celeb. in cap. nulli. n. 3. de sent. excom.* & gl. *in c. devotam, 28. q. 1.* Sum. Sacram. *tract. de excom. q. 13. & 14.* Navar. *loc. cit. n. 35.* Secundò, quòd excommunicatis in his duobus casibus non possumus conferre sacramenta, quia hoc est de jure divino, *loc. cit.* nam aliud est cum illis conversari, & aliud eis sacramenta conferre, & Cov. *l. cit. in initio.* Tertiò, quòd possumus cum illis conversari intra, & extra divina, & excommunicatio durat etiam post mortem, Abb. *in c. ad hæc, num. 2. de privileg.* Extravag. Martini V. extenditur ad suspensos, & interdictos, nominatim declaratos, Navar. *in c. 1. § laboret, numero 14. de pœnit. dist. 7.*

Septimũ dubium, & est casus practicabilis, quotidie excommunicatur quis à suo Episcopo, justè appellat ad Metropolitanum, an possunt alij cum ipso, & ipse cum alijs conversari, durante appellatione? Ad hoc videtur primò textus *in cap. 2. de sent. excom. lib. 6.* ubi dicitur, quòd dum agit aliqua in judicio ut actor, vitetur in omnibus, si ut reus, non: per *cap. inter eximius, de judicio.* idem *in cap si Episcopus, 11. quæst. 3.* Navar. *loc. citat. n. 23.* Sylvest. *in verbo excommunicat. 3. num. 1. § 12.* Gom. *in cap si annum, nume. 27. de judicio lib. 6. & in capit. 1. numero 16. & 17. de rescript. eod. libr.* tamen in alijs potest practicare pendente causæ cognitione, & hoc quando ipse appellans prætenderet se fuisse excommunicatum, vel ante appellationem, vel excommunicatio continet intolerabilem errorem. Dico secundo, quòd sicut ipse potest conversari in dictis suprà, sic & alii cum ipso, quia contrariorum eadem est disciplina, *octavo Physicorum.* Tertiò dico, quòd si interim celebrat, non efficitur irregularis, ut quia dubitabat de valore excommunicationis, vel de appellatione confidit, gloss. *in dict. cap. in ver. in offic.* Navar. *cap. 23. n. num. 104.* vide Abb. *in cap. 2. n. 6. ut lit. penden.* Dico quartò, quòd si postea per sententiam judicis ad quem, dicitur malè appellatum, & benè judicatum, non ideo esset irregularis, Navar. *loc. cit.* ex Pannor. & Fel. quos citat. facit *caput penult. de cler. excomm. minist.* Sylvest. *in verbo, irregularitas, num. 15. § 13.* Covar. *loc. cit. § 3. numero 9.* gloss. *in cap. solet, de senten. excomm. lib. 6.* Navar *in cap. si quis autem, numero 8. de pœnit. distinct. 7.*

Octavum dubium, excommunicatus potest multa facere, quæ sunt facti, & extra judicialia, prout varijs locis tractant Doctores, licet peccent mortaliter, prout dixi supra, Primò, acceptat beneficium sibi collatum, ut dixi *in verbo beneficium, § 6. dub. 3.* Secundò, præsentat ad jus patronatus, si est laicus, & tenet præsentatio, ut dixi *loc. cit.* Tertiò, contrahit matrimonium. *cap. significasti. de sponsal.* Quartò, facit professionem in religione, Covar. *de sponsa. 2. par. cap. 6. num. 3.* Quintò, potest fieri monachus. Sextò. potest capere possessionem beneficii, Selva *tract. de ben. 3. par. q. 4. n. 12. & 15.* Septimò, potest confiteri peccata sua, & valet confessio ejus, juxta notata per Navar. *cap. 9*

numero 3. Soto. 4. *sent. distinct.* 22. *quæst.* 1. *art.* 1. Armil. *in ver. Absolutio, num.* 5. & *verb. confessio, num.* 11. Cajet. *in sum. in ver. absolutio*, 3. Octavò, emit, & vendit, Cov. *variar. resolut. lib. ....nu....* Nonò, impetrat pro alio rescriptum, Gom. *in capite* 1. *numero* 34. *de rescript. lib.* 6. Decimò, & pro se & pro alio impetrat absolutionem, & commissionem appellationis, idem *ibidem, num.* 49. Duodecimò, potest esse in judicio pro suâ defensione, *cap.* & *intelleximus, ibi gloss. de judic.* Decimotertiò, potest constituere procuratorem, idem *in capite stannum, num.* 26. *de judic. lib.* 6. Decimoquartò, potest appellare, quamvis excipiatur de excommunicatione, & potest prosequi suam appellationem, Abb. *in cap. significaverunt, num.* 1. *de exceptio.* Decimoquintò, potest audire concionem in Ecclesia, Abb. *in cap. responso, numero* 2. & 3. *de senten. excomm.* Ultimò, potest quicquid est facti etiam super spiritualibus, Ioann. de Selva *ibidem num.* 15. 22. & 24. & in istis habet locum ille versus. *Vtile, lex, humile, res ignorata, necesse.* Host. *in sum. tit. de recrip.* §. *quæ impetr. n* 5. Fel. *in c. si de except.* decis. Rot. 9. *de rescript. in antiquis*, Imol. *in c. intelleximus de jud.* Nav. *in c. non dicatis*, 12. *quæst. prima nu* 17. *ver. addo* 12.

Nonum dubium, non potest esse primò judex, *cap. pia, de except. lib.* 6. *capit. ad probandum, de sententia, & re jud.* gloss. *in summ.* 36. *quæst.* 9. Bal. *in l.* 1. *col. penult. in fine, & verbo, unum omisi, C. de jur. & facti ignor.* & sententia ejus non valet. Maran. 6. *p. tit. de sentent. numero* 99. Secundo, nec procurator, *cap. fin. de procur.* Maran. 4. *par. distinct.* 16. *numero* 42. & *cap. post cessionem de probat.* Tertiò, nec advocatus, *cap. decernimus, de sentent. excommunicat. libr.* 6. Quartò, impedit executionem sententiæ, Guid. Pap. *quæst.* 574. *num.* 4. & *quæst.* 215. & *q.* 329. *numero* 3. Quintò, an excommunicatus præscribat durante excommunicatione, vide Host. *in cap. cum non liceat, de præscript.* & *in cap. prudentiam*, §. *de offic. delegat.* Guid. Pap. *quæst.* 416. *num.* 16. Sextò, denique omnia quæ notat Navar. *cap.* 27. *numero.* 13. *usque ad* 16. nec dignitates sæculares, nec Ecclesiasticas habere possunt, quia dicuntur impij, & infames, & eis jus denegatur. Tiraq. *de utroque retract.* §. 1. *gloss.* 9 *numer.* 271. & *infra.* Septimò, nec potest administrare, nec alienare res Ecclesiæ, Innoc. *in cap. veritatis, num.* 1. *de dolo, & contum.* sed intelligitur, prout in Bulla Martini V. nec si est Notarius, conficere testamentum, nec instrumentum potest, Anch. *in cap. decernimus, de sentent. excomm. lib.* 6. nec petere restitutionem uxoris (licèt judex ei debeat eam ex officio restituere) nec debitor ei debitum solvere, Abb. *in c. nuper, num.* 4. & 5. *de sententia excommunicat.* Octavò, an possit condere testamentum? Vide Abb. *in rubric. de testam. numero* 4. & 11. multa alia quæ potest, & non potest excommunicatus, & quæ si fecerit, non tenent, vide apud Addit. *quæst.* 143. Cap. Tolos. Vide multa pro practica quotidiana succedente casu, Gemin. *inc.* 1. §. *si quis, il.* 2. *v. item in agenda, de except. libr.* 6. ubi habet quæ potest facere excommunicatus, si est publicus, vel secretus, sive persona publica, vel privata, si actus sunt sacramentales,

les, vel beneficiales, vel temporales, si facit aliquà in commodum suum vel alterius, & quando possit impetrare rescriptum, vel privielgium, tam pro se, quam pro alio, vide eundē Gem. *in c.1 in fin. de rescript. libr.6.* ubi enumerat quindecim casus.

Decimum dubium, circa illud verbum *os*, reliqua vide in Doctorib. an litteræ etiam prohibeantur? Et respondetur affirmativè, & est communis omniū, Nav. *l.cit.n.20.* Sylv. *in ver.excomm.5.n.2.* Cov. *in c.almamater, 1.p.§.2.n.1.* sed an extendatur hoc ad scribentes monialib⁹ cū quibus prohibitū est loqui sub pœna excommunicationis latæ sententiæ? & videtur quòd non, quia non sunt excōmunicatæ. Secūdò, quia sum⁹ in pœnal. *c.odia, de reg. jur. l.6.* tamen oppositum est verius, Ratio, quia cui prohibetur loqui, eidem litteræ prohibētur inscribi, imò magis, quia litteræ sunt verba permanētia, verba prolata sunt transeuntia, & flexibilia, Arist. *lib.3. Perihermenias*, facit *c.si civit. de sent. excom. lib.6.* Nec obstat regula, quia quādo aliqua lex, seu statutum redderentur frustratoria, *c.1. de usur. l.6.* & eadem ratione prohibetur scribi carceratis, cum quibus prohibitum est loqui, prout *supr.* Fel. *in c.mulieres, n.7. de sent. excom.* Ias. *in l.1.n.14. de ver. sig.* idem Symanc. *de Cath. inst. tit 11.n.8.* hoc tamen fallit in statuto quo cavetur loqui bannito, non propter hoc prohibetur ne ei scribantur litteræ, Alciat. *lib. 1. in princ.n.22. de ver. sig.* secus si sub pœna excōmunicationis. Gem. *in c.ubi periculum, §. nulli, nota 3.* dicit, quando prohibetur locutio, extenditur ad litteras, & ad nuncios.

Undecimum dubium, an liceat amovere biretum excommunicato, si est dinior, vel si ille amoveat suum? Et videtur quòd non, per Doct. citatos; tamen cum ista sint potius urbanitatis, quæ procedunt ex charitate, ut dicit D. Paul. *Salutate ad invicem, & in honore invicem prævenientes*, eò vel maximè, si quando amoveret biretum, dicat: Deus te convertat, vel illuminet, vel quid simile, Covar. *loc. cit. §.1.n.3.* Nav. *loc.cit.num.20.* nam alioqui esset periculum scandali, maximè, quando excommunicati essent magnates, vel officiales, & hodie quòd tanti fit bireti amotio apud nobiles, & ita audivi fuisse practicatum Neap. quando fuerunt declarati excommunicati quidam Regii officiales ab Archiepiscopo illius civitatis facit quod dicit Abb. *in c.cum voluntate, num.1. de sent. excomm.*

Duodecimum dubium, qui semel fuit excommunicatus, semper præsumitur talis, *c. sicut de sent. excomm. & c. qui semel.* & ibi Dyn. & addit. *de reg. jur. libr.6.* & ideo excommunicato irregulari, ac etiam cuicunque præciso, expedit habere fidem absolutionis obtentæ in foro conscientiæ à confessario. Nav. *cons. de fide inst.*

Decimumtertium, an detur habilitatio, seu absolutio excommunicationis ad cautelam, quando opponitur, prout *in cap.1. de except. libro 6.* Respondetur distinguendo cum Anchar. *in. d. cap. §. si quis, nu.9.* & processus factus ab excommunicato, valet usque ad sententiam, nisi opponatur, & hoc coram Ordinario, secus coram Auditore, Rota *dec.13. de offic. deleg. decis.6. de judic. in novis.* Caputaqu. *decis.318. par.2.*

Decī-

Decimumquartũ dubitum, an Prælatus Episcopus inferior, vel Vicarius Episcopi excommunicans, interdicens, vel suspendens aliquem, non servatâ formâ, *c. sacro. de sent. excomm. & c. 1. eo. tit. lib. 6.* cum sit suspensus, & interdictus per mensem, ab ingressu Ecclesiæ, prout *loc. cit.* si interim ingrediens Ecclesiam, ibi audiat sacrum, vel sedeat in choro ut Vicarius, vel Prælatus, recitans divinum officium, vel audit concionem, incurrat irregularitatem? Et videtur primò, quòd non. Ratio est, quia hoc non exerceret actum ordini peculiarem, gloss. *in dict. c. 1. ver. sicut prius, & c. si Episcopus in Concilio 11. quæst. 3. c. responso de sent. excom.* Na. *c. 27. num 75.* prima opinio est Navar. *loc. cit. num. 244.* dicentis, quòd sic, per gloss. *in Clem. 2. in ver. celebrari, de privileg.* Ratio sua est, quia videtur auctorizare: secunda opinio est Covar. & cujusdam recentioris, dicentium, quod non nisi in casu, de quo per eum *in c. alma mater, 1. p. §, 6. in ult.* Ratio est, quia audire sacrum, & alia prædicta facere, realiter non sunt ordini actus peculiares, & istâ opinio mihi magis placet, sententia verò Nav, & gloss. tunc posset verificari, quando esset vera auctorizatio, prout *in cap. ex litteris de excess. prælat.* Sil. *in ver. homicid. 3. numero 7.* Navar. *loc. cit. numero 214.* & quando superbia, vel contemptu censurarum sibi juberet Missam celebrari, Covar. *ubi supr. & c. 1. de excess. prælat.* hoc ampliatur, etiam si cum pulvinari, tapeto, vel comitatu, more officialium, nisi prout supra, per rationem prædictam, & hoc accidit in facto, & ita consului, & hoc confirmat Navar, *in cap. 1. §, Sacerdos, num. 13. de pœn. dict. 6.* dicit ex mente Inn. *in c. si. de excess. prælat. num. 1.* Prælatum non incurrere irregularitatem per exercitium actorum spiritualium tempore interdicti, nisi quando aliquid alicui ordini peculiariter deputatum exerceret, & Inn. *in cap. cum medicinalis, n. 3. de sent. excomm.* habet regulam generalem, quod suspens⁹, vel interdict⁹, sive excommunicatus, non sit irregularis, nisi exerceat aliquid quod sit de substantia ordinis, idem Host. *in sum. tit. de dispens. §. sunt autem casus, ver. 14.* & Navar. *Consil. 4. de Cler. excomm. celeb.* cætera vide *in additionibus magnis, in 2. par. in ver. excommunicatio.*

EXPENSÆ.

PRimò, quomodo, & quantùm expensarum debeat, & possit condemnare judex ex officio? Vide Inn. *in c. sæpe contingit, num. 2. & 3. de app.*

Secundò, an judex posset condemnare victum victori in expensis semper, non solùm in causa appellationis, sed in prima instantia? Vide Covar. *in pract. q. c. 27. per totum*, Bal. *in marg.* Inn. *in ver. expensis.* gl. *in cap. finem, in ver. expensas. de dolo, & contum. c. calumniam, de pœn.* & gloss. *in cap. ignorantia de reg. jur. lib. 6.* Gom. *in quæst. 1. colum. 3. & q. 41. de ann. poss.* ubi dicit, Rotæ prætorium, etiam in prima instantia condemnare, vide Mar. *6. p. memb. 3. numero 18.* Inn. *in fine per totum*, Bald. *ubi suprà*, & Addit. ad Dyn. *in cap. damnum, littera C. de reg. jur. lib. 6.*

Tertiò, ad expensas potest condemnare judex in secunda instantia, etiam illum

illum, qui in prima instantia favorabilem, & in secunda contrariam sententiam habuit, quando sententia fertur ex eisdem, Capel. Tolos. *decis.* 222. Rota *decis.* 10. *de dolo & contum. in novis*, Caputaquens. *decis.* 179. 1. *par.*

Quartò, expensæ non sunt solvendæ nisi causa omninò terminata, & solutio debet fieri, ubi judicium est agitatum, & earum solutio, seu condemnatio facta contra plures, intelligitur, ut unusquisque pro rata teneatur, Caputaquens. *decis.* 341. *cum seq.* 1. *par.*

EMPTIO.

PRimò, quis cogitur vendere quatuor modis. Primò, quando quis exposuit rem suam venalem, fallit in meretrice, quæ quamvis exposuerit corpus suum venale omnibus, non tamen potest cogi, & sic de omnibus exercentibus artem aliquam, quæ non potest fieri sine peccato mortali: imò si cogatur meretrix, punitur in regno, *Constitution. Omnes, tit. de viol. meret*, Isern. *in const. in ver. nullus eas compellat*; vide Bart. *in §. cura carnis, l. 1. ff. de offi. præfect. urb.* Paris de Put. *de Synd. in ver. judicis, fol.* 63. Afflict. *in præludio Constit. in 3. q. num.* 7.

Secundò, propter publicam utilitatem.

Tertiò, favore Ecclesiæ, & religionis, pro amplianda, sive construenda, seu de novo ædificanda Ecclesia, vel monasterio, quo potest etiam prohibere, ne vicinus altiùs ædificet, unde monachi, vel moniales videri possint, Covar. *lib.* 3. *var. resol. ca.* 14. *per totum*, Bar. *id l. non enim, ff. rerum amot.* Jason. *in l. rogasti. ff. si cert. pet. & l. unica, ff. de æstimat. act. num.* 7.

Quartò, ratione necessitatis, ut si quis pauper litigaret, & ob potentiam adversarii non inveniret advocatum, vel procuratorem, potest aliquis ad ei patrocinium præstandum compelli per judicem, Host. *in summ. in tit. de fide instru. §. exquib. & in tit. de postul. §. quis postulare possit, n. 2. in prin.* ubi dicit, quod si renuet advocatus ad præceptum judicis, carebit perpetuò officio patrocinãdi, quod dixi de amplianda Ecclesia, vel monasterio, intelligitur de Ecclesia, seu monasterio principali & formato, non de ædiculis, vel societatibus confratrum, & sic fuit decisum Neapoli in causa Sanctæ Sophiæ & sanctæ Mariæ de Pignatellis, Vincent. de Franc. *decis.* 223. quod etiam innuit Covarr. *loco cit. colum. pen. ver.* 2.

Quintò, propter novum, sive utilitatem publicam, potest compelli quis vendere à judice præfixo pretio justo, seu utiliori, ut tempore penuriæ, vel caristiæ, Abb. *in c. 1. de emp. & vend.* imò tunc temporis potest compelli, ut quis potius vendat incolis, quàm exteris: sicut colonus tenetur vendere quod facit in rure, potius domino ruris, quam aliis pretio justo, Abb. *loc. cit.* Covar. *lib.* 2. *var. resol. c.* 3. *nu.* 5. *l.* 1. *§. fi. ff. de off. præf. urb.* Maran. 6. *p. de inquis. nu.* 181. fallit, quando quis solùm habet pro victu suo necessarium, Iser. *in proœm. Const. regni. col.* 1. Traq. *de utroque retract. in præf. num.* 15. vide Iser. *de usu feud. rub. de pace jur. fir. nu.* 18.

Secundò, in emptione sæpe sæpius solet controverti de læsione, quam petit venditor in pretio rei venditæ, vel emptor in læsione pretii, prout, *in c. cùm dilecti, de empt. & vend. & l. 2. C. de rescr. vend.* Covar. *loc. cit. c. 3. n. 8.* Soto *lib. 6. q. 3. art. 1. de just. & jur.* ideo est notandum, quod non semper potest peti restitutio vel rescissio, quia in emptione debent considerari novem. Primum, tempus: nam tempore Belli, vel pestis, res valet minoris, quàm aliàs. Secundum, locus: nam in urbe, vel oppido plus valet domus, vel palatium, quàm in villa. Tertium, modus: nam in subhastatione minoris valet res, quàm in propria officina, vel apotheca. Quartum, commoditas venditoris: nam pactum de retrovendendo, est quædam gratia, quæ fit venditori, quod minuit de pretio, Boer. *dec. 23. num. 25.* Quintum, similiter quãdo fit servitium emptori. Sextum, commoditas Reipublicæ, ad pharmacum. Septimum, raritas rei: nam omne rarum carum, *c. legimus. 92. dist. ver. sed dicis* gl. *ibi, in ver. pretiosi tas.* Octavum, multitudo, seu paucitas ementium, vel vendentium; quia quo plus minùs ve, eo minoris majorisve res venditur. Nonum, expensæ venditoris, & pericula. Turrecre. *in c. Canonum, 14. q. 4. nu. 7. & 8.* D. Thom. & Navar. *loc. cit.* Covar. *ibidem, num. 5. c. 3.* vide D. Thom. *2. 2. q. 73. art. 1. in corpore,* Navar. *c. 23. num. 78.* & Cajet. *in sum. in ver. venditio, casu 7.* Tiraq. *in tit. de retractu convent. in fin. num. 135.* Abb. *in cap. ad nostris, de empt. & vend.* Sylv. *in ver. usura, 2. 15. n. 5, argu. 2.* Covar. *loc. cit. lib. 3, c. 8. n. 7.* Nav. *c. 17. nu. 247,* Abb. & Felin. *in cap. cum causa, de restit. spol.* & his causis non potest peti restitutio: nam unum palatium, seu fundus tempore belli, seu pestis, potest vendi ter centum aureis, & tempore pacis valeret mille, vel sexcentum; similiter, & de re vendita in villa, seu in urbe, liberè, vel coactè. Navar. *in com. de usur. q. 8. num. 112. ver. 1. q. 11.*

Tertiò, licèt regulariter posterior emptor, cui tradita est res vendita, præferatur priori emptori, cui non fuerit facta traditio illius rei venditæ, ut *in l. quoties, C. de rei vendic.* & Covar. *loco cit, lib. 2. ca. 19. num. 1.* tamen fallit, quando fit venditio Ecclesiæ, vel civitati, absque rei venditæ traditione, quia præferuntur secundo emptori, etiamsi sit ei facta rei venditæ traditio, *l. ult. C. de sacrosanct. Eccl.* Covar. *loc. cit. nu. 2. ver. 2.* Anchar. *in c. Abbate, nu. 4. de rei ind. lib. 6.*

Quartò, emptor, si pendente locatione emat rem alteri locatam à sibi venditore, non tenetur stare dictæ locationi: hoc fallit primò, si colonus, seu conductor sibi fecisset obligare omnia bona locatoris, & specialiter illam rem locatam, quia tunc emptor tenetur stare locationi, vide Sal. *in l. emptores, in 5. opp. C. locat.* Guid. Pap. *q. 480. nu. 2. & ibi additionem.* & Bosi. *tit. de fisco, & privil. nu. 41.* quod notare debent beneficiati successores, quando tenerentur stare locationibus factis à prædecessoribus suis; vide aliqua *in ver. alienatio, §. 3. dicto 13.* vide Bal. *in l. filio familias, §. si sol. matr. & in marg.* Innoc. *in ver. colonus, q. 2.* Abb. *in c. querimoniam, numero*

7. de

7. de jure patr. l. emptorem, C. locat.

Quintò, emptor sive venditor quando læsus est ultra dimidiam & justi pretii, quid agere debeat? Vide *c. cùm dilecti, de emp, & ven.* Maran. *6. p. tit. de app. nu.* 83. & 87. Gom. *in c. 2. nu. 4. usque ad 42, de constit. lib. 6. & q. 42. de trien. poss. col. pen.* Covar. *loc. cit. lib. 2. c. 3. n. 8. & lib. 1. c. 3. nu. 10.* dicit esse arbitrium judici, quoad deceptionem Ecclesiæ, vel minoris, & quomodo intelligatur ultra vel circa dimidiam justi pretii, vide Sot. *lib. 6. q. 3. art. 1. de just. & jure.* Sylvest. *in ver. emptio, n. 9.* § 8. & Covar. *ubi suprà, nu. 8.* & quod non solùm datur actio, *l. 2. C. de rescin. vend. & d. c. cum dilecti,* vel optionis vel rescissionis in deceptione, ut dictum est, sed etiam in gravissima & enormissima læsione, etiamsi venditor, seu emptor renunciaverit, juraverit, donaverit, Cov. *loc. cit. c. 4, n. 3. & pract. qq. c. 3. n* 8, §. 13. *& cap. 28. n. 9.* & quæ dicatur gravis læsio, vide Guid. Pap. *q. 519. n.* 3. quia ex Bar. dicit esse, quando quis est læsus in sexta parte debiti, & ista læsio potest peti usque ad triginta annos, Maran. & Cova. *loc. cit.* & potest peti etiam, quando non est ultra dimidiam, sed est gravissima, & enormiss. Cov. *loc. cit. in ver cæterum.* tamen hoc fallit duobus casibus, ut. Covar. *li. 3. c. 2. ver. hactenus*, & debetur in conscientia, etiam quando proximus notabiliter læditur. D. Tho. *in 4. sent. dist. 15. q. 3. art. 2.* & Cov. *ubi suprà,* læsio seu deceptio ultra dimidiam rei, vel citra, parit actionem, Abb. *in c. per tuas, n. 4. de donat.* Navar. *in c. qualitas, à n. 41. de pœn. d. 5.*

Sextò, penes quem remaneat periculum rei venditæ, vide Sylvest. *in loc. cit. num. 3.* §. 2. & Gimont. *tract. de grat. expect. c. 5. nu. 3. & infrà,* Covar. *pract. qq. c. 3. n. 6.* §. 9. *& li. 1. c. 5. n. 1. var. resol.* Maran. *4. p. d. 4. n. 53. & nu. ult.* Afflict. *dec.* 399. ubi degustatio vini transfert periculum in emptorem, & alia.

Septimo, primus emptor recipiens pretium, & patiens proximiorem possidere rem quam ipse priùs emerat, videtur ei reemere & possessionem perdidisse, Boer. *dec. 77. num. 1. 2. & 3.*

Octavo, quando emptor elegerit rem restituere, juxta *lib. 2. de rescind. vend.* an sit cogendus restituere etiam fructus, vide Covar. *lib. 2. c. 3. num. 9. var. resol.*

EMPHYTEVTA.

PRimo, emphyteuta Ecclesiæ non potest melioramenta, quæ facit in re, vendere, nisi servata forma, de qua *in cap. potuit*, & ibi Abb. *de loc. & conduct.* ubi numerat septem, Oldradus *cons. 34.*

Secundo, impotentia & pauperas excusat à perjurio, & à solutione canonis, & non causat caducitatem, Butr. *in cap. significante, de pignor.* & Bald. *in cap. brevi, de pign.* Rodoan. *tract. de reb. Eccl. non alien. q. 79. n. 9.* per multa dicta.

Tertiò, emphyteuta multis modis excusat à caducitate ob canonem non solutum infra tempus, idem *q. 79. c. 3.* per multa dicta.

Quartò, emphyteuta quæ servare debet, quando vult alienare jus suum emphyteuticum, vide eund. *loc. citat. cap. 9. num. 1. & infrà.*

Quintò, emphyteuta donans rem emphyteuticam absque domini requisitione, non semper cadit in commissum, idem *ibidem, numer. 25. & infrà*, & relinquens in testamento, & dando in solutum, & in permutatione, & donatione, *ibidem, à num. 26. & infrà.*

Sextò, emphyteuta non potest vendere jus suum, nisi requisito priùs domino directo, an velit eodem pretio emere, tenetur ei dare laudemium, quod est quinquagesima pars pretii, & si vendit irrequisito domino, perdit jus suum, *l. 2. & 3. de jure emphyt.* Navar. *de reb. Eccl. non alien. num. 22. & in cons. de usur. numer. 93.* Cætera *vide inferiùs in eod. verbo.*

ELECTIO.

PRimò, electio Abbatissarum, & aliarum officialium monasteriorum, quomodo fieri debeat, *vid. in ver. Abbatissa, §. 1. 2. 4. 5. & 6.*

Secundò, electio quorumcunque superiorum, & officialium regularium fieri debet per vota secreta, aliàs electio erit irrita, & nulla, Concil. Trid *sess. 25. c. 5. de refor. reg.* in casu contrarii, & pro defensione, quando consentiret totum corpus Concilii, vel Parlamenti, vel Capituli, vel Collegii, vel Monasterii, licèt non sit servata forma, vide pro practica Iason *in l. universitatis, à num. 1. de precibus Imper. offer.* & Carder. *in cons. 2. de jure patron.* ubi habet quod teneat electio, vel conclusio facta.

Tertiò, electio Pœnitentiari i, vide *in ver. pœnitentiarius, §. 3.* electio Vicarii Episcopi, eo defuncto, à quo & quando fieri debeat, & cujus conditionis? *in ver. Capitulum, §. 7. & ver Vicarius. dub. 1.* electio Canonicorum pro gubernatione seminarii? vide *in ver. Capitulum. §. 7.*

Quartò, electus consentiendo electioni de se factæ à media parte eligentium, an augeat numerum, & electionem perficiat, Ioan. And. *in reg. in toto, de reg. jur.* Abb. *in c. cum jure peritus, de electione*, Paul. de Cast. *cons. 230. lib. 2.* dicunt quod sic, quicquid dicat glos. *in d. c. 2. in ver. consentiat*, sed fallit in patronis præsentantibus ad jus patronatus, prout *in ver. jus patronatus, §. 34.* sed in electione hoc valet, quando proceditur per modum compromissi, secus verò per modum scrutinii, vel communis inspirationis, Host. *in loc. cit.* & Sylvest. *in sum. in ver. electio. 2. §. 18. numer. 23.* Gemin. *in c. cùm expediat, ver. sed pone. de elect. lib. 6.*

Quintò, electio quando mutari potest, vide pro pract. Hostiens. *in sum. hoc titul. §. utrùm mutari potest, num. 21.* ubi dicit, quòd non post publicationem, vide *in ver. moniales, §. 21.* & idem Host. *eod. tit. §. & nota quòd, num. 18. vers. quid si à duabus. & in cap. final.* ubi exemplificat in Papa, ex quo à duabus partibus electus est, voce electi computata ab omnibus recipiendus est, & *in tit. de jure patronatus, num. 12.*

Sextò, an electio debeat fieri in Ecclesia, quæ vacat, & possit fieri alibi? Respondetur ex Gem. *in c. quam sit, ver. ad secundam, de elect. lib. 6.* ubi videtur dicere, quòd potest fieri alibi.

REQVI-

REQUISITA SUBSTANTIALIA Electionis per Formam Scrutiniorum desumpta ex cap. Quia propter de Elect. *sunt decem & octo.*

1 *Ut electio fiat per Congregatos in unum, ita ut actus electionis non fiat singulariter, sed Collegialiter & in communi.*
2 *Ut Scrutatores assumantur à Collegio.*
3 *Ut Scrutatores, qui assumuntur, sint tres, non plures, nec pauciores.*
4 *Ut iidem Scrutatores sint de Collegio.*
5 *Ut vota singulorum exquirantur secretè.*
6 *Ut vota eligentium exquirantur sigillatim, seu singulariter.*
7 *Ut exquirantur vota omnium præsentium.*
8 *Ut vota electorum in scriptis rediganter.*
9 *Ut vota postquam fuerint in scriptis redacta, in communi publicentur.*
10 *Ut publicatio hujusmodi fiat mox postquam vota fuerint in scriptis redacta, id est in continenti, nullo actu extraneo intermedio, & unco contextu.*
11 *Ut votis publicatis, fiat plena collatio, ideſt numeri ad numerum, meriti ad meritum, & zeli ad zelum.*
12 *Ut hujusmodi Collatio fiat in continenti, postquam vota fuerint publicata.*
13 *Ut post habitam collationem sequatur communis electio.*
14 *Ut ipsa communis electio fiat illicò post Collationem, id est nullo extraneo actu interjecto.*
15 *Ut electio fiat de illo, in quem major, & sanior pars Capituli consentit.*
16 *Ut electio sit verbalis.*
17 *Ut electio non fiat clandestinè, sed solemniter publicetur, & publicatio fieri debet in Capitulo, & tutum est, ut etiam populo publicentur.*
18 *Ut prædictorum omnium ordo servetur, ita ut actus supra enumerati, non fiant præposterè, nec simultaneè, sed successivè unus post alium.*

De singulis autem actibus supraſcriptis Notarius, *seu scriba electionis debet se rogare coram testibus, & publicum Instrumentum conficere.*

P. FAGNANUS.

FORMA INSTRVMENTI ELECTIONIS.

CELEBRATÆ PER SCRUtinium, quæ habita est Canonica, quia octodecim requisita in cap. *Quis propter de Elect.* sunt ad amussim observata.

In Nomine Domini Amen.

OMnibus & singulis, præsens hoc Instrumentum visuris, aut intellecturis salutem in Domino. Iisdem pateat, fiatque manifestum Ann. Domini .... Die vero ..., Mensis .... hora ... In loco celebrandis Comitiis assueto, coram me N. N. Notario &c. & coram NNNNNN testibus ad hæc specialiter vocatis, & rogatis præsentes comparuisse A.B, C.D. &c. omnes Capitulares, & Capitulum repræsentantes post Missam de Spiritu sancto ad Majus Altare Ecclesiæ præfatæ solemniter

ab N.celebratam, ſacramque Synaxin ad finem dictæ Miſſæ ab omnibus DD. Canonicis perceptam; qui quidem omnes ſacro peracto nullâ interpoſitâ morâ dicti Capituli locum ingreſſi, hinc & inde ſuo quiſque ordine reſederunt. Tũ juſſus ſum ego cum prænominatis etiam teſtibus ad præparatam exedram ſedere, omnemque rei gerendæ ſeriem attentè & ſedulò proſpicere, ſervatumque in omnibus ordinem præſtito prius juramento ſcriptis fideliter exarare. Atque imprimis N. N. graviſſimum ſuper rei peragendæ momento ſermonem habuit. Electores omnes, ut Deum ſolum, bonumque commune in Epiſcopi Electione mox futura præ oculis haberent ſeriò cohortatus. Poſt hæc idem N. Electorum omnium nomina & cognomina è ſchedula, quam manu gerebat altâ voce recenſuit, ſingulis ad proprii nominis auditionem aſſurgentibus. Quo peracto mihi Notario prædicto, ac teſtibus N.N. præcepit, ut ad oſtium dicti Capituli & valvas Eccleſiæ, & clara voce omnes quotquot vellent, poſſent, ac tenerentur mox futuræ Epiſcopi Electioni intereſſe, maximè vero abſentes interpellarem, quod cõtinuò præſtitum eſt. Nobis vero ad priſtinum locum reverſis N.N. ejuſmodi Electionis indictionem ritè peractam eſſe, omneſq; ad quos pervenire potuit, perveniſſe pronunciavit. Ad hæc N.N. an omnes in veros & legitimos Electores agnoſcerentur percunctatus eſt, cunctiſque annuentibus Hymnus *Veni Creator* inchoatus, poſt cujus recitationem Collectæ aliquæ à N.N. ſuperadditæ. Quibus peractis à D. Cantore altâ voce, à cæteris ſubmiſsâ, fl exiſque genibus *Confiteor* &c. prolatum, abſolutioq; omnibus Electoribus ad effectum hujus electionis impertita. His ita geſtis loco aſſidens N.N. Iutamentum manu ad Codicẽ Evangelii admotâ coram Deo emiſit, Electoreſq; omnes ad idẽ genibus, complicatis manibus item ſacrum Evangelium attingẽtes admiſit, ac propoſitis tribus eligendi modis videlicet quaſi inſpirationis, compromiſſi & ſcrutinii, & interpoſito cæteris duobus, ſcrutino, tres ſcrutatores nominandos eſſe admonuit, ad quod munus omnibus ſuffragiis voce tenus collectis aſſumpti ſunt tres de Collegio videlicet N.N.N. ad quæ exedrã præſtito juramento conſederunt, tùm verò ſacro calice cùm patina ad dictam exedram coràm dictis ſcrutatoribus perlato, eoq; ab ijſdem, meque ac teſtibus perſpecto, vacuoque invento ſurrexit. D.D. Scrutatorum primus remanentibus cæteris ad alteram menſam, ſolus accedens, votumque ſuum legente nemine in ſchedula ſcriptum ipſam complicatam in calicem detulit, ſecundo ſcrutatore patinam ad immiſſionẽ elevante, Scrutatore tertio, meque Notario, & teſtibus rem inſpicientibus. Cumque reſediſſet, idem primus Scrutator ad prædictã illam alterã Menſam ſe contulit, ſecundus ſcrurator ſcriptumq; ut ſupra ſuffragium complicata ſchedula, elevante patenam primo ſcrutatore, calici tradidit, quod & à tertio ſimili prorſus ratione, nobis, aliiſque Scrutatoribus ſpectantibus actum eſt. Tùm demum ſinguli Electores ſchedulam voto ſuo notatam, & complicatam in

eun-

eundem calicem detulerunt, è loco illo nimirum Capitulo ad alium contiguum recedentes, donec exhausto Electorum numero schedulas omnes è Calice singulatim eductas super patena scrutatores computarunt, eumque ipsas Electorum numerum adæquare comperissent evolutas, & perlectas primi scrutatoris manu, duobus alijs spectantibus, & strenuè attendentibus scriptis exararunt, me pariter, ac testibus perspicientibus, & audientibus. Ita tamen & Electorum nomina nullatenus proderent. Quibus ad ultimum conscriptis Electores omnes ad pristina in dicto Capitulo loca redierunt. Quibus primus Scrutator, placet, inquit, confratres Charissimi, ut vota jam vestra publicentur, ut inde appareat, quis majorem suffragiorum partem tulerit? ijsque placere sibi, ac velle respondentibus, absque ullâ omnino cunctatione inibi vota, in commune protulit claráque ac intelligibili voce D. N. N. quadraginta voces fuisse sortitum D. N. N. viginti novem D. N. N. unicam &c. Quæ omnes vocum numerum conjunctim perficiunt, eosque vocum numeros cum eo scripto quod dictus scrutator manu gestabat à schedulis exceptum convenire, Ego Notarius, ac testes distinctè, propriisque oculis perspeximus, tum nullâ interjectâ morâ eorundem votorum collatione factâ numeri ad numerum, & meriti ad meritum, ac zeli ad zelum evidenter dictum, D. N. N. cæteros omnes præcellere, in eumque majorem, & saniorem capituli partem consentire inventum est, statimque Elector primus ad hoc ab omnibus Electoribus designatus, clarâ, & intelligibili voce per verba numeri singularis totius Capituli nomine, acceptâ prius ab eo facultate sic pronunciavit. Ego N. N. meo, omniumque mihi consentientium nominibus in Episcopum N. N. in quem major, & sanior Capituli pars concidit, eligo. Tum idem Scrutator, eodem nomine rogavit Capitulum, ut ipsum Electum declararet, promulgarique eandem electionem juberet, cui quidē annuens N. N. ad hoc deputatus. Ego ait, declaro verum & legitimum Episcopum electum N. N. N. N. jubeoque ut electio ejusmodi solemniter publicetur. Quo dicto primus scrutator coram cæteris schedulas omnes votis Electorum signatas igni tradidit, ac in cineres redegit. Post modum dicti Capituli præcepto Ego Notarius cum testibus prædictam electionem de dicto N. N. ita completam ad ostium dicti Capituli, valvasque Ecclesiæ alta, terque repetita voce promulgavi, sumque reversus cum cæteris ad pristinum Capituli locum, ubi omnibus adhoc, uti ante præsentibus N. N. à Capitulo deputatus dicto Electo N. N, factam de se ejusmodi electionem totius Capituli nomine præsentavit, ipsiusque consensum requisivit, atque D. N. N. electus hoc quidem onus ipse ea quæ talem virum decuit modestiâ, exhibitoque ob tanti ponderis dignitatem non mediocri timore, & tremore susceptit. Mihique ab ipso Capitulo imperatum, ut præsentis hujusmodi Electionis ad fidem his quorum interesset faciendam exemplar, vel exemplaria conficerem, traderemque. Quod volens lubensq; promisi ac præstiti, Primariamque

lubensq;

que hanc ſchedulam D. Decano ante ipſius è Capitulo diſceſſum, pariterque cunctis Electoribus ſubſcribentibus obtuli, idque ſtatim effecêre omnes die, Menſe & Anno prænotatis. Ac tandem idem NN. qui ſupra pro his rebus ita pacificè, ac feliciter geſtis referri Deo gratias æquum exiſtimans Divinæ laudis Canticum TE DEUM LAUDAMUS, proſequendo, & ad Eccleſiam Eccleſiaſtico ritu procedendo univerſo Electorum cœtu inchoavit. &c.

EXTENSIO.

EXtenſio de caſu ad caſum regulariter non eſt facienda in pœnalibus, *capit. odia, de reg. jur. libro 6. l. cùm quidam, ff. de lib. & poſthum.* Navar. *capitul. 27. num. 51.* tamen fallit primò, quando favore animæ, Bart. & Iaſon *in auth. ſacram. pub. C. ſi adverſus vendit. num. 72.* Ioan. And. *in ca. 1. de homic. lib. 6.* Covar. *de ſpon. 2. p. capit. 6. numer. 12.* Secundò, fallit favore Eccleſiæ, gloſſ. *in c. ſciant cuncti, de elect. lib. 6. in ver. alias,* Gom. *de expect. numero 10.* Covar. *lib. 1. capit. 11. numer. 5. verſ. ex quibus, var. reſo.* Tertiò, fallit in correctoriis, ad evitandas legum correctiones, gl. *in l. illud, C. de ſacroſ. Eccl. cum ſimilibus allegatis* per Alex. *in l. ſi conſtanter, ff. ſol. mat.* & ibi Jaſon. *in col. 14. num. 78.* Gom. *in cap. 1. num. 33. de reſcrip. lib. 6.* eo vel maximè, quando agitur de ſalute animarum & evitando peccato, quia tunc diſpoſitio correctoria, & odioſa de tali materia loquens, extenditur ex ratione identitatis, Io. Andreas *in c. ex tenore qui fil. ſint legit.* Capyc. *deciſio. 154. numero 22. & 23.* & exemplificat *in c. 1. de homic. lib. 6.* ubi vult includi mandatarium, quamvis ibi de eo nulla fit mentio, ſed vide *ſuperius in ver. aſſaſſinus,* Novel. *ne jure protim. §. ſecundum, numer. 95.* gl. *in Clem. 1. in ver. eleganter, de election.* Quartò fallit, quando lex alioqui redderetur fruſtratoria, *cap. ſi civitas, de ſentent. excom.* Nav. *loc. cit.* gloſ. *in c. ſi alienigena, de uſur. li. 9.* gloſſ. *ibi, in ver. alienigena.* Quintò fallit, quando largo vocabulo ſumpto poteſt materia comprehendi, *in l. filium habeo. ff. ad Maced. cum alus allegatis* per Iaſ. *in l. ſi. ff. de in jus voc.* Alex. *in l. Centurio, col. 11. ff. de vulg. & pup.* Sextò fallit, favore Reipublicæ, And. Sicul. *in conſ. 48. col. 1. in 2. vol.* Boſſ. *tit. de pœn. nu. 12.* Butr. *in l. quemadmodum, C. de agricol. & cenſi. lib. 11.* Gem. *in q. 19. de non toll. jure quæſi.* Septimò fallit, quando non invenitur ratio diverſitatis, vel diſpoſitio eſt facta pariformiter: gl. *in cap. 1. in verb. Italia, de temp. ord. lib. 6.* & gl. *in ver. eligatur, in Clem. 1. de elect.* Iaſ. *in l. ſi. cit.* Gom. *in q. 18. de ann. poſſeſſ. & in quæſt. 3. de ſubrog. collitig.* & poteſt fieri extenſio ad caſum ſimilem, quando unica tantùm ratio aſſignati poteſt, gloſſ. *in l. quamvis, C. de fideicom.* Octavò, in correctoriis poteſt fieri extenſio ratione peccati evitandi, ut dictum eſt, ſecundum Alex. *in l. Pomponius. §. præterea, col. 2. in fine. ff. de acquir. poſſeſſ.* exemplum *in conſtitutione ſancimus de jure protim.* quia quamvis ſit correctoria, & loquatur in contractu venditionis, debet etiam extendi ad donationem habitam ab emptore cauſa vitandi fraudem, quæ inducit peccatum mortale, vide Mar. *diſput. 9. de jure congrui, n. 14. & 32.* Nonò fallit in identitate rationis,

tionis, ut dictum est, gl. *in extravag. vas electionis. de censi. in ver. prorogamus.* Navar. *c.1.§.laboret, num.14. de pœn. dist. 7.* pro ista materia extensionis de casu ad casum, vide Anchar. *in c. constitutionem, in initio, de regular. lib.6.* Dyn. *in c. in argumentum, & ibi addit. de reg. jur. l. 6.* Fallit decimò, in 21. casibus positis à Nav. *in capit, pœna, de pœn. dist. 1. à n.5. inf.* Pro hac materia theoricè, & practicè vide omnino Gemin. *in c. si postquam, §. si verò, vers. secundo an semper, de elect. l.6.* Undecimò fallit, quando lex una est declarativa alterius juris pœnalis, Gem. *in c. si compromissum, ver. quod licet ius, eod. tit. & lib.6.*

EXEMPLUM.

EXempla Sanctorum possunt allegari, & secundùm ipsa judicari potest, *c. de quibusdam, 32. distinct.* Abb. *in c. verum, n.4 de conversi. conjug.*

ECCLESIA.

PRimò, Ecclesia non potest fundari sine consensu Episcopi, vide per extensum (ultra jura vulgata) Sylvest. *tract. de benef. 2 p. q.6. per totum,* Conc. Trid. *sess.25. cap.3, de refor. regul.* & an requiratur consensus Episcopi in reparatione monasterii? Negativè respondetur ex Afflict, *decis.292. n.14.*

Secundò, potest unusquisque fabricare Ecclesiam sine auctoritate Episcopi: sed non potest dici Ecclesia, sed oratorium, *cap. unicuique, de consecrat. distinct. 1.* Selva *ibidem. numer. 12.* Missam verò celebrare ibi non potest facere, sine consensu Episcopi, *cap. nemo, eod. distinct.* Conc. Trid *sess.22. c. quanta cura, §. neminem,* & illud oratorium subest visitationi ordinarii, Conc. *loc. cit,* & dicam *in ver. visitatio.*

Tertiò, consensus iste sufficit quòd sit tacitus, etiam in ædificatione; non enim requiritur expressus, Selva *loc. cit.* vide etiam quæ dixi *suprà, in verb. beneficium, §.1. in fine,* ex Guid. Papa.

Quartò, Ecclesia non potest fundari intra aliquam parochiam, si præjudicet juribus ipsius parochiæ, & Parochus potest se opponere fundatori, Guid. Pap. *quæst.360.* Abb. *in c. cùm olim, il.2. num.9. de privil.*

Quintò, hoc intellige, nisi adsit causa necessaria, Addit. *ad dictam quæstionem,* & vide *in vers. Parochia.*

Sextò, eleemosynæ, & emolumenta, quæ fiunt in Ecclesiis, intra parochiam existentibus regulariter, sunt parochi, vide *in vers. parochia.*

Septimò, Ecclesia tenetur contribuere pro reparatione mœnium civitatis, & fortificationis, Guid. Pap. *q.78.* & hoc intellige primò, si fiat propter imminentem necessitatem, ut fortè metu Turcarum, & aliorum hostium, Add. *ibi:* sed non possunt ad hoc compelli clerici per judicem sæcularem, sed per Episcopum, Add. *ibidem,* Vinc. Franch. *dec.9. n.4.* & citat Lucam de Penna, *de pœna remissivè,* & ad quæ onera teneatur. vide Abb. *in cap. non minus, n.12. de immun. Eccles. & n.16,18.* vide Anchar. *in cap. quia nonnulli, num.50. vers. sed ego ulteriùs, de immun. Eccles. lib.6.* ubi dicit,

quando Ecclesiastici tenentur ad onera laicalia, imposita pro bono commun.

Octavò, Ecclesia restituitur adversus præscriptionem, Abb. *in cap. 1. num. 9. de præscrip.* Guid. Pap. *quæst. 594.* & hoc spatio quadriennii idem *ibidem numero 2.* Maran. *6. par. num. 88.* quod spatium incipit currere à die sententiæ, Dec. *cons. 62. in fine*, Maran. *loc. cit. n. 84.* facit *c. licèt, de suppl. neglig. prælat. & cap. quia diversitatem, de offic. ordin.* & Abb. *in Clem. ab Ecclesia, num. 13. de restit. in integr.* & primò in contractibus, *cap. constitutus*, & ibi Abb. *de restit. in integr.* Secundò, in judiciis, *c. audius ibidem.* Tertiò, adversum probationem omissam. Quartò, adversus sententiam, *ca. 1. eod. tit. 6.* Quintò, adversus aliam Ecclesiam, *d. cap. audiis*, Sextò, adversus læsionem enormem. Guid. Pap. *quæst. 176.* & hoc spatio triginta annorum à die notitiæ, & ex malè gestis per procuratorem, Abb. *in cap. 1. nu. 35. ut lite non contest.* & hoc duplici remedio, idem *in cap. 2. num. 19 & 20. de rest. in integr.* vide etiam quæ dixi *superiùs, in ver. emptio*, §. . sed est inspiciendum tempus contractus, & non tempus motæ litis, ut quia tunc minus valebat res vendita quàm modò, juxta notata *in ver. emptio*, §. 2. & Guid. Pap. *loc. cit.* & melius *q. 157.* & Innoc. *in cap. ad aures, de reb. Eccl. non alien.* Octavo, Ecclesia restituitur, etiam lapsu quadriennii, quando ex malignitate adversarii læsa fuit, aut rationabilis aliqua causa subsit, Capyc. *decis. 4. num. 20.* Gloss. *fi. in cap de in integ. restit. lib. 6.* & tex. *ibi.* Aff. *dec. decis. 390.* sed non restituitur ad lucrum odiosum, proveniens ex dispositione legali, Traquel. *de utreque retract. §. 35. glos. 2. num. 10.* & quod dictum est de Ecclesia, intelligitur de locis piis etiam, Abb. *in cap. nulli, num. 4. de reb. Eccles* vide *in ver. restitutionem*, Dyn. *in cap. delictum, & ibi Addit, litera B. & in cap. locupletari, de reg. jur. l. 6.* ubi habetur æquiparari ista quatuor, Ecclesiam, pupillum, civitatem, & universitatem: potest etiam opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ post biennium; Addit. ad Dyn. *loc. cit. in litera H.* sed an elapso quadriennio, si non potest restitui, saltem possit excipere, negativè respondet Cap. Tolos. *q. 238.* quamvis Addit. ibi dicat, quod etiam restituitur, quod mihi videtur tutius, quia favorabilius, *cap. odia de reg. jur. l. 6.*

Nonò, quibus modis polluatur Ecclesia, adeò quòd requiratur vel reconciliatio, vel consecratio, vide *in ver. pollutio Ecclesiæ*, & Abb. *in cap. suarum, de privileg. num. 2.*

Decimò, vacante Ecclesia cathedrali, quid agendum sit à Capitulo, & Clero illius civitatis, vel diœcesis ad impetrandum à Deo Opt. Max. bonum pastorem, vide Con. Trid. *sess. 24. c. 1. de ref.*

Undecimò, Ecclesiam an possit Episcopus concedere Regularibus, vel laicis, vide quæ dicam *in ver. Episcopus.*

Duodecimo, Ecclesia habet immunitatem circumcirca per quadraginta passus, gloss. & text. *c. sicut antiquitus, 16. quæst. 4.* Felin. *in c. cùm pro causis de sent. excommun.* quod tamen non esse moribus receptum ait Covar. *lib. 2. cap. 20. n. 5. variar. resolut.*

Decimotertiò, ad Ecclesias ædifican-

das,

das, quam circunstantiam requirere debeat Episcopus, vide Selvam *loc. cit.*

Decimoquartò, Ecclesia dum cedit, seu donat bona, quæ eo ipso, quod cedit, acquirit, non requiratur in hoc assensus Apostolicus, in ipsa donatione, & cessatione, vide Vinc. de Franch. *decis.* 14. *num.* 9. 16. 19.

Decimoquintò, Ecclesia ratione feudi quod habet, habetur loco laici. Afflict. *decis.* 361. *num* 11.

Decimosextò, Ecclesiæ quando legatur, utitur legibus civilibus in materia evictionis, vide Abb. *in c. fin. num.* 4. *de empt. & vendit.* & quando habeat jurisdictionem in laicos, vide eundem *in c. sicut, & infra, n.* 1. *de jurejur.*

Decimoseptimo, Ecclesia rem in feudum sibi datam non potest alienare, nisi infeudando, Iser. *in c. qual. vasal. jur. deb. fidel. nu.* 5.

Decimooctavo, Ecclesia non debet consecrari sine reliquiis Sanctorum, ita *in Synodo generali, actione* 7 *can.* 7.

Decimonono, Ecclesia tunc dicitur ad aliquem spectare pleno jure, quando in ea Episcopus nullum jus Episcopale exercet, & ideo præsentatio, institutio, & destitutio pertinet ad eum qui eam habet pleno jure, Abb. & Innoc. *in c. cùm inter, numero* 2. tunc pleno jure quis habet Ecclesiam, quando omnia Episcopalia habet, *ibi. de sent. & rejudic.*

Vigesimò, an Ecclesia unita perdat privilegia, & statuta; quid de Ecclesia translata? Vide Rebuff. *de translat. Epis. nu.* 11. nisi privilegia, gratiæ, & statuta concedantur etiam cum translatione, prout dicam *in verb. indulgentia*, §. 8.

EXEMPTIO.

PRimo, optimè providit more suo sacr. Conc. Trid. *sess.* 24. *ca.* 11. *de reform.* circa exemptos, qui magnæ solent esse locorum Ordinariis perturbationi, prout *cap. cum persona, de privil. li.* 6. & statuit primo, ut Protonotarii, quàm Comites Palatini, vel aliis titulis honorariis, subjacerent locorum Ordinariorum jurisdictioni, tanquam Sedis Apostolicæ delegatorum.

Secundo, quoad Capellanos regios, dicit observari *capit. cum capella, de privileg.* ubi habetur, quod dum actu serviunt, sunt exempti à jurisdictione prædicta: tamen ratione beneficiorum, quæ obtinent extra dictam capellam, coercioni & jurisdictioni memoratæ subsint. Innocent. *in d. cap. cum capella, nu.* 2. *& in c. recepimus, n.* 1. *eod. tit.* facit quod officiales regii gaudent privilegio exemptionis, dum assistunt servitiis regiis, ita Afflict. *in constit. magnæ Curiæ, notab.* 4. *numer.* 4.

Tertio, servientes Ecclesiis, militiis, seu domibus quarumcunque militiarum, gaudere etiam vult exemptione prædicta, modò habeant has circunstantias. Primam, ut actu serviant. Secundam, ut intra earum sepia ac domos resideant. Tertiam, ut sub earum obedientia vivant. Quartam, ut professionē earum militiarum faciant, de quibus constare debeat Ordinario, *c. porrò de privileg.* gl. *in cap. cum capella, in vers. in quan-*

tum, hoc idem confirmatur à Greg. XIII. *Bulla* 68. *fol.* 1295. idem censuit sac. Congreg. *declarat.* 169. & ita fuit obtentum in facto Romæ, & Neap. in causa presbyterorum servientium cuidam parochiali S. Joannis Hierosolymitani terræ Pulcini, Comzanæ diœcesis, qui prætendebant exemptionem à jurisdictione Archiepiscopi, dum ibi essem Vicarius, & tulerunt sententiam contra se.

Quartò, quoad familiares Cardinalium, vel residentium in Romana Curia, vult, ut ratione beneficiorum, quæ obtinent in aliqua diœcesi, subjaceant jurisdictioni illius Ordinarii, imò exempti omnes, quoad ea quæ pertinent ad beneficia, quæ possident, sunt subjecti Episcopis, & ratione illorum eisdem subjacent. Navar. *consil.* 9. *de jurejur.*

Quintò, quoad subcollectores, modò pro concordantia spoliorum facta cum sanctissimo Papa Sixto, sublati sunt, nec gaudere vult summus Pontif. eos exemptione, prout multoties scriptum fuit à Reverendissimo majori Thesaurario, de mente Domini Papæ Reverendissimo Domino Nuncio Neapolitano, ut ipse vidi, & audivi, vide Boer. *decis.* 17. ubi habes, quinam dicantur Capellani Papæ, Regis, & Reginæ, ad hoc, ut gaudeant vel exemptione, vel perceptione fructuum in absentia. Præterea Ordinarius potest punire delegatum Principis, delinquentem in suo territorio, Boer. *decis.* 9. *numero* 5. & judex minor potest punire officialem Judicis majoris, dum tamen ei hoc notum faciat; idem *ibi*, *numero* 6. vide Caputaquens. *decisio.* 139. *p.* 2. *nu.* 5.

Sextò, Ecclesia exempta non potest renunciare suo privilegio libertatis, Abb. *in c. cum tempore, num.* 2. & 7. *de arbitr.*

Septimò, quot modis exempti sint subditi locorum Ordinariis, vide Abb. *in Clem. unic. num.* 5. *de foro comp.* licèt remissivè, & Innoc. *in c. cùm capella, nu.* 2. *de privileg.* dat regulam universalem, quòd persona exempta, ratione rei non exemptæ, subjacet jurisdictioni Ordinariorum, & citat postrò *c. quoniam ad hoc, de privileg.* & Leo X. *Bulla* 8. quæ incipit, *Regimini.*

Octavò, an in loco exempto possit Episcopus exercere jurisdictionem, etiamsi sit intra suam diœcesim, videtur quod non, prout *in cap. cùm Episcopus*, & ibi Glos. *in ver. non exempto*, & Gemin. *ver. sed quid si Episcopus de offi. ordin. lib.* 6. secus si Episcopus haberet jurisdictionem in personam exemptam existentem in dicto loco exempto, puta, in causa hæresis, & aliis, prout dictum est *in ver. excommunicatio, de causa materiali, dubio quarto*, licèt hoc nec placeat Joan. Andr. ut ibi innuit Gem. nam, oportet, ut convertant duo, nempe jurisdictio in personam, & in locum, alias non posset.

EPISCOPUS.

PRIMO, vide multa *in ver. Vicarius*, hic verò tantummodo magis practicabilia attingam, & primò, Episcopus potest appellare, sine mandato speciali pro

si pro sua civitate, & subditis suis, Guid. Pap. *q.* 203.

Secundò, si committit causam alicui, potest ab illa appellari, vel ad Metropolitanum, vel ad ipsum Episcopum, Ioan. Andr. & Io. Monach. *in c. Romana, de appellat. lib. 6.* Guid. Pap. *q.* 335. *nu.* 42.

Tertiò potest dispensare super juramento, idem *quæst.* 140. & vide *in vers. juramenti absolutio.*

Quartò, quando possit, vel non, infeudare rem Ecclesiæ, vide eund. *q.* 154.

Quintò, potest esse judex in causa propriæ suæ Ecclesiæ, sed potest recusari, ut suspectus, Capy. *dec.* 137. *à num.* 1. & quid sit tunc agendum, ad quem recurrendum, vide *in vers. Archiepiscopus*, §. 1. *& in vers. appellatio*, §. 15.

Sextò, ab Episcopo appellatur ad Archiepiscopum, etiam in causis temporalibus, glos. *in capit. 2. in ver. infra de timum quartum. de delict puer.* Capyc. *loc. cit. nu.* 12. etiamsi Episcopus haberet Regalia à domino, seu à Principe sæculari. idem *ibidem*; nisi aliter habeatur in privilegio, seu consuetudine, secus in causa feudali, quia tunc appellatur ab Episcopo ad dominum, à quo ipse Episcopus habet feudum, gl. *in cap. Romana*, §. *debeat, in ver. jurisdictio, de appellat. lib.* 6. Capyc. *loco citato*, Covar. *pract. quæstio. cap. 4. nu. 2. ver. hinc factum est, c. ex transmissa, de foro compet.* tamen hoc fallit, quando super feudo ageretur criminaliter, Foller. *in addit. ad Marant. 4. par. distin. 11. nu. 75.*

Septimò, Episcopus, idemque Canonicus in aliqua Ecclesia, debet sedere ut Canonicus, non ut Episcopus, glos. *in cap. à collatione, in vers. Prælatus, de appellat. lib. 6.* Capyc. *decis. 27. num. 26.* Vinc. Franc. *decis. 138. nu. 5.* secus si esset Canonicus & Episcopus simul in sua Ecclesia, quia tunc in primo loco; vel quando aliter non se habeat privilegium, vel conventio, ut in Episcopo Mellitensi, Caputaquens. *decis. 307. part. 1.*

Octavò, Episcopus factus ex Regularibus, non habilitatur propter hoc ad habendum proprium, & ad disponendum ad libitum de proprietate, idem Capyc. *dec.* 200. D. Thom. 2. 2. *q.* 88. *art.* 2. *ad* 4. *& q.* 185. *ar. ult. in corp.* licèt Soto *li. ult. q. ult. ar. ult. de just. & jure*, aliter sentiat, & fortè non longè à recto tramite.

Nonò, Episcopus in sua diœcesi debet honorari ab Archiepiscopo, dum est in diœcesi illius Episcopi, & Cardinalis debet eandem reverentiam Episcopo in sua diœcesi, idem *decis. 27. num. 24. & 25.* Ratio est, quia Episcopalis dignitas multùm est commendanda, Abb. *in Cle. si quis suadente nu. 26. de pœnit.*

Decimò, Episcopus, qui in jurisdictione erga suos subditos exercenda debet habere consilium sui Capituli, potest consuetudine, vel præscriptione sibi quærere, ut dictum consilium minimè requirere teneatur, *c. non est, de consuetudine. lib.* 6. Capyc. *decis.* 134. *nu.* 3. facit pro *c. 6. sess.* 25. Conc. Trid. ubi disponitur in quibusdam, Episcopum debere adhibere consilium Capituli, sed vide *in ver. Capitulum*, §. 8. & hoc etiam ampliatur, si illud consilium adhibere debeat in instituendis, vel conferendis beneficiis, Selva *tract. de benef. 2. p. q. 22. n. 13. & 14.* & ita communiter hodie servatur in praxi.

Vndecimò, Episcopi familiares gaudent privilegio fori competenti domino Episcopo, Capyc. *decis.* 12. & Episcopus potest cognoscere de delictis suorum officialium, etiam civilibus. Anchar. *in ca. Romana*, §. *contrahentes*, *de foro comp. lib.* 6.

Duodecimo, Episcopi non debent deservire laicis principibus, nec Regulis, nec Baronibus, nec ministris Regum, sed locum, & gradum convenientem suæ dignitati tam in Ecclesia, quàm foris sibi retinere, Conc. Trid. *sess.* 25. *capit.* 17. *de refor.* & tam in Ecclesia, quàm in Choro, & processionibus, & omnibus actis publicis prima sedes debetur Episcopo, Conc. *loc. cit. cap.* 6. §. *Episcopus, de refor.* & *in* 8. *Synodo Constantinopol. actio.* 10. *Can.* 14. fallit tamen, quando sedet ut Consiliarius Regis, quia tunc non præcedit alios Consiliarios, Vincen. Fran. *dec.* 138. *n.* 5.

Decimotertio, Episcopi quàm sit magna auctoritas, & quæ possit, vide per extensum Syl. *loc. cit.* 4. *p. q.* 7. *à n.* 8. & *infrà*, an possit dispensare in juramentis, jejuniis, homicidiis, incestu, esu carnium, & aliis (exceptis quibusdam) cùm passim dicatur, non posse Episcopum dispensare supra jus positivum, cùm ipse subsit illi? vide Sot. *lib.* 1. *q.* 7. *a.* 3. *de just.* & *jur.* glos. & alios, *in c. si clerici*, §. *de adult. de jud.* ubi habetur quod sic, nisi fiat reservatio conditori.

Decimoquarto, Episcopus æquiparatur Duci, Comiti, vel Baroni, Bartol. *in l.* 5. *in principio* & ibi Alex. *ff. de ver. oblig.* Maran. 4. *p. dist.* 5. *num.* 13. & assimilatur illustrib. & spectabilibus, & habet pulcherrima & suprema nomina, Ancha. *in c.* & *si sententia*, *n.* 4. *de re jud. li.* 6. & ideo delegati ab Episcopo non possunt subdelegare, ob rationem, quam affert Iason *in l. à judice*, *n.* 17. *de jud.*

Decimoquinto, Episcopi usque ad Clement. V. & Joann. XXII. erant in dignitatte supra Cardinales, Gom. *in q. de Episcop. dignit.* Domin. *in reg. Cancel. colum.* 1. Abb. *in c. cum Apostolus*, *num.* 1. & 2. *de censib.* Felin. *in cap. super his*, *col. fin. ver. ult. dicit hic*, *de fide instrum.* tamen hodie digniores sunt Cardinales ipsis Episcopis, ob rationem assignatam à Staph. *fol.* 247. *nu.* 17. Vide Gemin. *in proœm. lib.* 6. *decret.* §. *sanè*, *notab.* 5. & *in cap. cum aliquibus*, *vers. quod operatur*, *de rescrip. eod. lib.* ubi etiam dicit, quod usque ad Bonifacium VIII. Episcopi non fiebant Cardinales, ad hoc ne viderentur descendere à majori ad minorem gradū.

Decimosexto, Episcopo dato suspecto, lex dat sibi adjunctum Episcopum, vel recurrendum esset ad superiorem, Capyc. *dec.* 187. *n.* 3.

Decimoseptimo, Episcopus an possit de novo facere Collegium? Selva *loc. cit.* 2. *p. q.* 22. *num.* 16. per *c. quoniam*, *de vita* & *honest. cler.* dicit quod sic; vide superiùs *in ver. Collegium*, ubi Rebuff. dicit quod non, sed ego censeo cum Selva.

Decimooctavo, Episcopus an possit concedere Ecclesiam laicis, vel regularibus, vide Panor. *in c. de monachis*, *num.* 7. & 15. *de præbend.* & *in cap. cùm olim*, *il* 2. *num.* 4. *de privileg.* & *in capitul. pastoralis*, *numero sexto*, *eodem titulo*, & *ibi gloss. in ver. de proventibus*, gloss. *In cap. vobis*, *in ver. in capella*, *de jure patron.* & *in*

in capit. 2. numero 2. versi. circa tertium, ne cler. vel monach. &c. vide Joan. And. *in cap. ex ratione, de ætat. & qualit.* Innocent. *in cap. secundo de judic.* ubi habetur quod sic, & hoc stante aliqua necessitate, vide *capit. ad audientiam, de Eccles. ædifi. capit. ad nostram de rebus Ecclesiæ non alienan. capit. pastoralis. de donat.* Selvam *loco cit. quarta parte, quæstio. septima, numero vigesimo septimo, versicul. 135. numero trigesimo octavo versi. 100.* Hostien. *in summa tit. de offi. ordin. § sunt autem quædam*, & Episcopus potest sibi retinere pensionem, quando confert Ecclesiam, dummodò non augeatur antiquus census: vel potest sibi retinere moderatum censum in signum dominii. Hostiens. *loco citato, & in tit. de transactio. §. & in quibus, numero quarto*, & in signum devotionis & memoriæ beneficiorum, Innocent. *in cap. constitutus. numero primo, de relig. domib.* & hoc ampliatur, quod Episcopus potest conferre Ecclesiam nondum vacantem, loco, sed non personæ, Abb. *in cap. consulvit de donatio.* Bald. *in margar.* Innoc. *in ver. Ecclesia. quæst. quinta.* hoc tamen limita, quod non possit ita donare, seu concedere Ecclesiam, quod in totum jus Episcopale dimittat, quia tunc illa Ecclesia esse acephala, Innocent. *loco citato, numero secundo.* Sed si Episcopus concederet Ecclesiam, eximendo eam à se in totum, valet si confitmatur à Papa, secus verò non. Abb. *in cap. Pastoralis, de his quæ fiunt à prælat.* &c. Feder. *consi.* 4. Felin. *in c. cùm laicus, de rebus Eccl. non alien.*

Decimononò, Episcopus habet eadem privilegia circa officium inquisitionis, quæ habet Inquisitor delegatus, & maximè absentibus istis Inquisitoribus, & ubi non adsunt Inquisitores, Pen. *Schol. 114. in 3. p. Direct. Inquisi in fi.*

Vigesimò, Episcopus est judex ordinarius in causa fidei, sed dubia circa fidem sine Ecclesiæ Romanæ licentia diffinire non potest, Direct. Inquisit. *2. p. per c. ad absolvendam, num. 3. de hæret.* Pen. *ibi, consi. 8. c. quoties, 24. q. 1. c. majores, de Baptis. c super quibusdam, de ver. sig.* sed potest hæresim jam condemnatam condemnare.

Vigesimoprimò, Episcopo delegato in causa Religionis mortuo, non succedit Capitulum, vel successor Episcopus, Direct. Inquisit. *secunda parte, ver. capitulum ad abolendam. n. 22.*

Vigesimosecundò, Episcopus propriis impensis tenetur animadvertere in hæreticos, Direct. Inquisit. *2. par. Extravag. Bened. §. verum.*

Vigesimotertiò, Episcopo aliquando interdicitur jurisdictio; Innoc. *in c. licèt Heli, de simon.* Canonistæ *in capitulo venerabilis, de offic. deleg.* Vinc. Fran. *decis. octava, numero ultim.*

Vigesimoquartò, an Episcopus posset emere bona Ecclesiæ à suo capitulo, nomine tamen Ecclesiæ, sine consensu superioris? Respondetur affirmativè, Novel. *de jur. protim. §. 2. num. 142.*

Vigesimoquintò, Episcopus non potest disponere de futuris, in præjudicium successorum, nisi durante vita sua, Afflict. *decis. 101.* Vinc. de Franch. *decis. 165. num. 7.* & sic decisum fuit in facto bis.

Vige-

Vigesimosextò, Episcopum si quis injuriosè, vel temerè percusserit, seu ceperit, aut bannierit, est ipso jure privatus beneficio *Clem.* 1. *de pœn.* Rebuff. *pract. benef. titul. de modis amit. benef. numero* 39. & 40.

Vigesimoseptimò, Episcopum sua civitas occidens, privatur ne deinceps habeat talem dignitatem, *capitulo, ita nos*, 25. *quæst. secunda*, Rebuff. *in titulo de different. in titulo privil. reser. & mand. num. trigesimoquarto*, Covarr. *lib.* 2. *capit.* 8. *in fin. var. resol.*

Vigesimooctavò, *E*piscopus potest dispensare cum illegitimo ad minores ordines, & ad unum beneficium simplex, *cap.* 1. & 2. *fil. presbyt. lib.* 6. Navar. *c.* 27. *num.* 201. Vide Gem. *in d. c. vers. nemo, ad secunda.*

Vigesimononò, *E*piscopo competit malè ablatorum dispensatio, Abb. *in Clement. religiosi, numero vigesimoquarto, de privil.* sed Nav. *cons.* 18. *n.* 7. & 14. *de pœn. & remiss.* dicit, id non competere *E*piscopo de jure, quia id possunt facere partes per semetipsas, & per confessarios: tamen hoc potest intelligi de consuetudine generali, vel speciali, & sic vidi omnes *E*piscopos vel sibi reservare in summa notabili, putà supra decem aureos.

Trigesimò, *E*piscopatus licet alter altero sit pinguior, tamen omnes sunt paris dignitatis, Abb. *in c. si. num.* 16. *de transl. Episcop.*

Trigesimoprimò, *E*piscopus potest dispensare cum excommunicato accipienti vel acceptanti beneficium, si collatio illius beneficii ad ipsum *E*piscopum pertinebat; secus non, nisi is qui dispensationi consentiat, Covar. *in cap. alma mater, prima par.* §. 7. *num.* 8.

Trigesimosecundò, Episcopus tenetur ex facto sui Vicarii, & imputet sibi, si malum Vicarium elegit, Hostiens. *in c. ad hæc. de offi. Archid.* Bald. *in marg.* Inno. *in vers. Episcopus*, hoc intelligitur, nisi postquam sciverit, purgaverit eum, *addit. ad quæst.* 37. *Cap. Tolos.* & Rot. *dec.* 272. & Nav. *cons.* 3. *n.* 62. *de statu monach.* & non solùm de facto Vicarii, sed omnium suorum Officialium. Rebuff. *in for. Vic. Archiepiscopi, & aliorum. num.* 188. & quando dicitur, quòd Episcopus tenetur ex facto sui Vicarii, seu officialis, intelligitur de omni potestate, quæ tenetur de malè gestis per suos officiales, sed in rebus concernentibus officium, non autem extra eorum officium; & ita Roma. *in cons.* 338. quod incipit: *In casu propositæ consultationis*, quod communitas non tenetur de delicto officialis, à se electi, quando delinquit extra materiam sui officii. Vid Iason. *in l. age*, cum Geminiano, *n.* 3. *ver. & dicit Angelus, de transact.* & quomodo possit Episcopus, vel potest castigare suos officiales delinquentes extra officialem, tanquam familiares, dixi *in ver. Episcopus, suprà*, §. 2. & *in secunda p. eodem versiculo*, §. 24.

Trigesimotertiò, Episcopi creati ex aliqua Religione, non mutant habitum. Conc. Gene. 8. *Can.* 27. *actio.* 10. nec utatur lineis, i. Rocheto, etiamsi fuerit Monachus, Navar. *in capitulo statuimus, num.* 28. *versiculo* 2. 19. *q.* 3. *capitulo clerici, il* 2. *de vita & hon. cleric.*

Trigesimoquarto, Episcopus est judex legiti-

legitimus, quando causa est suæ Ecclesiæ vel Episcopatus, secus; quando causa personalis, Rodoa, *tract. de reb. Eccl. non alien. quæst. 78. cap. 8. numero 5. & infrà*, quòd Episcopus sit judex in causa Ecclesiæ suæ, vide *c. si quis erga, cum gloss. ult. 2. quæst. 7.* Navar. *consil. 20. de rescript. & consil. 28. de sentent. excommunicat. in ult. & cap. quia prædia. 12. quæst. 3. cum sit. de foro com. cap. dilecto, de sent. excommunicat. libr. 6.* Cap. *decis. 124. num. 11.*

Trigesimoquintò, an Episcop' celebrans privatè in diœcesi aliena, possit uti benedictione *Episcopali*, cum verbis, Sit nomen Domini benedictum, &c. Respondetur, posse, cùm ista sint potius ordinis, quàm jurisdictionis (ut more Canonistarum loquar) & sic fuit conclusum Neapoli, in quodam colloquio habito circa hoc in facto coram quibusdam reverendissimis Prælatis, me præsente. *Et* ratio potest esse, quia si conceditur *Episcopo* celebrare in aliena diœcesi à jure, pro ut patet juribus vulgatis, absque licentia Ordinarij, concedi etiam debet benedictio *Episcopalis*, tanquam accessorium, & consequens illam celebrationem, per *cap. cui licet, & ibi gloss. in princ. de reg. jur. l. quam videas.* Gem. *in cap. avaritiæ, de elect. lib. 6. vers. quid de elect.* ubi dicit, quòd benedictio est duplex, quædam solemnis, quædam privata: privata est, quæ fit in Missa privata, quæ etiam competit Sacerdoti; solennis est, quæ fit cum solennitate.

Trigesimo sextò, an *Episcopus* teneatur quotidiè celebrare Missam, vel eam audire? Responderur quoad primum, quòd diebus Dominicis, & festis solennibus, & tam frequenter, quòd suo muneri satisfaciat. Ratio est, quia *Episcopus* etiam habet curam animarum, cùm sit parochus totius suæ diœcesis, ut patet vulgatis, & *in ver. 10. §. 10. argumento* fac. Concil. Trid. *sess. 13. 14. de reform.* licèt non sub reatu peccati mortalis, cùm non repetiatur sub præcepto, nisi ratione obligationis, contemptus, vel scandali, Nav. *cap. 6. numero 19. & Matth. cap. 18. Luc. cap. 17. Mar. c. 4. 9. Va homini illi, per quem scandalum venit.* Quoad secundum, respondetur, quod non', ita Nav. *cap. 22. numero 2. & de hor. Canon. cap. 3. numero 29.* Nec obstant, *cap. fi. de priv. lib. 6. & cap. solet, de consec. d. 1.* quia intelliguntur de congruentia, de consilio, & bene esse, ita gloss. *in Clem. 1. in ver. Canonicas, de celebr. Miss.*

Trigesimoseptimò, *Episcopus* duorum *Episcopatuum* unitorum, degens in altero, potest expedire negotia alterius *Episcopatus*, Inno. *in cap. novit, de offic. leg.* Rebuff. *in tit. de unio. nume. 16.* Ratio est, quia in suo territorio potest exercere suam jurisdictionem, *cap. ut animarum de constit. libr. 6.* Nav. *cons. 2. de off. induc. ord.* Cætera vide in additionibus majoribus

EXEQUUTOR APOSTOLICUS

SUMMARIUM.

1. *An debeat procedere citata parte.*
2. *An possit cogere impetrantem ad probandum valorem beneficii, licet illum expresserit in Cancellaria Apostolica, juxta formam regulæ, de exprimendo valorem beneficii*

3 *An possit procedere absque ordine judiciario, & possit recusari, & abeo factis appellari.*

AD primum, distinguendum est. Primò de executoribus, prout Gom. *in tract. de expect. & tract. de bre.* Gem. *in cap. statutum. § in nullo, ver. quæro ulterius. de rescript. lib. 6. & in cap. tibi qui, notab. 2.* quando habet potestatem compellendi, conferendi, inhibendi, & exequutor datus à Papa, dicitur habere delegatam auctoritatem, text & Gemin. *tibi, notab. 6. & vers sed an iste, de offic. deleg. l. 6.* per glossam *in dict. cap. tibi qui.* Secundò, videto Guid. Pap. *quæst. 70.* quia inspicienda est commissio, & Gom. *de brevi, numero 14. & de provid. num. 129. & 142. & 136. & 137. & in reg. de trien. poss. quæst. 27. col. 3. ver. sic etiam. & cap. ex parte, tit. 1. de rescript. cap. pastoralis de privile. & in reg. de ann. q. 44. col. 3. § accedit, gl. & in Clem. unica, in ver. repererint de offi. deleg.* gloss. *in Clem. inquisitione de concess. præb.* Gom. *in cap. statutum, numero 77.* Ioann. de Selva *tract. de benef 2. p. q. 15. nu. 4.* decis. Rot. 6. *de offic. deleg. in noviss. nu. 2. & decis. 3. de rescript. in noviss.* ubi habetur, an & quando debeat procedere citata parte, & vocatis vocandis, *cap. exhibita, de judic.* Fallit quando vellet examinare aliquem, si est idoneus, quia tunc non est citanda pars, Anan. *in cap. licet, numer 14. de transf.* vide Abb. *in dict. Clem. de offic. deleg. per totum*, sed *num. 15.* melius, & quando dicitur vocatis vocandis, vel sine præjudicio, tunc requiritur causæ cognitio, Fel. *c. de catero, col. 3. de rejudic.* Caputaq. *dec. 284. p. 2.*

Ad secundum, Respondetur affirmativè etiamsi non opponatur ab aliquo adversante sibi. Primò, quia hoc facere debet exequutor ex officio suo, verùm sit verum quod expresserit, Boer. *decis. 161. numero 17.* Secundò, quia judex, seu exequutor tenetur se informare de omnibus expressis in litteris Apostolicis, ut patet, quia ibi solum narrat, exprimit, & exponit impetrans propter observantiam regularum Cancellariæ, & rituum Curiæ; in partib⁹ verò debet probare narrata coram judice delegato. *c. 2. & c. super litteris, de rescript.* Nec obstat dec. Rot. 8. *de præb. in noviss.* quia posset dici, quòd loquitur quando nullum esset præjudicium, & non opponeretur: sed semper potest opponi, licèt non à parte adversa, tamen ab ipsomet executore, vel ejus fiscali. Præterea quia sic prædicatur in dispensationibus matrimonialibus, quibus exprimuntur gradus in urbe, quia probantur in partibus, facit gloss. *in cap. significavit, ver. aliquam de appellat.* Addit. ad decis. Rotæ. 7. *de rescript. in noviss. & decis. 44. eod. tit.* facit Concil. Trident. *sess. 22. cap. 5. & 6. de refor.* ubi vult quòd Episcopus videat omnia rescripta impetrata à sede Apostolica, an habeant vitium surreptionis, vel obreptionis, facit Clem. *Abusionibus, de pœn. & remiss.* & vide multa *ver. rescriptum* Sed an falsa expressio valoris beneficii vitiet litteras impetratas, vide Covar. *lib. 1. num. 7. var. resol.* adde, quod dispensatio est stricti juris, & ideo in ea exequenda judex cautè procedere debet. Abb. *in c. dilect. filius, num. 1. de Præb.* Fel. *in cap. mandato desimon.* Caputaq. *dec. 8. nu. 6. & decis. 27. num. 2.* ubi dicit quòd gratia est nulla, ob non expressionem veri valoris,

& decis.

& *decis.* 128. *per totam.* Facit etiam quòd dispensatio commissoria exequuta, sinè inquisitione prævia, non valet, & mandatum de dispensando redditur conditionale ex clausulis, videlicet consideratis diligenter circumstantiis, Felin. *in cap. super de rescript.* Caputaq. *decis.* 273. *p.* 1. & ille, qui vult probare valorem expressum, tenetur facere plenam probationem, dum agatur de probatione fraudis, idem *decis.* 381. *par.* 1. & fama publica excusat malam valoris expressionem, quia valor est difficilis probationis, idem *decis.* 49. *p.* 3.

Ad tertium, vide Bal. *in marg.* Inn. *in verb. exequutor*, & Innoc. *in cap. proposuit, num.* 5. *de conces. præbend.*

EPISTOLA.

EPistola non debet cantari, nisi per subdiaconum, etiam in necessitate, Abb. *in cap. ut quisque, numero* 3. *de vita, & honest. cler.* & vide Sylvest. *in ver. irregularitas.* §. & Navar. *cap.* 27. *notab.* 7. & Ant. 3. *par. tit.* 28. *cap.* 1. §. 3. & non ordinatus ordine sacro cantans Epistolam, vel Evangelium solenni apparatu, quas pœnas incurrat, vide Abb. *in cap.* 1. *de cler. non ord. ministr.* sed quid in necessitate, vide eundem *in cap. ut quisque, num.* 3. *de vita, & hon. cler.*

EXPOSITI.

EXpositi an sint filii hospitalis, & an hospitalia succedant ipsis decedentibus ab intestato absque filiis, & quo jure, vide Vinc. de Franch. *decis.* 198.

EREMITA.

PRimò, *Eremita*, , licèt non sit sacerdos, vel initiatus, vel in sacris, tamen si est sub obedientia alicujus superioris, vel Episcopi, gaudet privilegio clericali, gl. *in cap. qui verè, in ver. verò* & ibi Archid. 26. *quæst.* 1. & Sylvest. *in ver. Eremita. num.* 2. §. 1. *& in ver Ecclesia,* 1. §. 5. Nav. *cap.* 27. *numero* 79. *notab.* 8. & Abb. *in cap. ex parte, numero* 10. *de conver. conjugat.* & Addit. Zachar. *ibi littera A*, tamen vide Addit. ad Cap. Tolos. *quæst.* 8. ubi multa dicit, an Eremita & rectores hospitalium conveniantur coram judice ecclesiastico, vel laico.

Secundò, *Eremitæ* qui simul vivunt, etiam in regula non approbata, subsunt *Episcopo*, Gemin. *in cap indemnitatibus,* §. *supradicta. notab.* 1.

EXEQUUTOR TESTAMENTORUM.

PRimò, potest esse mulier, & religiosa, vide Abb. *in cap. vos quidem, de testament.* Bal. *in marg.* Inno. *in ver. mulier*, & exequutio cujuslibet voluntatis pertinet ad Episcopum, Abb. *in repet. cap. cùm esset, num.* 23. *de testam.*

Secundò, an possit vendere de bonis defuncti, pro satisfactione legatorum, vide Anchar. *in cap. Religiosus, num.* 10. *de testam. lib.* 6. Covar. *in cap.* 3. *num.* 8. *& in c. tua, num.* 4. *de testam.* gl. *in cap.* 2. *in ver. religiosus, de testam. lib.* 6.

EMPHYTEUTA.

PRimò, emphyteuta *Ecclesiæ* non potest meliramenta, quæ facit in

re, vendere, nisi servatâ formâ, de qua *in cap. potuit*, & ibi Abb. *de loc. & conduct.* ubi numerat septem Oldradus *consil.* 34.

Secundò, quando excusat à caducitate, pendente lite, non solvens, vel si solvit obj aliquam prætensionem damni, vel uramen-tum cessationis unius termini, & quod requiratur declaratio judicis, vide Caputaqu. *decis.* 298. *pag.* 1. *cum trib. sequentib.* & concessa emphytensi patri, censetur concessa filiis, idem *dec.* 302.

Tertiò, emphyteuta potest compelli reficere rem emphyteuticariam per judicem Ecclesiast. Cap. Tolos. *quæst.* 353. & quando non solùm ob cessationem Can. non soluti, sed etiam ob deteriorationem possit expelli, vide Addit. *ibi.* ubi tria requirit copulativè, & an possit cogi, ut benè excolat, & gubernet rem emphyteuticariam, vide Addit, vel *ibi.*

Quartò, an possit imponere servitutem rei emphyteuticariæ absque consensu domini, respondetur quòd sic, Cap. Tolos. *quæst.* 461. vide *in verb. limites, seu termini*, sic, Cap. Tolos. *q.* 461.

EXTREMA UNCTIO.

SVMMARIVM.

1. *Materia.*
2. *Minister.*
3. *Quibus personis conferenda.*
4. *Quibus partibus corporis applicanda.*

PRimò, materia debet esse oleum olivarum, & an oleum benedictum ab Episcopo sit necesse, vide Sum. Sacr. *q.* 217. ubi recitat duas opiniones, tamen quicquid sit, valeret Sacramentum, si quis intingeret oleo simplici, ita Caiet. & multi recentiores. Soto. 4. *sent. dist.* 25. *q.* 1. *ar.* 3. Syl. *ver. Extrema unctio, numero* 1. Conc. Trid. *sess.* 14. *cap.* 1. *de extrema unctione.*

Secundò, minister est solus sacerdos, sed non regularis, quando vellet præsumere hoc administrare alicui parochiano, sine licentia parochi, quia esset excommunicatus Papali excommunicatione, *Clem.* 1. *de privileg.* Navar. *cap.* 2. *num.* 52. & *cap.* 27. *numero* 102. etiam si in articulo mortis, vel necessitate hoc præsumeret facere, idem *ibidem*, licèt Sot. *loc. cit. d.* 23. *quæst.* 2. *artic.* 1. dicat, quòd non in necessitate verum est, quòd excusaret ignorantia, vel ratihabitio parochi. Nav. *loc. cit.* Caiet. *in sum. in ver. excommunicatio, cap.* 64. Gom. *in cap.* 2. *num.* 5. *notab.* 3. *de constit. libro* 6.

Tertiò, solùm infirmis, & senio confectis, & in eadem infirmitate potest reiterari hoc Sacramentum. Sum. Sacram. *quæst.* 224. Sylv. *loc. cit.* §. 8. Armil. *in ver. Extrema unctio, numero* 9. & Soto. *loc. cit. artic.* 3. *concl.* 3. debet etiam dari sauciatis, vel vulneratis, si hoc petant, & adsit tempus, licet non dicantur naturaliter infirmi, sed violenter, Flor. Theol. 4. *sent. tractat. de extrema unctione.* potest etiam dari condemnatis ad mortem, Gom. *super* 2. *lege Tauri, num.* 79. Clar. *quæst.* 90. *ver. sed quæro.* Sed hoc mihi non placet, quia D. Iacob. in Can. dicit, *infirmatur* quis: sed condemnatus non dicitur infirmari, sicut senes, & decrepiti.

Quarto, unctio in quinque sensibus est de essentia hujus sacramenti, ideò quòd

quòd si unus relinquatur sensus, nullum esset sacramentum, & deberet reiterari, si vacet; Sum. Sacram. *quæst.* 22. Navar. *c.* 22. *n.* 22. secus verò si relinquerentur pedes, vel lumbi in masculis; quia istæ partes non sunt de essentia hujus Sacramenti.

EVICTIO.

PRimò, evictio datur etiam in beneficialibus, vide Rebuff. *in tit. de permu. numero* 25. & *infrà*, vide Cap. *dect.* 106. Alexand. *in lege non solùm*, §. *morte*, *ff. de oper. novi nunc* Afflict. *decis.* 8.

Secundò, Ecclesia non tenetur de evictione, Abb. *in cap. si quis, numero* 13. *de reb. Eccl. non alien.*

Tertio, an Prælatus teneatur de evictione, idem *in cap. ad audientiam*, *num.* 5. *eod. tit.*

EUCHARISTIA.

SUMMARIUM.

1. *Ubi debeat conservari Eucharistia.*
2. *An lampas ardens sit necessaria in Eucharistiæ circumlatione.*
3. *Quoties debeat renovari.*
4. *Quomodo debeat custodiri.*
5. *Quomodo deferri debeat ad ægrotum.*
6. *A quibus possit administrari.*
7. *Quando currat præceptum de sumenda sacrosancta Eucharistia.*
9. *Quæ pœna presbyteri malè gubernatis sacramenta Eucharistia.*

AD primum. Vide Conc. Trident *sess.* 13. *c.* 6. & capsula sive pixis, in qua conservatur sub custodia, debet esse argentea, vel eburnea, non lignea, vel vitrea, vel lapidea, & ita per praxim est receptum ubique, non primum propter periculum vermium, non secundum, ob fractionem, non tertium, ob humiditatem, & ponderositatem.

Ad secundum. Cùm extrahitur à sacrario, sivè à custodia, debet deferri cum luminaribus, *cap. sanè de celeb. Miss.* sed non invenitur de jure communi, quòd ante custodiam (ut reperitur sanctissimum hoc Sacramentum) debeat stare lampas accensa; secus verò de communi usu recepto in Ecclesia Dei ex Concil. Provincialibus & aliis Constitutionibus, Navar. *Tractat. de hor. Canon. c.* 18. *numero* 67.

Ad tertium. Singulis octo diebus, etiam tempore interdicti, etiam in Ecclesia specialiter interdicta, per *cap. permittimus, de sentent. excommunicat.* Navar. *cap.* 27. *numero* 172. *nota b.* 8.

Ad quartum. Vide *d. cap. sancimus*, & *c. de custod. Eucharist.* & Diaz. *in pract. crim. Can. cap.* 40.

Ad quintum. Debet deferri ad infirmos modo quo *in dict. cap. sane*. & aliis bene dispositis, & ordinatis in diversis constitutionibus diversarum Cathedralium: sed quia inolevit quidam abusus, quòd si infirmus ob tussim, vel aliquod impedimentum non posset communicare, faciunt deferri sacram Eucharistiam ægroto, ut saltem eam adoret, quod non posse, nec debere fieri censuit sac. Congreg. 374. & dicam *in opusculo meo de Praxi Sacramentali.*

Ad sextum. Hoc Sacramentum potest administrari etiam à Regularibus personis communicare volentibus, excepto die Paschatis Resurrectionis, Nav. *cap*

cap.21.numero 52. cap.27. num 102. quia id eis concessit Leo X. & Nic. V. Nav. *loc.cit.* licet *Clem.1.de privileg.* id vetuerat.

Ad septimum. Præceptum de communicando in Paschate currit à die Palmarum, usque ad octavam Paschæ inclusivè, Navar. *cap.21.num.* 45 Sylvest. *in ver.Eucharistia,3.num* 17.§.15. *ver secundum*, Flor. Theol. 4.*sent. de susceptEuchar.fol.*67. Cajet.*in sum.in ver. Communio.* §.3. adeo quòd, qui communicaret intra hoc tempus, satisfaceret præcepto, *cap.omnis utriusque sexus, de pœn. & remiss.* nec incurreret pœnas, quæ passim imponuntur à prælatis contra non communicantes in Pascha.

Ad octavam. Vltra pœnas *in cap.si per negligentiam, de Consecrat. d.2. & in cap. 1. de custodia Eucharistiæ*, si minùs cautè dimiserit, & nihil nefarium inde contigerit, tribus mensibus potest suspendi; si verò aliquid admiserit nefarium, gravius arbitrio judicis potest puniri, Addit.ad Cap. Tolos.*q.*218.

FABRICA ECCLESIÆ.

PRimò, fabricæ Ecclesiæ appellatione veniunt ornamenta necessaria cultui divino, & sic relictum pro fabrica, censetur relictum pro omnibus necessariis ministerio Ecclesiæ, Covar. *in cap. ultimo n.4. de testam.* & ibi Abbas.

Secundò, ratio sumptuum fabricæ Ecclesiæ est reddenda Episcopis ordinariis, nisi aliter in institutione ipsius statutum sit, Concil. Trident. *sess.22.cap.9. de refor.* & sac. Congreg. *in meu*, 78.

Tertiò, fabrica divi Petri de Vrbe, vide *inferiùs, in ver. legatum*, §. 9. & Bul. Paul. III. 68. & quid solvendum sit pro scripturis respondetur; id quod solet solvere fiscus reverendæ Curiæ Apostolicæ: & ejus Commissarii possunt cogere quoscunque Notarios ad aperiendum, & ostendendum testamenta post annum à die obitus testatoris, Pius IV. Bul.58.

Quartò; deputati fabricæ Petri de Vrbe, habent facultatem exigendi legata facta pro sancta Maria de Laureto, si ministri dictæ Ecclesiæ in illis exigendis negligentes fuerint, Pius V. *Bul.54. quæ incipit, At Romani.*

Quintò, fabrica prædicta habet facultatem revidendi, & rescindendi alienationes bonorum Ecclesiasticorum, factas sine sedis Apostolicæ licentia, aut sine solennitatibus, sive in damnum Ecclesiarum; Pius V. Bul.98.

Sextò, fabrica Ecclesiæ tunc spectat ad Episcopum, quando pars fructuum & introituum est pinguis, & quando possit Episcopus una cum suo Capitulo statuere, quòd certa pars fructuum beneficiorum vacantium in sua diœcesi applicetur fabricæ Ecclesiæ cathedralis: vide & distingue cum Gemin. *in cap. si propter, versic. quæro an Episcopus, de rescript. lib.6.* distinguit satis bene pro Practica quotidiana, & hoc non esset auctorizate in facto suo proprio, quia non applicatur mensæ suæ, per *Clem. si una, de reb. Eccl. non alien.* facit, *c. Romana, de pœn. & remiss. lib.6.* ubi propter tenuitatem fructum Ecclesiæ, dantur indulgentiæ pro fabrica Ecclesiæ.

FA-

FAMA, SEU INFAMIA.

PRimò, quid sit; Vide Marian. Socin. *in cap. qualiter, & quando, de accusat. articul. 9.* Fel. *in cap. veniens, tl 1. de testam.* Dec. *in cap. 1. de appellat.*

Secundò fama, quando probet cum uno, vel pluribus testibus, vide *in ver. testes*, & text. & ibi scribentes, *in cap. præterea, de testib.* Foller. *in pract. crim. 6. p. n. 2. ver. item & num. 1.* & *cap. 1. de appellat. & ibi gl. in ver. fama*, & decis. Rot. *16. de præb. in noviss.* ubi ait famã solùm, nec plenam., nec semiplenam facere probationem.

Tertiò, duo testes sufficiunt ad probandum famam, modo sint omni exceptiones majores, Pen. *com. 18. num. 3. par. Direct. Inquisit*, & dicit esse communem opinionem, vide Diaz. *in pract. crim. Canon. cap. 140. de num. testium ad probandam infamiam*, Vide Caiet. *2. 2. q. 69. art. 1.* D. Ant. *3. p. tit. 9. cap. 7. §. 1.* Clar. *quæst. 6. ver. sciendum.*

Quartò, fama vehemens est sufficiens ad torturam, modò concurrant aliqui testes, prout Grammat. *decis. 34. nu. 51. 52. & infrà*, & quando sit vehemens, vel non, est arbitrium judicis, intelligit de fama probata per testes omni exceptione majores, prout *suprà*, vide de hac fama, quando adjuncta aliquibus adminiculis in probationibus difficilibus sit sufficiens ad condemnandum, Gram. *dec. 42. num. 2.*

Quintò, fama bona in inquisitum tollit unum indicium, & quòd aliàs esset sufficiens ad torturam, vide eundem *dec. 60. num. 12.* Boss. *in tit. de inquisit. nu. 24. & num. 26. & infrà*, & facit, ut inculpatus à socio criminis, elidat tale indicium, etiam in exceptuatis, Gram. *decis. 28. num. 17.*

Sextò, fama in eis, quæ excedunt metam memoriæ humanæ, satis probat, & credulitatem inducit, *l. indicia, , C. de rei vend.* Novel. *de jure protim. §. quintus, n. 63, & 96.*

Septimò, fama sufficit de morte viri, quando profectus esset in longinquum. Ant. *in cap. 1. in præsentia, de spons.* Sylv. *ver. matrimonium. 8. quæst. 13. ver. 4.* Nav. *cap. 22. num. 53.*

Octavò, fama longi temporis non probat matrimonium, nec beneficium, Bald. *in marg.* Inn. *in ver. matrimonium, non probatur.*

Nonò, infamia quænam sit, quæ sit sufficiens ad repellendum aliquem à consequutione beneficiorum, vel dignitatum, vide Dyn. *in cap. infamib. & addit. de reg. jur. l. 6.*

Decimò, fama potest probari per duos testes, gloss. recepta *l. 3. §. ejusdem ff. de testib.* & ibi Bart. *nu. 11.* sed non debent dicere, quòd ita audierunt, sed quòd à tali, vel tali persona.

Undecimò, fama quando probet Doctoratum, nobilitatem, & alias similes qualitates, & quando probet, licèt testes non dicant à quibus audierunt, & quando etiam cum uno teste non probet. vide Caputaq. *decis. 7. par. 2.*

FORUM EPISCOPALE.

PRimò, quot modis quis contrahat, vide Gl. *in c. 1. 3. q. 6. c. fide foro compet*

cap.

cap. Romana, §. contrahentes, eo tit. lib. 6. & propactica, ne quis decipiatur, vide omninò Cov. *pract. quæst. cap. 20. per totum.* ubi ad amussim examinat *d. §. contrahentes*, vide etiam *inferiùs. in ver. remissio reorum.*

Secundò, forum Episcopale debet habere Pandectam, seu tabulam, ubi taxantur omnes expensæ, & sumptus, seu sportulæ, & quicquid contingat actuariis, & imitari, quod in curia Archiepiscopali, vel Metropolitana observatur, *argumen. c. de iis, 12. dist.* etiamsi sint exempti Episcopi, *arg. cap. 2. sess. 24*, Conc. Trid. *de refor.* & vide *in versic. 30.* Et ad officium judicis spectat determinare salaria, quæ dantur exercentibus aliquod ministerium in causa, puta causidicis, *cap. statutum. §. notarius*, & ibi Gemin, *de præscript. lib. 6.*

Tertiò, animadvertant locorum Ordinarii, ne pro dimissoriis, seu testimonialibus litteris solvatur ultra pretium taxatum à sac. Conc. Trident. *sess. 21. cap. 2. de reform.* & dixi *in ver. dimissoriæ*, §. 7. & circa copiam processus, vide *in ver. appellatio 20.*

Quartò, in foro Episcopali magistri actorum, an debeant esse tabelliones Notarii necessariò? Respondetur quòd non, *cap. quoniam contra, & ibi gloss. in ver. duos, de probat.* & sic servatur de consuetudine, Mar. *6. p. act. 10. numero 23.* & *24.* secus in Curia laicali in regno, ut *ibi. num. 20.*

Quintò, in foro Episcopali debent esse servientes pro mittendis citationibus, edictis & aliis provisionibus ad loca in quibus rei morantur, qui alicubi vocantur servientes, alibi sursores, alibi jurati, sive balivi, Hostiens. *in summo titul. de offic. jud. §. quando, numero 4.*

Sextò, de pœnis trahentium personas, ecclesiasticas ad forum laicale pro causis, ad forum ecclesiasticum spectantibus, vide Mart. V. Bul. *quinta, quæ incipit, ad reprimendam*, & incidunt tales in excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini, Navar. *consil. 33. de sent. excomm.*

Septimò, pro delictis mixtis, si quem punit judex ecclesiasticus, potest etiam ille, qui delinquit à judice temporali puniri, unde judex ecclesiasticus, qui prævenit, non debet reum remittere, nec inhibere judici temporali, si vellet eum postea castigare, Navar. *consi. 1. de foro. compet.*

FASCINATIO.

PRimò, fascinationem veram esse est videre *ad Galatas cap. 3.* & ibi D. Thom. *lect. 1.*

Secundò, quomodo, cur, & quando accidat, vide Sylvest. *libr. 1. cap. 11. punct 1. de Strig.* & *libr. 2. cap. 3. punct. ult. circa ult.* & Laur. Anan. *libr. 4. fol. 205.* quæ omnia sumpsit ex Sylvest. & D. Thom. & Marsil. Ficinio, *in locis citandis*, & potest tripliciter contingere. Primò, & motu cordis, quo corpus immutatur, oculique inficiuntur. Secundò, ex vehementi malitiosaque in facinandos imaginatione. Tertiò, & quodam anuum natura ob retentam menstruam purgationem, corrupta, qua transmissos ex talium oculis vitiosos spiritus, ita aerem inficiunt, ut tenella puerorum lumina introeuntes, totum

totum corpus tabe subitanea commaculent, adeoque, ut colligitur ex D. Thom. cùm fiat tripliciter, Primò, operatione dæmonum, facientium videre rem, aliter quàm sit. Secundò, ex odio, seu malevolentia. Tertio, ex naturali sanguine menstruo. Primo & secundo modo est peccatum mortale, tertio non, nisi adsit malus animus nocendi; videto Marsil. Ficinum *in Convivio Platonis c.* 4. & ut mihi relatum fuit opusculum quoddam compositum à Reverendissimo Episcopo Puteolorum, vide Bart. Sibyllam *in Speculo pereg. quæst.* 93. *c.* 8. 3. *declarat.*

FIDEI PROFESSIO.

PRimò, ad fidei professionem qui teneantur, vide Conc. Trid. *sess.* 24. *ca.* 12. *& c.* 18. *& sess.* 25. *c.* 2. *de refor.* & ut sigillatim sciantur qui. Primo, Medici. Secundo, Concionatores. Tertio, Confessarii. Quarto, Chirurgi. Quinto, Advocati, & Procuratores in causis Religionis, Curati, Magistrat', Doctores, Beneficiati, etiam beneficiis simplicibus, Prælati, Canonici, dignitates, & personatus habentes, Concilium *locis cit.* acta Mediolanensis Ecclesiæ, *fol.* 61. *&* 90.

Secundo, provisi de monasteriis, Conventibus, Domibus, & aliis quibuscunque locis Regularibus quoruncunque Ordinum, etiam Militarium, quocunque nomine, vel titulo, tenentur ad fidei professionem, Bulla Pii IV.

Tertio, pœna Beneficiatorum non emittentium fidei professionem, est amissio fructuum & possessionis, Conc. Trid. *sess.* 24. *cap.* 12. *de reformat.* est & alia pœna in Navar. *consi.* 7. *de jurejuran. & consi.* 8.

Quarto, an ista fidei professio possit geri per procuratorem, affirmativè tenet Navar. *consi.* 11. *loc. cit.* intellige de beneficiatis, tamen sac. Congregatio aliter censuit, ut ibi innuit Apostillator.

Quinto, an elapsis duobus mensibus, possit Curatus facere fidei professionem? Respondetur quod sic, sed non recuperat fructus perceptos, nisi omisisset illam facere ob ignorantiam. Idem *consi.* 12. *loco cit.*

FALSARII.

PRimo, falsificantes literas Apostolicas incidunt in Bullam Cœnæ Domini, prout Navar. *c.* 27. *num.* 62. & Gom. *in tract. de Brevi, num.* 7. 8. *&* 9. ubi habes de quibus literis intelligatur: nam non omnes comprehenduntur.

Secundo, pœna, quam incurrunt falsificantes literas Apostolicas, habetur *in ca. ad falsariorum, de crim. fal.* & qua pœna puniantur, vide Capyc. *decis.* 30. *nu.* 6. de falsificantibus literas simplices justitiæ, habetur *cap. accedens, eo tit.* si non utatur, *in l. si falso, C. eo. & l. qui falsum ff. eo.* falsificantes literas aliorum prælatorum & eorum Vicariorum *in c. cùm olim, & ibi gloss. in ver. sigilla de offi. deleg.* & gl. *in d. c. ad falsariorum, in ver. legitimas*, & gloss. *in c. quanto in ver. absentium, de his, quæ fiunt à prælat. sine consi. Cap.* & Guid. Pap. *q.* 455. ubi pulchra dicit de falsificantibus literas de simplici justitia, & non utuntur: nam dicit non debere

molestari, Boer. *decis.* 108. *nu.* 4. 5. & 6. deponens falsum coram judice, sortitur illius forum, Afflict. *decis.* 219. & 229. ubi habes, quod licèt penitus sit falsarius in foro ecclesiastico, non tamen evadit pœnam imponendam à judice laico. Maran. 4. *p. mem.* 1. *n.* 150. *l. nullum, C, de test. lib.* Diaz. *pract. crim. Can. c.* 87. hoc fallit in clerico deponente falsum coram judice laico, quia puniri debet à judice ecclesiastico, Doctor. citati, & vide *in ver. clericus*, vide *in ver. Pragmatica*, §. 2. & Afflict. *decis.* 210. ampliatur quòd judex ecclesiasticus potest punire clericum etiam exemptum, si deposuit falsum coram se. Felin. *in c. verum, n.* 9. *de for compet.* ut patet ratione: nam si potest punire laicum taliter delinquentem, multò magis & clericum exemptum, & hoc non solùm quando quis utitur scripturis, sed etiam testibus falsis, quia incidit in pœnam falsi, & in regno extat Pragmatica, incipiens, *Testem falsum*, vide Joan. Vinc. de Annan. *in alleg.* 2. 1. *volum.* & Capyc. *decis.* 67. Utens scripturis falsis, vide Marant. 6. *par. tit.* 1. *n.* 148. Foller. *pract. Crim. fol.* 128. *n.* 7. qui facit inscribi nomina absentium, qui surripit sigillum Capituli furtivè nomine Capituli, qui aperit literas judicum, qua pœna plecti debeant, vide gloss. *in cap. quanto, in ver. absentium*, vide Boss. *tract. de falsis, n.* 110. Covar. *pract. quæst. c.* 18. *col. penul.* qui occultat instrumentum aliàs à se productum, qua pœna puniatur, & falsificantes acta causæ, vide Guid. Pap. *q.* 245. vide Afflict. *dec.* 21. *de pœnis falsificantibus diversa genera scripturarum.* Vide Afflict. *decis.* 21. *per totam.*

Tertiò, clericus perjurus privatur beneficio, si exillo perjurio factus est infamis, & institutio facta non tenet, Clarus §. *perjurium, ver. item clericus, capit. infamibus, de reg. iur. libro* 6.

Quartò, fallitas multis circumstantiis debet probari, & semper potius pro negativa, quàm affirmativa præsumi debet, & de rasura vide Caputaq. *dec.* 34. *p.* 2.

FEVDUM.

PRimò, an & quando Episcopus possit infeudare, & feudum, vel quælibet res dicatur applicata mensæ Episcopali, vide Guid. Pap. *q.* 154. & gl. *in Clem.* 1. *in ver. ad mensam, de excess. prælat.* vide Abb. *in Cle.* 1. *n.* 7. *de rescr.*

Secundò, feudum transit etiam ad Monialem, & ad religiosum, Capyc. *dec.* 10. *num.* 9. & ibi per multa: sed distingue prout *in decis.* 31. *num.* 1. & 2. & quando servitium juxta feudi condionem possit præstari per monasterium, durante vita vasalli, secus si momento perditur, *ibidem*: distingue etiam prout *ibi, num.* 4. & *dec.* 46.

Tertiò, feudum francum potest Ecclesiæ ex testamento relinqui, Capyc. *dec.* 63. *n.* 5. *de Eccles. hab. feud.* vide Afflict. *decis.* 36. Abb. *in ca. fin. nu.* 7. *de reb. Eccles. non alien.* & Rom. *consi.* 165.

Quartò, feudi ratione Ecclesia subest domino temporali, à quo tenet feudum, Iser. *in capitul. Corradi, num.* 17.

Quintò, feudum an possit prælatus clericus dare, vel cognatus, vide Iser. *in usu feud. qui succed. ten. num.* 2.

Sextò,

Sextò, in feudorum successione est locus usque ad septimum gradum, *ca. 1. § hoc autem sciendum, qui infeudare possunt*: nisi feudum sit constitutum nomine etiam tituli, regni, dominatus, Comitatus, aut Marchionatus, in his enim ad centesimum gradum successio progreditur, Bald. *in cap. 1. de feudo Mar.* Covar. *de succes. ab intestato, numero 12.*

FIDEJUSSOR.

PRimò, fidejussor non liberatur exhibendo illum, qui aufugit pro quo fidejusserat, Boer. *decis. 217. nu. 12. & seq.*

Secundò, potest petere executionem sententiæ contra reum, sine aliquo processu, si solvit pro eo, *decis. 277. n. 4.* & ibi videto, ad quid teneatur, qui carcerato suadet, ut è carcere fugiat, vel facit fugere, & eximit è manu familiæ judicis.

FISCUS.

PRimò, an Episcopus habeat fiscum. videto Dyn. *pra. crim. Can.* 134. & Cov. *l. 2. c. 9. var. resol.* Fiscus, Ecclesia, ac minor æquiparantur, Abb. *in c. ex literis, n. 11. de pign.* & Afflict. *consti. regni. in prælud. q. 15. in fine.*

Secundò, Fiscus appellat de jure communi, Vinc. de Fran. *decis. 148. n. 6. & 7.* an, & quando in dubio, vel aliàs feratur sententia contra fiscum? Vide Covar. *lib. 1. c. 16. var. resol.*

Tertiò, deputatio procuratoris fiscalis, etiamsi procedatur contra personas capitulares, pertinet ad Episcopum, absque consilio Capituli, ita sac. Congre. dicit fuisse declaratum die 22. Septembris 1573. in facto ad Cardinalem Pacecchum Archiepiscopum Burgens. de Icar. 461. in meis.

Quartò instante procuratore fiscali, Episcopus potest esse judex in causa suæ Ecclesiæ, etiam ad retractandum ea quæ ipsemet fecit. Navar. *consi. 20. numero 9. de rescript.*

FUNUS CORPORIS DEFUNCTI.

PRimò, an funus, & expensæ factæ circa funus Episcopi, ut puta candelæ, intorticia, vestes lugubres, tam servitoribus, quam consanguineis factæ, cantarus, culcitra, seu cortina serica, debeant fieri ex spoliis provenientibus ex bonis relictis ab Episcopo defuncto, an sumptibus consanguineorum? Vide Capyc. *decis.* 84. ubi partim affirmat, partim negat, prout *ibi.*

Secundò, an expensæ, quæ fieri debent in funere alicujus mortui, sint accipiendæ ante æs alienum, etiamsi creditores ex hoc præjudicium paterentur? Vide Cov. *in cap. Raynaldus, § 3. nu. 1. de testam.* ubi dicit affirmativè, *& lib. 2. cap. 1. numer. 10. & 11. var. resol.* & idem sit de expensis factis in infirmitate, vide Vinc. de Franc. *decis. 51. num. 1. 2 9. & 10.* vide Dyn. *in cap. qui prior. num. 14. de reg. jur. lib. 6.*

Tertiò, cadaver, sive divitis, sive inopis debitoris non potest, nec debet ad petitionem creditoris insepultum detineri, ut pignus quoddam, donec æs alienum integrè solvatur. Covar. *loc. cit.*

num. 10, respondet negativè, quicquid dicat gloss. *in capit. ei qui*, § *si verò, in ver. defuncti*, 2. *q.* 6. hoc tamen fallit in cadavere usurarii, quod judex ecclesiasticus potest sequestrare ne sepeliatur donec hæres caveat de restitutione, Ange. *in Authent. ut defuncti seu funerum. in prin.* Mar. *q.* 1. *dist.* 11. *numer.* 58. & qui impedit, ne quis sepeliatur, subest pœnis, de quibus vide Boer. *decis.* 287. *num.* 1. & jura & Doct. quos ipse allegat, & funus sepulturæ etiam hostibus non est negandum, nec ultimo supplicio condemnatis, Covar. *loc. cit.*

Quartò, in funere Episcopi, tres de Capitulo curare debent, ut vocetur vicinus Episcopus, qui & morienti Episcopo adsit salutatibus verbis, ac jam morituro consoletur, & in funere solenni more simul cum clero sæculari ad sepulchrum illius cadaver prosequatur, Conc. Aurelian. *capitul.* 5. & 6. & Conc. Tolet. VII. *cap.* 2. & Conc. Tolet. Hispan *cap.* 4. ita auctor Summ. Concil. Provin. Neapol. *capit.* 46. & Concil. Provinc. Consent. *in sessione* 3. *capitul. de funer. Episcop.* & Con. Mediol.

Quintò, anniversarium Episcopi defuncti singulis annis fieri debet quandiu proximus ejus successor in Episcopatu vixerit: idem in omnibus Ecclesiis Rectorum, ac beneficiorum sumptibus viventium, vidi, & optimè quidem à quibusdam Archiepiscopis piis viris constitutum fuisse, ut die sequenti post commemorationem omnium fidelium defunctorum, fiat anniversarium omnium Prælatorum demortuorum, altera autem die omnium Sacerdotum, & sic observari vidi in multis Cathedralibus, quod quàm pium sit, quisque arbitrabitur, juxta illud *Machab. lib.* 2. *capit.* 12. *Sancta ergo, & salubris*, &c.

Sextò, an pompa funeralis, sepultura, & alia justa, quæ fieri solent in exequiis, & funere defunctorum, prosint aliquid animabus ipsorum, vide D. Aug. *in lib. de cura mort.* & Soto 4. *sent. d.* 45. *q.* 2. *art.* 3. Selva *loc. cit.*

Septimò, corpora defunctorum non sunt portanda ad sepulturam cum nimio luctu, & planctu, *capitulo ubicunque*, § *hoc autem, cum sequenti*, 13. *q.* 2. & Abb. *in rub. de sepult. num.* 4.

Octavò, Clerici in sacris constituti, debent sepeliri cum vestibus sui ordinis, in minoribus verò more laicorum, Spec. *libro* 1. *tit. de cameter.* Selva. *tract. de bene.* 1 *part. quæst.* 5. *num.* 170.

Nonò, quoties cadavera ad Ecclesiam Fratrum Mendicantium deferuntur, officia mortuorum, ac reliqua munia, quæ in hujusmodi monasteriis solent adhiberi, non à Canonicis, neque Clero, sed ab eisdem fratribus obiri ac peragi debent, Sac. Congreg. *declarat.* 320. *in meis.*

Decimò, cadavera super terram deponi, ac sepeliri in Ecclesia, prohibet Pius V. *in Bulla* 5. *qua incipit, Cùm primùm.*

Undecimò, solet fieri in civitatibus funus solenne in morte Romani Pontificis, vel Regis, vel Principis; quæri potest quibus expensis, utputa pro apparatu, qui fieri solet in Ecclesia, pro cera, cantoribus & aliis obsequiis? Respondetur ex Gemin. *in c. ubi periculum*, §. *quia*

quia verò, notab. 3. de elect. lib. 6. quod pro obitu Romani Pontificis à Clero & populo exequiæ celebrari mandantur; in illo textu, *pro Principib us temporalibus*, vide in exequiis Regis Philippi Hispaniarum de anno 1599. fieri à populo expensas, & sic audivi observasse omnes Prælatos regni in suis Ecclesiis, & sic observavi in *Ecclesia* mea Minorensi.

FESTA.

SUMMARIUM.

1 *Quæ servanda sint.*
2 *Quomodo.*
3 *Quid evitandum à fidelibus concurrentibus ad festa quædam solennia.*
4 *Obligatio diei festi quando incipit.*

AD primum, vide Conc. Trid. *sess. 25 c. 12. de refor. regul*, & sunt omnes dies festi, quos quisque Episcopus in sua diœcesi servandos præceperit, vide Cajetan. *in sum. in ver. festa populo Christiano indicta quæ sint.*

Ad secundum, vide idem Conc. *ead. sess. c. de invoc. & venerat. reliq. & sanct. imag. §. illud verò*, ubi multa pro practicâ habentur, quæ ab Episcopis pro facti Concilii executione prohiberi debent, ut commessationes, & ebrietates, & omne inordinatum, & *ea. sess. c. de delect. cib. jejun. & die fest.* præcipit Episcopus, ut faciant celebrare festos dies devotè, & religiosè, circa observationem, ab abstinentia operum servilium; videto eund. Cajet. *in violat. fest. & quæ licita, & illicita sint, ibi.* & Syl. *in ver. dominica*, & Nav. *in Manual. ca.* 13. animadvertant locorum Ordinarii, ne pœnas contravenientium ad amussim exigant, & sibi eas applicent directè, vel indirectè, & præcipere, ut solvant tot libras ceræ, vel quid simile, quia id vivæ vocis oraculo Greg. XIII. prohibuit, ut mihi quidam Illustrissimus Cardinalis dixit, alias habebunt Deum ultorem. In dieb. festis nundinæ, seu mercata fieri non debent, sed transferri in alios posteriores dies. In monasteriorum, seu Ecclesiarum septis, seu atriis, seu porticibus non permittere debent locorum Ordinarii, vendi bellaria, & ut vulgò vocant, tarallos, panes dulciarios, sive copetas, & alia hujusmodi, nec ibi fieri cõmessationes, vel choreas, aliave hujus generis. Concil. Provinc. Neapol. cap. 10. *de domin. fest. dieb.* Consent. provinc. *sess. 1. c. de festo. dier. obser.* & Bulla Pii V. *cap. 2. de immun. Eccles. § cessent, lib. 9. & § ordinarii, ibidem* præcipit, ut prælati id faciant observari, & Conc. Provinc. Benevent. *sess. 2. cap. de fest. obser.* sed stante aliqua necessitate nundinæ, seu mercatus fieri possunt post vesper. vide *c. 1. de feriis*, Bull. Pii V. quæ est 5. & incipit *Cùm primum.*

Ad tertium, vide Conc. Tolet. XI. *c. 19.* quo turpia cantica & choreæ fœmineæ septis, porticibus, ac atriis Ecclesiarum prohibentur fieri monitionibus ac censuris ecclesiasticis, ita auctor Sum. Conc. in Concil. Basilien. *sess. 21. §. turpem, & c. irreligiosa, de consecrat. dist. 3.* Quæ possunt fieri, & fieri permitti possunt die festo, & facta non infringi, neque

que annullari queant? Respondetur, ea, quæ tempore essent peritura, ut piscatio quarundam piscium specierum, metere frumenta, colligere alia legumina, ea seminare, & triturare, colligere olivas, fœnum, vindemiare, & alia hujus generis, quando probabiliter esset periculum, ut temporis pluviosi, & quid simile, *c. licèt.* & ibi Ioan. Andr, *de fer.* notarius instrumenta conficere, Maran. *6. par. act. 4. n. 86.* processus capiendi suspectum de fuga, *ibi 6. p. mem. 1. nu. 62.* porrigere libellum, quando periculum esset in mora, gl. *in c. placita, 15. q. 4.* Maran. *ibi. mem. 3. num. 20.* præsentatio scripturarum, *ibi act. 8. n. 43.* fidejussio, *ibidem. nu. 63.* appellari, *ibi. tit. de appellat. num. 154.* & alia multa, *ibi. act. 10. num. 39. act. 11. num. 4. act. 6. n. 7.* vide Fel. *in c. significavit, de judic.* Navar. *cap. 13. num. 6.* & ibi permulta, & Syl. *in ver. dominica.*

Quartò, quando incipiat obligatio diei? Respondetur quod à media nocte præcedentis diei ad mediam sequentis; ita consuetudo optima legum interpres. Sylvest. *loc. cit. num. 5. in fine*, Navar. *ibi. numer. 5.* facit *l. more Romano, C. de feriis.*

GABELLA.

SUMMARIUM.

1 *Quis eam imponere possit.*
2 *A quibus non solvi debeat.*
3 *Pro quibus rebus non debeat solvi Gabella.*
4 *Quis eum teneatur solvere, emptor, an venditor.*

AD primum, omnes domini temporales, non recognoscentes superiorem, ut Papa, Imperator, vel consuetudo cujus non est memoria, Abb. *in c. super quibusdam, nu 1. & 6. de verb. signific.* Rex, Principes, Respublicæ etiam Collaterales regni Neap. quia quicquid faciunt, agunt nomine regio. Navar. *c. 27. num. 61.* Cajet. *in sum. verb. vectigal, cap. 2. num. 2.* Soto *lib. 4. q. 3. art. 3. de just. & jure*, Medina *C. de restit. 13*, Ang. *in verbo pedagium*, §. 2. & citra hos omnes imponentes novas gabellas, vel veteres impositas augentes, sunt excommunicati in Bulla Cænæ Domini, patet omnibus; & sub hoc nomine gabellæ, intelligo omnia sua synonyma, ut pedagium, doanam, guidagium, collectas, &c. Ang. *ver. pedagium.* Sylvest. *in ver. gabella. 4.* Nav. *c. 17. num. 201.* ubi animadvertere debent locorum Ordinarii, quia multas civitates & oppida video incidere in hoc putantes id sibi licere.

Ad secundum, vide Sylvest. *in ver. gabella, 3. per totum*, & quæ dixi *in ver. Clericus.* §. 9. & generaliter à personis ecclesiasticis prohibentur exigi, patet apud omnes Scribentes, alias sunt excommunicati, per *c. quanquam de cens.* Navar. *loc. cit. notab. 74.* & hoc pro rebus provenientibus ex redditibus ecclesiasticis patrimonialibus, & quæ ferunt ad usum proprium, Covar. *lib. 1. cap. 4. num. 3. & 4. var. resol.*

Ad tertium, nec pro rebus ad usum proprium portatis, *l. Universi, C. de vectigal.* Syl. *in ver. Gabella, 3. num. 14. & 15.* Nava. *c. 17. numer. 202. notab. 74. ver. an autem.* Cajet. *in sum. in ver. vectigal. §. 4.*

Armil.

Armil. *in ver. Gabella, numer. 2.* Ang. *in verbo pedagium*, §. 3. Sot. *lib. 3. q. 6. ar. 7. de just. & jur.* ubi dicunt omnes, non peccare eos, qui in his gabellas defraudant, hoc fallit. Primò quando quotidianus usus comprobat, ut pro iis etiam solvatur, quia id potest inducere consuetudo, & sic ferè per totum vidi observari, quod etiam pro rebus vectis ad usum proprium exigitur, D. Ant. 2. *par. c.* 74. Navar. *loc. cit.* Secundò fallit, quod clerici & personæ ecclesiasticæ etiam tenentur, quando ad id concurreret assensus Apostolicus, & qui defraudant, peccant mortaliter, & tenentur ad restitutionem Gabellotis & affictatoribus, Nav. *loc. cit. num.* 200. sed ad pœnam non tenentur, nisi post latam sententiam, Sylvest. *in verb. gabella, 3. n.* 21. §. 8.

Ad quartum, respondetur quod regulariter emptor, nisi aliter caveatur in statuto, ita Cap. Tolos. *q.* 451. *per l. debet, ff. de ædil. edicto.* Hinc fit, primò, si dominus locat prædium alicui, & gabella venit solvenda ex fructibus vel redditibus illius prædii, tunc totum onus solutionis incumbit conductori, non domino, nam videtur quod dominus propter onus gabellæ, locavit minori pensionem, ita Bart. *in l. interdum*, §. *quoties ff. de publi.* Hinc fit secundò, quod in quibusdã locis regni, vel ratione dominii, vel relevaminis alicujus universitatis, laici imponunt gabellas super serico, vel vino, vel aliquo hujusmodi, & volunt, ut solvantur duo Carleni, vel quid simile, pro libra, vel dolio, & quia vident se non posse astringere personas ecclesiasticas vendentes, per *cap. Eccl. S. Mar. de constit.* & per *Bul. Cœnæ Domini.* statuunt, ut solvant ementes, accidit, quod quidam clerici faciunt sericum, vel vinum ex suis possessionibus dum volunt vendere illud, e mentes emunt minori illo quo solvitur gabella, & non vident quod indirectè ista gabella cadit super personas ecclesiasticas, etsi dicunt, non Clerici, sed ementes solvunt. Respondetur, quod ideo minoris emunt quam emerent, & sic personæ ecclesiasticæ solvunt gabellas, contra omnia jura, prout *in ver. clericas*, §. 9. Innoc. *in c. cum non sit, nu. 1. de decim.* Astict. *in constit. Apostatas num.* 20.

HORÆ CANONICÆ.

SUMMARIUM.

1. *Quot sint numero Horæ Canonicæ.*
2. *Quis ad eas teneatur recitandas.*
3. *Ubi dicendæ sint.*
4. *Quomodo, quoad attentionem, & vocem, & gesta, vel aliquid agendo.*
5. *Cui Ecclesiæ debeant eas dicentes conformari in recitando.*
9. *Utrum eas mutare liceat ad libitum, vel si recitans obliviscitur unius horæ, interponendo aliam, sit opus ordinatè omnes iterum recitare.*
7. *Quando quo ve tempore dici vel quibus modis Horæ sint dicendæ.*
8. *Quid disponere debeat, & possit Episcopus circa eas, & circa punctatorem in Ecclesia constituendum.*
9. *An possit compellere Episcopus Clericos, ut omnes conveniant in Ecclesia ad horas Canonicas recitandas.*

10. *Quot*

10 *Quot peccata committant, qui septem horas Canonicas omittunt, quot qui unam tantum.*

11 *Quis excusetur ab eis recitandis.*

12 *Quando celebrare liceat, non prævia officii divini recitatione.*

13 *An officium beatæ Virginis parvum, officium defunctorum; septem Psalmos Pœnitentiales, & canticum graduum teneamur recitare.*

AD Primum, an sint septem vel octo, vide Nav. *de Hor. Can. c. 3. nu.* 26. & 27. *& infrà*, sed videntur potiùs esse octo, per illud David, *septies in die*, & alibi, *media nocte surgebam*; & ista secunda opinio videtur mihi melior, per ea, quæ in nocte Nativitatis Domini fiunt, ubi dicitur Matutinum separatum à laudibus & Officium Breviarii regulæ D. Benedicti, quod dividitur ad Matutinum, vide Sot. *lib.* 10. *q.* 5. *art.* 1. Archid. *in c. presbyter*, 91. *distin.* Tabien. *in ver. hora*, §. 1.

Ad secundum, dico primùm, vide multa *in ver. beneficium*, §. 4. dico secundò, quod beneficiati quocunque beneficio ecclesiastico, etiam tenuissimo, Sylv. *in ver. hora*, §. 2. *ver. secundum*, Navar. *in Manuali, c.* 25. *nn.* 122. *& de Hor. Can. cap.* 7. *nu.* 27. Cov. *li.* 3. *c.* 19. *nu.* 8. §. 12. *var. resol.* gl. *in c. clericus victum*, 91. *dist.* quicquid dicat Sot. *lib.* 10. *q.* 5. *ar.* 3. *de inst. & jur.* Tertiò, professi in Religione approbata. Quartò, promoti ad sacrum ordinem. Quintò, ex voto; *patet ex* Sylv. *in ver. hora*, §. 1. *& aliis.*

Ad tertium. Dico primò, quod in Ecclesia, vide Sylvest. *ubi suprà*, §. 10. & dicam *infrà*, §. 9. dico secundò, non in locis inspurcatis, seu sordidis, Nav. *de Hor. Can. c.* 5. *nu.* 5. quamvis ex necessitate vel aliquo modo possit.

Ad quartum. Dico primò, quod quoad attentionem, vide Sot. *lib.* 10. *q.* 5. *art.* 5. Navar. *loc. cit. c.* 13. *nu.* 4. ubi habetur, quod non ad literam, nec ad sensum, sed ad finem quis tenetur habere attentionem, Navar. *loc. cit. nu.* 39. Cajet. 2. 2. *q.* 83 *ar.* 13. *& 9. circa fi. & in sum, in ver. Hora Canon. c.* 3. Navar. *c.* 25. *num.* 105. Secundò, non licet contemplari aliquod mysterium, vel passionis Domini nostri, vel alterius loci Scripturæ, etiam illius quem recitat Nav. *loc. cit. nu.* 35. Ratio est, quia pluribus intentus, &c. Tertiò, dum quis recitat privatè, genuflexiones, & alia hujusmodi, nec alios gestus, vel caput denudando, vel inclinando in quibusdam locis tenetur facere, quia ista in Choro obligant, Nav. *loc. cit.* 4. *n.* 4. *&* 16. Dico quartò, quod possunt etiam recitari deambulando, idem *ibidem, num.* 13. Quintò, vestiendo, vel aliquid hujusmodi faciendo, modò se non abstrahat à dicta recitatione, non peccat mortaliter, Navar. *loc. cit. c.* 13. *nu.* 49. Sot. *ubi suprà, ar.* 5. Sylv. *nu.* 19. §. 11. nisi faciat opus, quod suapte natura abstrahat ab attentione, ut scribere literas, vel aliquid hujus generis. Nav. *c.* 25. *nu.* 117. *de Hor. Can. c.* 13. *num.* 48. *&* 49. & hoc intellige si omittat partem notabilem, secus si unum versiculum; vel intermittit animo reassumendi, quod reliquerat, idem *ibidem*, Sextò, quod non tenetur quis eas recitare alta voce, sed sufficit, quod sit vox bene articulata, ita ut verba audiat ipse, qui recitat, & non syncopando, & diglutien-

glutiendo voces,& verba inter labia, & dentes,Navar.*loc.citat,cap.3.nu.54.* Armil.*in ver.Hor.*

Ad quintum,dico primò, quod Ecclesiæ suffraganeæ, debent se conformare Ecclesiæ Metropolitanæ suæ,*c.de jis,12.dist.*Diœcesis,Ecclesiæ Cathedrali.Secundò,exempti Ecclesiæ Cathedrali viciniori,argu.Concil.Trid *sess.24.c.9.de refor.sess.6.c.4.& sess.7. & cap. 8. sess.21.cap.8.de reform.* vel Metropolitanæ,cujus fecere semel electionem, *argu.eiusdem sess.24 c.3. de refor.* idem dicendum de Regularibus,quoad festa quorum officia in Ecclesiis suis debent celebrari,*sess.25.c.12.de reform.* ita etiam omnes Ecclesiæ inferiores quoad administrationem Sacramentorum,Abb. *in c.tuas,nu.2.de sponsal.duor.* nisi aliter se habeat consuetudo Ecclesiæ, vel certam habeat Ecclesia institutionem, Host. *in sum.tit.de offi.ord.§.sunt autem distinctæ, nume.7.ca.de his*, 12. *dist. ca. institutio,d.dist.21.*

Ad sextum respondetur,primò negativè,nisi fiat in contemptum, Navar. *de Hor.Canon.c.19.num.217.& c.3.nu. 65. & in Manual.c.25.numer.9.*Sot. *loc. cit. art.4.*Sylvest.§.12.*nu.15.*Arm.*ver.Hora, num.3.*Innoc.*in c.deberent,de celebr.Miss. nu,2.*Dico secundò similiter si intermittendo unam horam,dicit aliam, tunc sufficit dicere omissam ; similiter si ex oblivione dixit officium de feria, & debebat dicere de Sancto,quia non tenetur redicere;Doct. citati , & Cajet. *in sum.ver.Hora,ca.2.*

Ad septimum.Vide Sylvest. 9. ubi multa dicit;tamen concluſio est, quod quis potest dicere horas,usque ad mediam noctem diei præteriti, tamen bene facit,si potiùs prævenit;Navar.*c.25. nu.* 97.licèt peccet venialiter, si hoc faciat sine causa;Armil.*ver.Hora,n.17.*& optimum consilium est,vespere præcedenti recitare horas matutinas , usque ad laudes inclusivè,& manè usque ad nonam,Navar.*loc.cit.*

Ad octavum.Primò,vide *in ver. distributiones quotidianæ,*Conc.Trid.*sess.21 c.3.& sess.22.c.3.& sess.24.ca.12.§.distributiones de refor.*vide Conc. Later. sub Leone X.*§.statuimus,sess.9.*Nav.*c.25.n.* 122.& Bullam Pii V.ibi ab eo relatam. Secundò,in unaquaque Ecclesia, ubi de jure,vel consuetudine debet celebrari divinum officium,debet constitui punctator,qui notet absentes,vel præsentes; ita elicitur ex Decretis Conc. Trid. & ex Bulla relata,& Conc. Provin, Consent. *sess.3.cap.de punctatore,*& ferè ita observatur ubique.

Ad nonum,ultra dicta *in §.præcedenti,*Episcopi possunt,& debent practicare,circa ordinationes faciendas, ad hoc ut horæ Canonicæ suis in Ecclesiis debitè celebrentur,*infra c.dolentes,§.fi. de celeb.Miss.* ubi imponitur pœna suspensionis *& in c.fi.92. dist.* ubi imponitur pœna depositionis,& *Clem.1.§.in multis,de celeb.Miss.*dicit, posse Episcopum clericos in hoc delinquentes,censuris & aliis opportunis remediis compescere, vide Sylv.*loc.cit.§.1.ver.4.*Navar.*de hor. Canon.capit.5.11. & 14.* imò peccant mortaliter ipsi prælati , non facientes celebrari horas Canonicas statis horis, juxta antiquam consuetudinem suæ Ec-

clesiæ, Navar. *de hor. Can. c. 2. nu. 62. & infra*, & citat Ang. *in ver. Hora*, §. 2. Sylvest. & Cajet.

Ad decimum respondetur, primò, quodunum est peccatum mortale, omittendo omnes horas. Ratio est, quia se habent ratione unius. Navar. *loc. cit. ca. 7. nume. 5.* Dico secundò, si partem notabilem, puta unam horam quis omittat, peccat mortaliter, Nav. *in Manuali, cap. 25. num. 97.* Dico tertiò, quoties proponit non recitare, toties peccat mortaliter, idem *ibidem.*

Ad undecimum. Vide eundem *loco cit. num. 99. & infra, de Hor. Can. c. 2. per totum. & c. 34.* ubi habes. Primò, ob infirmitatem. Secundò, ob dispensationem Papæ. Tertiò, ob occupationem repentinam. Quartò, ob occupationem in Choro. Quintò, ab carentiam Breviarii. Sextò, ob prædicationem, vel prælectionem, vel administrationem Sacramentorum: sed primò infirmitas debet esse, prout Navar. ibi, & gl. *in ca. unico de cler. non resid. lib. 6.* Secundò, quod dixi in carentia Breviarii, nota, quod debet dicere omnia, quæ habet in memoria, sed pro illo cujus non recordatur, vel quod nescit, aliquid loco illius substituat, ut officium B. Virginis, tot coronas, vel Rosaria B. Virginis, Navar. de Hor. Can. *ca. 11. num.* 18. Tertiò, quod licet non peccet omittendo horas ob defectum Breviarii, tamen non excusatur à peccato, sibi non emendo illud.

Ad duodecimum, Soto *loco cit. art. 4. & 4 sent. dist. 13. q. 1. art. 2. in fi.* Navar. *de Hor. Can. c. 3. num. 70.* Ang. *in ver. Missa*, §. 42. Navar. *in Manual. c. 25. nu. 83. art.* 18. Armil. *in ver. Missa, numer. 30. & in ver. Hora, num.* 18. Sylvest. *in ver. Missa.* 1. §. 6. isti omnes dicunt esse peccatum mortale, celebrare Missam ante Matutinum saltem, nisi fieret ad evitandum scandalum, vel ob aliquam rationabilem causam, licèt Sot. dicat, quod si Sacerdos esset ægrotus, quod non posset recitare divinum officium, absque hoc posset celebrare Missam, & in hac materia satis largè procedat, tamen adveniente casu, posset practicari doctrina illius; ratio est, quia non sunt subordinata ad invicem officium divinum, & Missa.

Ad Decimumtertium respondetur primò, Sot. tenere partem affirmativam: sed ego teneo cum Bulla Pii V. quæ est in nova impressione Breviarii reformati ex Dec. Sac. Conc. Trid. editi jussu ejusdem summi Pontif. Non obligantur sub peccato mortali, non recitantes officium parvum beatæ Virginis, vel defunctorum, vel Psalmos Pœnitentiales, vel Canticum graduum, nisi ubi esset consuetudo, quam dicit esse observandam, & ubi est consuetudo, non obligaret extra Chorum, nec semel in mense, nec tempore Quadragesimali, ut patet. Hæc sufficiant pro praxi quotidiana, si quis plura desiderat, videat Doct. citatos per extensum.

HÆRETICI,

SUMMARIUM.

1 *Hæretici qui dicantur.*

1 *Quo Ordine in processu formando contra eos uti debeat Ordinarius, seu Inquisitor.*

3 *Quot*

3 *Quot personæ debeant interesse examinationi eorum.*
4 *Utrum Inquisitor possit uti consilio peritorum laicorum in hac causa.*
5 *Quomodo citandi personaliter.*
6 *An possint Ordinarii accipere sportulas, seu actorum lucra in fabricatione processus totius causæ.*
7 *An sit opus semper consulere supremum Senatum sacræ inquisitionis Romæ, vel alibi.*
8 *An Episcopi sint judices Ordinarii causæ inquisitionis.*
9 *An possint citare reum, seu testes extra diœcesim consistentes, sine licentia Ordinarii illius, ubi reus, vel testes commorantur.*
10 *An hæretici carcerati possint habilitari.*
11 *An possint mulctari pœna pecuniaria.*
12 *Qua praxi utendum, quando traderentur hæretici pertinaces, vel relapsi Curiæ seculari.*
13 *An in hac causa detur appellatio.*
14 *Quomodo Ordinarii & Inquisitores procedere debeant contra laicos negligentes circa officium inquisitionis.*
15 *An admittendi Advocati, & procuratores in favorem delati, seu inquisiti.*
16 *Quomodo danda copia repertorum.*
17 *An dum manent carcerati, admittendi sint ad Sacramenta suscipienda, & alia hujusmodi.*
18 *An possint omitti defensiones, si inquisitus eis renunciet.*
19 *Quando dubium est, an sit hæresis, vel non, quis Iudex cognoscet.*
20 *Quot testes sufficiant in hac causa.*
21 *Quando timetur de fuga, an præveniat captura citationem.*
22 *Quis carcer dandus.*
23 *Si carceratus fugiat, an habeatur pro confesso in hoc delicto.*
24 *Quomodo ferenda sententia absolutoria.*
25 *An scientes hæreticos vel suspectos de hæresi, teneantur eos revelare, seu denunciare.*
26 *Forma abjurandæ quæ sit.*
27 *An secularis judex cognoscere possit de hac causa.*
28 *Quando & qui dicantur relapsi.*
29 *Bona clericorum hæreticorum cui applicentur, quando confiscantur, fiscone Episcopi, an Ecclesiastico, vel Principis secularis.*
30 *An possit Iudex pœnam inflictam in sententia post latam sententiam contra delatum mitigare, moderari, seu commutare.*
31 *Qua lingua debeat ferri sententia, fideique abjuratio.*
32 *Hæreticus si fuerit reversus, in quibus casib. possit cum eo dispensari.*
33 *An hæreticus sit ipso jure privatus beneficiis.*
34 *Hæredes, seu successores hæreticorum, ad quid teneantur.*
35 *An quis teneatur prodere seipsum, ut quia esset hæreticus, & fiant edicta, Bana, & Bullæ, ut qui sciunt hæreticos, revelent.*

AD primum. Multa habes *suprà in ver. casus, in quib. &c.* sed vide Castrum *per quatuordecim libros de hæresibus, & de justa hæret. punit. in summa*; est omnis ille, qui habet aliquem errorem circa fidem Christianam Catholicam, vel dubitat cum pertinacia, circa

hoc est communis sententia omnium, vide Iser. *in usib. feud. rubr. ult. à num. 25 & infrà, de pœn. & contumacia hæreticorum.*

Ad secundum. Facta denunciatione Ordinario, vel ex officio, statim ipse incipit capere informationem eo ordine, quo *in cap. de offi. §. verum, de hæret. lib. 6.* & Direct. Inquisit. 3 *p. c. de for. exam. test.* & ibi Peng. *com.* 17. cum interventu duarum personarum, adeò, quod oportet interveniant sex personæ, Ordinarius, seu Inquisitor, Reus, Testes, Actuarius, & duæ personæ, quæ possunt esse, vel Religiosi, vel clerici, vel laici viri discreti. Direct. Inquisit. 3. *p. ca. quot personæ, &c.* & ibi Peng. *com.* 20. Arch. *in c. accusatus, § sanè, de hæret. l. 6.* & hoc patet ad tertium.

Ad quartum. Videtur quod non liceat Inquisitoribus, & locorum Ordinariis convocare laicos quomodocunque, ut cognoscant, aut judicent in causa Religionis, Bulla Julii III. 12. *f.* 10. & imponit excommunicationem Papalem in contrafacientes; tamen *c. ut inquisitionis, de hæret. lib. 6.* dicit, quod vocare possint peritos quoslibet, & dat rationem, gloss. *ibi in ver. expedierit, in addit.* & Pen. *cō.* 126. & 127. *in 3. p. direct. Inqu.* 78. Ad Bullam posset responderi, quod intelligitur, quando totam causam cognoscere vellet, ut ipse laicus indicaret. Ratio est, quia solùm potest vocari pro consilio, & consultatione, prout *in c. fi. hoc tit. lib. 6.*

Ad quintum. Si reus facit copiam sui in citatorio e verbali, non debet inseri causa in citatione, sed sufficit dicere ut se coram Ordinario, seu Inquisitore sistat, seu coram iis compareat, Syman. *de cath. instit. tit. 44. num.* 12. Peng. *comm.* 33. *in 3. p. Direct. n.* 131. si verò latitat delatus, non faciens copiam sui, tunc debet citari, exprimendo causam in citatione, Peng. *ubi sup. com.* 33. Si verò est contumax, vel abest, potest in Ecclesia cathedrali illius diœcesis, cujus est, vel in Ecclesia parochiali illius terræ, ubi moratur, vel in domo, vel in loco, ubi communiter degebat, Peng. *com.* 34. & 35. *in 3. p. Direct.*

Ad sextum. Extravagans *ex eo, de hæret.* prohibet Ordinariis accipere expensas, quas inquirendo facerent, & quod hoc officium facere debeant propriis stipendiis, nec proventus, nec obventiones possunt accipere; Inquisitores verò possunt. Penga *comm.* 155. *in 3. par. Direct* Syman. *loco cit. titul.* 14. *num.* 34. Actuarii, quando sunt stipendiati, nec possunt accipere expensas actorum; secus verò possunt, eò vel maximè, quando emunt bancas, seu officium Notariorum, Penga *com.* 34. & sic vidi practicari Neap. & alibi.

Ad septimum. Mos est, fabricato processu, ac carcerato delato, eoque examinato, ac finita informatione, consulere magnum Inquisitorem Romæ mittendo copiam informationis: tamen hoc non semper videtur necessarium, nisi in causis arduis, Peng. *com.* 127. *in q.* 78. *in 3. p. Direct.* Sym. *loc. cit. tit.* 41. *nu.* 31. & 35. & quæ agere, vel non agere Inquisitores, & Ordinarii in causa hæresis possint, nisi priùs consultetur Summus Inquisitor, *vide ibidem, à nu.* 36. tamen quicquid sit,

ego

ego semper consulerem hoc fieri, ad hoc, ut quid agendum sit, locorum Ordinariis referibatur, & tunc magis, quãdo ipsi vel eorum Vicarii non bene calleant hujusmodi materias, & possent incidere in multos errores, secùs faciendo.

Ad octavum, Respondetur affirmativè, *c. per hoc, de hæret. lib. 6.* Symanc. *loc. cit. tit. 25. nu. 3.* Peng. *com. 50. in q. 1. in 3. p. Direct.* Castro *lib. 1. c. 5. de justa hæret. punit.* hinc sit in causis parvi momenti, non esse opus obtundere capita dominorum Sac. Inquisitionis, sed ipsi Ordinarii possent eas terminare juris ordine servato, modò sciant quid agant: tamen in facto ita practicavi Surrenti anno 1685. & obtinui Neap. 1591. die 17. Decembris, absque defensionibus, quibus sibi datis, delati jam sponte confessi renunciarent.

Ad nonum. Inquisitor, & Episcopus possunt hoc facere pro causa fidei, Sym. *loc. cit. tit. 34. num. 24.* Peng. *com. 123. in q. 743. p. Direct. & com. 91. in q. 42. ibidem. per c. commissi, §. compescendi, de hær. et. lib. 6.* facit quod notat Hier. *in usib. feud. rub. quæ sunt Regalia, nu. 47.* ubi assignat pulchram rationem, & quod dicit Abb. *in c. constitutus, num. 10. de fide juss.* vide *in versiculo estes, num. 35.*

Ad decimum. Respondetur affirmativè, quando non sunt pertinaces, debita præstita cautione. Symanc. *loc. cit. tit. 16. num. 5.* Pen. *com. 136. in 3. p. Director.*

Ad undecimum, si non sunt pertinaces, possunt multari pœna pecuniaria, applicanda locis piis, Pen. *Schol. 127.* sed non possunt fieri transactiones, Sym. *tit. 30. num. 13.*

Ad duodecimum. Praxis habetur *in cap. novimus, de verb. sign.* & Royas *sing. 175.* ubi dicitur, satis esse judici, ut in praxi illius c. ad evitandum irregularitatem. gl. *in c. ad abolendam, de hæret.* dicit solùm esse clericos degradatos tradi Curiæ seculari, laicos verò sufficere relinqui puniendos. Symanc. *tit. 44. n. 65.* dicit, quod cùm clericus degradatur coram judice laico, debet eidem judici relinqui, sed non tradi: tamen quicquid sit, Pius V. per Bullam suam abstulit omnem scrupulum, dicens quod judices Inquisitionis cùm tradunt aliquos judici sæculari, per quam traditionem sequitur vel mutilatio, vel mors, nullam incurrunt irregularitatem, etiamsi non utantur verbis illis *cap. novimus,* & Sylvest. *in ver. degradatio, nu. 5,* §. 3. Peng. *com. 20. in 2. p. Direct.* Locatus *in opere judiciali, tit. de decretis, juxta finem,* Symanc. *tit. 34. nu. 47.* Arm. *in ver. regularitas, num. 24.*

Ad decimumtertium, habetur *in caput inquisitionis,* ubi possunt Ordinarii, & Inquisitores excommunicare Regulos, Barones, & alios dominos temporales, si impedirent hoc officium, & sunt excommunicati ipso jure, per d. c. & si per annum sic steterint, habeantur pro hæreticis: similiter si negarent auxilium, Direct. Inquisit. *3. p.* & ibi Peng. *com. 33. litera D.*

Ad decimumquartum, *in c. cit.* prohibetur appellatio, in illis verbis, *non obstantibus appellationibus,* tamen Symanc. *loc. cit. tit. 6. nu. 3.* intelligit de diffinitiva seu frivola, non de interlocutoria, Penga *com. 31. in 3. p. Direct.* nam ob interlocuto-

locutotiam permittitur, *c. cum cessante appel. Direct. 3. p. c. de appellat. Castro li. 1. c. 19. de justa hæret. punit.* dicit, quod monito & correcto pertinaci, non licet appellare, & si appellaret, non esset deferendum appellationi, tanquam inani, & malignæ. Covar. *pract. qq. c. 23. n. 4.* Rebuff. *pract. benef. in 3. par. for. grat. sing. in ver. alia clausula, n. 8.*

Ad decimumquintum. Penga *loc. cit, com. 30.* respondet affirmativè, modò fiat causa, Direct. *3. p. in c. de recuf. inquisi.* Symanc. *tit. 52. num. 3.* & hoc intelligè quando non constaret eos esse hæreticos, Cast. *lib. 1. c. 17. loc. cit.* & tam procurator, quàm Advocatus possunt patrocinari delatis quousque convincantur esse hæretici, Cast. *loc. cit.* quando verò vellent se defendere de licentia Inquisitoris, potest Advocatus patrocinari delato: sed quomodo Advocatus ipse se debeat habere circa hoc, videatur Symanc. *tit. 5. per totum.* Similiter de licentia judicis possent concedi Advocatus, & Procurator, quando delatus neget se esse hæreticum, Symanc. *tit. 52. nu. 3.* similiter possunt dari curatores, si delati essent minores viginti quinque annorum; secus acta essent nulla & irrita, qui curator poterit esse etiam suus Advocatus, Penga *com. 28. in 3. p. Direct.* Aflict. *dec. 208.* etsi *in cap. si adversus, de hæret.* negetur patrocinium illis, intelligitur quando quis esset verè hæreticus, secus quando esset vel delatus, vel suspectus, & in processu causæ, quia tunc per procuratorem, & per excusatorem possunt excusari, Symanc. *loc. cit. nu. 4.* Peng, *com. 36. nu. 139. in 3 p. Direct.* vide Vinc. de Annan. *singul. 19.*

Ad decimumsextum, vide *cap. fi. de hæret. lib. 6.* Direct. *3. p.* ubi ponit sex modos dandi copiam repertorium, quorum sextus est magis in practica, Peng. *16. com. 29.* ubi dicit non solùm testium nomina esse contenda, sed circumstantias, quibus posset delatus venire ad aliquam cognitionem testium, vide *cap. final. §. cessante, hoc titulo libro 6.*

Ad decimum septimum, carcerati in crimine hæreseos non debent admitti ad audiendas Missas, pendente causa, nec ad orationes, nec eis confessarius est dandus, seu concedendus; nisi in periculo mortis, Sym. *tit. 16. nume. 30.* Peng. *com. 108. in 3. p. Direct. in qu. 49.*

Ad decimumoctavum, Sym. *tit. 17. numer. 54.* negat expressè, tamen Direct. *fol. 295. litera E.* ait, quod quando reus fatetur crimen, possunt omiti defensiones si eis delatus renunciet, & Peng. *ibi. Schol. 34.* Locatus *loc. cit. in ver. Defensio, num. 14. & 15.* Felin. *in ca. cum venissent, de testib.* Bal. *in l. pronunciare, C. de ferius,* isti dicunt, quod spontè confitentes maleficium, possunt omittere defensiones, Foll. *pract. crim. 1. p. 3. p. nu. 72.* dicit ex Felin, quod possunt omitti ex multis casibus; tamen quicquid sit, nisi adsit causa, ego censerem cum Symanca propter rationes ejus, faciunt quæ notat Covar. *lib. 2. tit. 1. num. 7. var. resol.* quem videas pro praxi quotidiana.

Ad decimumnonum. Movetur ista quæstio propter gloss. *in d. §. sane,* ubi per text. dicit, non debere inquisitores cognoscere, nec se intromittere in causis,

causis, quæ non sapiant hæresim manifestè,& Syl.*libro 3.capit. 1. puncto 2.de strig.* dicit hoc posse dupliciter considerari.Primò,si dubium est in jure, benè dicit gloss.si verò est in facto, tunc Inquisitor potest se intromittere; Locatus *loc.cit.in verb.divinatio,nume.4.* Syman. *tit.30.n.ultimo.*

Ad vigesimum.Syman.*tit. 64. num.* 36.duos testes fide dignos sufficere ad convincendum hæreticum affirmat. Direct.*3.p.q.71.*& ibi Peng.*com.120 & com.27.in 3.p.* requirit, quod sint omni exceptione majores, quod repelli non possint aliqua exceptione, *Sy*manc. *tit. 51.num.7.& 8.* Syl.*in summ.in ver. hæresis. 2.§.quantum,*& admittuntur testes in hac causa excommunicati,& participes, & socii criminis, *c.in fidei, de hæret.l.6.* tamen unus testis, ut *suprà*,& fama, facit indicium ad torturam,Peng *com.110.in 3.p.Direct.fol.644.col. 1.* testes de auditu nullam fidem faciunt, & maximè quando deponunt quæ ab aliis audierunt,Symanc.*tit.64.n. 39. & 40.* an & quando testes dicunt,se audivisse à duobus, quos nominant, & reddunt causam,faciant fidem? videFoll.*in pract. crim. fol. 112. num.28.& fol.12.num.37.* Abb.*in consi.81.nu.1.*Boer.*dec.342.nu.1.* dicit testes non minus quàm duos debere esse.

Ad vigesimum primum, quando timetur de fuga,vel reus suspectus est de gravi crimine, tunc omissa citatione verbali, potest, & debet capi personaliter.Sym.*tit. 44.nu.12.*Peng.*com.17.in 3. p.Direct.73.com.3.num.131.ibid.*

Ad vigesimum secundum,carcer debet dari secundùm qualitatem personarum,& delicti.Peng.*com. & loc. cit.* Syman.*ti.24.num.22.Clem.1.de hæret.§. propter,v.duco.*

Ad vigesimum tertium,carceratus in causa fidei, fugiens è carceribus etiam fractis foribus,non habetur pro convicto,Syman.*tit.16.num.23.* Peng *com. 33. in 3.p.Direct.* Grill.*lib.5.c.de fuga carcer.* Foller.*in pract.crim.4.p.3.p.à num.45.usque 67.* ubi dicit quæ requirantur ad hoc,quòd quis probari possit pro confesso, imò, nec etiam in aliis delictis, Boer.*dec.215.nu.21.& infr.*

Ad vigesimumquartum. Si rutinato processu & servatis de jure servandis, inveniretur delatus innocens,non debet poni in sententia, quod est insons, vel immunis, vel innocens, sed quòd non, vel non fuit legitimè probatum per testes contra eum,*Direct. 3.p.num.* 140,Peng.*ubi supr. com.37.litera.C.* sed si iterum fuit de eodem crimine delatus, potest puniri, Peng. *ibidem num.* 143.Symanc.*tit.60.nu.13.* Ratio est:quia ista sententia nunquam transit in rem judicatam.Pius V.*Bulla 27.95.8.* quando verò testes,qui deposuerunt contra delatum,dicerent,& revocarent dictum suum,potest poni in sententia quod est insons,immunis, & innocens,Peng. *loc. cit.com.37.nu.142.& 208.*

Ad vigesimumquintum, respondetur,quod qui scit hæreticum aliquem vel suspectum de hæresi,tenetur eum revelare,& denunciare Prælato,seu inquisitori,Cast. *lib.1.cap.17. & lib.2.ca.25. de justa hæret. punit.* Peng.*com. 81. in 2.p.Direct.col.fi.& com.68.col.3.§.& non videtur*

videtur, & com. 2. col. fi. 2. p. Direct. Greg. Papa. XI. *in Bulla quæ incipit: Excommunicamus, quæ est tertia in suis, f.* 70. & Alex. Papa IV. *in Bulla relata à Direct. Inquisit, 2. p. f.* 144. *col.* 2. & hoc jubetur sub pœna excommunicationis, facit *c. de hæret.* idem etiam dicitur de omni crimine, quod esset pernicioſum Reipublicæ, D. Tho. 2. 2. q. 68, *art.* 1. Covar. *lib.* 1. *c.* 2. *n.* 8. excepta excommunicatione Inn. IV. *Bul.* 10. Nic. III. *Bull.* 2. sed hoc intelligitur quando scio aliquem esse hæreticum per visum, vel per alium sensum corporalem, vel per confessionem ejus qui fecit illud, vel quod habetur pro indubitato; secus quando levis esset suspicio, aut signa levia, quæ facile fallere possunt, Navar. *consi.* 3. *de hæret.*

Ad vigesimum sextum, quænam sit forma abjurandi, & quæ in ea necessaria sint, vide Pengam. *comment.* 40. *in* 3. *parte Direct. per totum*, & habetur *in c. Berengarius, de consecrat. distinct.* 2. *& cap. quoties, il* 1. *q.* 7. Castr. *libro* 2. *capitulo* 24. *& lib.* 2. *cap.* 2, *ubi supra.*

Ad vigesimum septimum. Respondetur negativè, *c. ut inquisitionis, de hæret. lib.* 6. Cast. *lib.* 1. *c.* 23. Gom. *in c.* 2. §. *statuto, nu.* 54. *de constit. l.* 6.

Vigesimum octavum, qui dicantur relapsi, & qua pœna puniendi, vide *in c. ad abolendam, de hæret.* Peng. *com.* 38. *nu.* 3. *p. Direct. num.* 150. Direct. Inquisit. 2. *p. q.* 58. & Peng. *ib. com.* 83. Cast. *lib.* 2. *cap.* 2. *& c. super eo, de hæret. lib.* 2. *&* Sym. *tit.* 56. *numero primo & numero quarto.*

Ad vigesimum nonum, videto Covar. *lib.* 2. *c.* 9. *num.* 11. *&* 12. *var. resol.*

Ad trigesimum. Respondetur quod sic, *ca. ut commissi, de hæret. lib.* 6. Covar. *pract. qq. c.* 34. *in fine*, etiamsi dictam moderationem, &c. sibi in sententia judex non reservasset, quia alias non esset dubium, gl. *in d. c. in versi. vel mutandi*, cùm hoc sit speciale in hac causa, Covar. *loc. cit.* licèt videtur hoc sibi judices reservasse in sententia, & hoc putarem tutius.

Ad trigesimum primum. Respondetur, quod frequentiori usu vidi ferri lingua vernacula, seu vulgari, & ratio esse potest, ad hoc, ut ab omnibus, vel idiotis, ac literarum ignaris intelligantur scelera detestabilia in pœnam delati, & abominationem tanti criminis, quo homo recedit à Deo salutari suo, per Apostasiam, sive ob malam credentiam, & in majorem ipsius delati erubescentiam, quæ solet esse magna pars pœnitentiæ, & satisfactionis peccatorum, *c. quem pœnitet, de pœnit. d.* 1. & patet vulgatis Theolog. Canonistarum, & Summistarum placitis.

Ad trigesimum secundum, respondetur cum gloss. *in c. nos, in ver. prohibemus,* 12. *distinct.*

Ad trigesimum tertium, respondetur prout *in verbo privatio*, sed vide Bull. Pii V. 29. quæ incipit, *cùm ex Apostolatus*, ubi disponit de beneficiis vacantibus propter crimen hæresis.

Ad trigesimum quartum, quod cogi possunt ad implendas pœnitentias, defuncto injunctas. Alex. IV. *Bul.* 10.

Ad trigesimum quintum, respondetur primò, quod quoad se, nullus tenetur prodere se ipsum, *c. quis aliquando*, §. *his auctoritatibus de pœn. d.* 1. ubi dicitur: *non dico tibi ut te prodas*: quod procedit

cedit etiam in casu hæreseos, cùm non fiat exceptio. Navar. *cons. 5. nu. 3. de hæret.* quoad alios, dic prout dictum est ad 25. Cæterum vide *in pract. mea pæn. c. 22. q. 4. 6. 7. 8. 20. & 22.*

HOSPITALE.

SUMMARIUM.

1 *Hospitale quomodo ædificetur, & qua auctoritate.*
2 *An Ordinarius possit illud visitare.*
3 *Videre etiam computa, & rationem administrationum, & magistrorum.*
4 *An succedat expositis.*
5 *Quænam sint privilegia summorum Pontificum concessa diversis hospitalibus.*

AD primum, relictis aliis dico primò, quod hospitale potest ædificari à quocunque, etiam sine auctoritate Episcopi, & ibi Rectorem præfigere, & de eo liberè disponere ad libitum, sicut de aliis bonis suis, & illud destruere, vel alteri subiicere seu donare, Gl. *in c. unicuique de consecrat. d. 1. c. inter dilectos, de donat. Clem. quia contingit. de relig. dom.* Selva *tract. de benef. 1. p. q. 6. nu. 6.* Syl. *in ver. Hospitale, §. 2. nu. 3. Auth. de Eccles. tit. §. si quis ædificationem, ver. in omnibus collat. 9.* Dico secundò, quod hoc hospitale non potest visitari ab Episcopo. Ratio est, quia est quiddam profanum, & non religiosum; Innoc. *in d. cap. inter dilectos, nu. 2. & in c. ad hoc. de relig. dom.* Sylv. *l. c. nu. 7.* Sel. *loc. cit. §. 1.* nec obstat Conc. Trid. *sess. 22. cap. 8. de reformat.* quia disponit hoc posse Episcopum in casibus à jure concessis: sed cùm hoc non sit sub ejus dispositione, quia non est religiosum, non comprehenditur; nec dicuntur propriè, & loca pia, seu religiosa hospitalia, quoniam sunt ædificata sine authoritate Episcopi; similiter de consuetudine legitimè præscripta, Abb. *in Clem. 2. nu. 4. & 5. de relig. dom.* quod dixi, intellige, modò non habeat formam Ecclesiæ, vel si in eo celebretur, quia hoc non potest fundari sine Episcopi auctoritate. Innoc. *in c. ad hæc, de relig. dom.* nec dici potest locus religiosus. Adde quod dicit Gem. *in c. fin. vers. sed quid, & ver. de his, de offi. leg. lib. 6.* ubi habes, quando hospitale est accessorium Ecclesiæ, quando principale, quando separatum, quando juris patronatus clericorum, quando laicorum, & quando collegiatum, quod nota pro collatione illorum, & pro visitatione, & pro Seminario, & pro reservationibus, prout habes in diversis locis hujus Praxis.

Ad secundum, post mortem ædificantis potest Episcopus visitare, & videre, si cuncta proceduntsecundùm ordinationem defuncti, *ut in §. si quis ædificationem, in auth. cit.* Selva, & Sylvest. *locis cit. & in verb. visitatio. §. ult.* Angel. *in ver. hospitale, in princ.* & si reperierit rectorem positum per hæredes defuncti perperam administrare, potest Episcopus eum revocare, aliumque instituere. Hoc ampliatur primò, etiamsi testator, qui ædificavit, interdixerit ne Episcopus se intromittat, Conc. Trid. *sess. 7. c. 9. c. tua nobis, de testamen.* & ibi Covar. *nu. 6. & 8. decis. Rot. 868. in antiquis.* Ratio

est, quia testator facere non potest, quod leges in casib. suis locum non habeant, *l. nemo potest, ff. de legat.* 1. Gom. *in q. 32, de trien. possess.* vide omninò Panor. *in cap. sopitæ, nu. 5. de censibus*, & Navar. *cons. 3. de relig. dom.* dicit quod hospitale ædificatum à laico visitat *Episc.* post mortem ejus, etiamsi fundator id prohibuisset.

Ad tertium, non solùm Episcopus potest visitare hospitale post mortem fundatoris, sed etiam videre computa, & administrationem rectorum, & procuratorum illius, per *c. 9. ead. sess.* Ratio est, quia licet non sit locus religiosus, & sacer, prout *suprà*, tamen dicitur locus pius, quia ad pios usus ædificatus est, Abb. *in ca. 295. & in c. de Xenochiis, n. 2. & 3. & c. ad hæc, de relig. dom.* Selva *loc. cit. nu. 26.* & venit appellatione piorum locorum, Sylv. *in ver. legatum*, 4. huc ampliatur, etiamsi dictum hospitale esset juris patronatus cum auctoritate Episcopi, Con. Trid. *loc. cit. c.* 8. fallit primò, quando in institutione dicti hospitalis, & ordinatione Ecclesiæ talis, seu fabricæ secus cautum esset, ita sac. Congreg. *declarat* 184. & tunc non tenerentur administratores reddere rationem Ordinario. Idem Angel *in ver. Hospitale, in princ.* Dicet quis contrà, per *cap. tua nobis, & cap. requisisti. de testam.* Respondetur primò, illud valere in legatis piis, sed hoc dictum est Concilii, & sacræ Congregationis, intelligitur institutione, & ordinatione Ecclesiæ fabricæ, seu hospitalis, facta ab ipso fundatore de consensu ipsius Ordinarii, Abb. *in Clement. quia contingit, numer. 4. de relig. dom.* Urgebit quis, Ergo Episcopus in his fabricis & Ecclesiis non se intromittet, nec circa visionem rationis computorum. Respondetur, quod ita res se habet, & servandæ sunt piorum locorum constitutiones, & quia fortassis illæ concessæ fuerunt à summis Pontificibus, vel Prælatis, ut *suprà*; Abb. *in Clem. quia contingit, num. 4.* D. Ant. *3. par. tit. 10. c. 11. §. 2. in princ.* adhoc ne patroni retraherentur à fundatione dictorum locorum piorum, Sel. *loc. cit. 3. p. q. 2. n. 11. & 12.* & Staph. *de lit. gra. f. 92. n. 8.* Dicet quis iterum, ergo Episc. neque poterit ista visitare; Respondetur, quòd Conc. circa visitationem solum eximit loca pia quæ sub Regum immediata protectione sunt: nam illa sine eorum licentia Episc. non potest visitare; ergo potest visitare omnia alia, & Conc. solùm *in c. 9.* concepit exemptionem visionis computorũ, & administrationis, non visitationis. Fallit secundò, quando ex consuetudine, privilegio, aut ex constitutione aliqua loci, aliis ad id deputatis ratio computorum reddēda esset, tunc enim cum his adhiberi debet etiam Ordinarius, & aliter factæ liberationes dictis administratoribus minimè suffragentur, & ita censuit sacr. Cong. *declar. 210.* extant literæ Sixti V. ad omnes Episcopos regni Neapolitani, quibus eis præcipit, ut visitent hospitalia, juxta decretum sac. Cõc. Trid sub anno 1588. 2. Novembris, Episcopo Fulignano Nuntio in dicto regno, & sac. Congreg. *declar. 288. in meis*, censuit in hæc verba, *Ordinarius non habet auctoritatem visitandi hospitalia, neque confraternitates quæ à laicis reguntur, nisi in casibus*

à jure

à jure expressis, & c. 8. sess. 22. Conc. Trid. intelligitur solummodò in casibus à jure communi permissis : licet tamen Ordinario ab eis rationem administrationis exigere, nullâ habitâ ratione juris communis, sed tantum servatâ dispositione *d. c.* vide *in ver. visitatio*, §. 3. *ver. 9.*

Primum dubium, quod discrimen erit inter hospitale juris patronatus & fundatum cũ conditionibus prædictis, ut non Ordinarius se intromittat? &c. Respondetur, quod in primo casu (nisi aliud cautum erit à patronis) Ordinarius loci poterit illud visitare, & rationem administrationis videre, & instituere administratores sibi à personis præsentatos, argumento eorum, quæ dicuntur *in toto tit. & tradatu de jure patronatus*, & si invenerit ibi administratores perperam agentes, illis per eum sublatis alios instituet, & patronus pro illa vice privatus erit præsentatione, Selva *loc. cit. & Clemen. quia contingit, & ibi gloss. in ver. negligentia, de relig. dom.* in secundo casu Episcopus circa rationem computorum non se occupet.

Secundum dubium, ædificatur hospitale auctoritate Episcopi, & tunc dicitur locus pius, religiosus, sive Ecclesiasticus, Staph. *loc. cit.* & quando non appareret de auctoritate Episcopi, præsumitur interveniſſe, quod potest præsumi. Primò, quando est in forma Ecclesiæ. Secundò, ubi Missæ celebrantur. Tertiò, vel sit altare. Quartò, vel sit campanile, sive campana : licèt ibi aliquando celebretur solùm in festivitatibus magnis, ut notat Cardinalis *in Clem. si. de cens.* Selva *loc. cit. num. 25. & 29.* gl. & tex. *in c. unicuique, de consecratione, d. 1.* Abb. *in cap. inter dilectos, num. 12. & 8. de donat.* & ibi addit Zachar. *litera C.* & addit Sebast. Sap. *litera D.* faciunt quæ dixi *in ver. alienatio*, §. 10. dixi hoc, quia licet testator, seu fundator dicat quod Episcopus non se intromitat in cura, & in institutione ministrorum dicti hospitalis, seu Oratorii, sic fundati, tamen non teneret ista dispositio, etiamsi apposuisset, quod bona illa relicta in dotem dicto hospitali seu Oratorio, in alium pium usum expendantur casu, quo Episcopus se intromitteret, Covar. *in dicto c. tua, num. 8. & de sponsa. 2. p. c. 3. 1. nu. 20.* Rochus *tract. de jure patronat. in verbo pro eo quod, q. 12.* vide Abb. *in c. patentibus, num. 1. de privil.* quando hospitale, seu aliquis locus confratrum dicatur pius, & subesse Episc. vide *in ver. confraternitas, n. 4.* Caputa. *decis. 328. p. 1.*

Tertium dubium, quia Conc. *c. 8. sess. 22.* dicit Episcopos tanquam Sedis Apostolicæ delegatos, esse executores piarum omnium voluntatum, tam inter vivos, quàm causa mortis. Dubitatur an hoc solùm ad Episcopum pertineat, maximè cum interdum sint aliquantulum circa hoc non satis diligentes? Respondetur ex Covar. *in c. si hæredes. numer. 1. de testamen.* & ibi Abb. *in col. 1.* & Barbat. quod cùm hoc sit fori mixti, ad judicem secularem etiam pertinet, & sic utrumque judicem potest adire quicunque ille sit, ut exequi faciat legata pia, Covar. *ibid. num. 2.* & Abb. *in c. si hæredes,*

redes, num. 3. de test. am. ubi ait dari locum præventioni, & hinc est, quod fortassis in regno Neapolitano nollent judices sæculares, ut isti administratores locorum piorum reddant rationem suæ administrationis Episc. quia cùm sit casus mixtus, ut isti prætendunt, stare in possessione casuum mixtorum, in hoc etiam vellent stare: sed ad hoc posset responderi dupliciter, quod si est, ut dixi ad primum, tunc currere posset ista prætendentibus, quia est ædificatum sine auctoritate Episcopi. Secundò, sed quando vel est cum Episcopi auctoritate, vel si non constet, præsumi debet, per dicta *superiùs*, nescio qua ratione hoc possent prætendere, cùm omnia loca ædificata auctoritate Episcopi sint sacra, pia, & religiosa, ut dictum est *sup.* quæ pertinent ad Episcopi jurisdictionem, *c. omnes Basilicæ, 16. q. 7. & aliis vulgatis juribus.*

Quartum dubium, quænam dicantur loca pia, & legata ad pias causas? Respondetur ex Syl. *in ver. legatum, 4. ab initio, & per totum.*

Quintum dubium, an Ordinarius posset inquirere contra tenentes bona, quæ debent distribui pauperibus. Respondetur affirmativè, Maran. *6. p. tit. de inquisi. num. 154.* & habetur *in Auth. Hoc amplius, de fidejussor.*

Sextum dubium, quid si quis administrator piorum locorum, videns se constrictum ad reddendum rationem suæ administrationis appellaret? Respondetur ex sac. Conc *sess. 24. c. 9. de refor.* ubi dicit, quòd licèt admittatur appellatio, non propter hoc impeditus, aut suspenditur executio, & ita etiam censuit sac. Congreg. *declar. 484.* idem Angel. Aret. *in §. œconomos, in fine, in Auth. de sacrosan. Episc.* Maran. *6. p. tit. de appellat. num. 198.* ita etiam quando suffraganeus Episcopus visitat suam diœcesim, si appellaretur ad Metropolitanum, appellatio teneret quoad devolutionem, sed non quoad suspensivam, seu impeditivam, ita sac. Cong. *decl. 487.*

Septimum dubium, an Episcopus, quando visitat loca ista pia, seu hospitalia, possit ab eis recipere procurationem, de hoc vide *in ver. visitatio, §. 5. dub. 7.*

Octavum dubium, an relicta in aliquo hospitali pro hospitandis peregrinis, vel curandis ægrotis, aut ad aliquid hujusmodi, possint per Episcopum in alium pium usum converti? Respondetur, quod videtur non posse. per *Clem. quia contingit, in princ. & ibi gl. in ver. non ad alium*, sed quicquid sit, Conc. Trid. *sess. 25. c. 8. de refor. in ver. quod si hospitalia*, dicit posse Episcopum cum duobus de Capitulo, quando, in loco ubi sunt dicta hospitalia, similes personæ, aut pro parte reperiantur, etiamsi contrarium in ejus fundatione, aut institutione expressum fuerit in hunc eventum, i. si ibi non hospitarentur pauperes, vel illuc non venirent aliquæ personæ propter aliquam causam: sed vide *in ver. Legatum, §. 2.*

Nonum dubium, ad quod tempus debeat dari gubernatio, seu administratio hospitalis? Respondetur ex eo. sac. Con. *loc. cit. in fin.* quod solùm ad triennium, nisi aliter in fundatione cautum reperiretur.

Decl-

Decimum dubium, an teneatur hospitale contribuere Seminario de introitibus seu fructibus suis; Respondetur à sac. Cong. *declar.* 147. quod non nisi datum sit in titulum, commendam seu administrationem.

Ad quartum, vide Vinc. de Fran. *decis.* 98. *num.* 9. *& per totum.*

Ad quintum, vide Bull. Clem. IV. 1. & Pii III. 13. Pii V. 71. quæ incipit: *Sacrosanctum.*

INSTANTIA.

PRimò, instantia de jure civili perit in civilibus per triennium, & in criminalibus per biennium. *l. properandum, &* ibi Scribentes, *C. de jud.* Maran. *5. par. n. 5.* glos. *in c. Venerabilis, in ver. non obstat. de jud.*

Secundò, hoc fallit, de jure Can. & in terris Ecclesiæ, & ubi jure Canonico vivitur, quia ibi nunquam perit instantia. text. & gl. *loc. cit.* Cor. *cons. 210. in 4. vol. in fi.* Maran. *ubi suprà.*

Tertiò, causæ Ecclesiarum non habent instantiam peremptam lapsu triennii, etiamsi agitur coram judice sæculari, tenet Caravita *in ritu 22. nu. 9.* Dec. *in ca. Eccles. S. Mariæ, de const.* Imol. *in l. properandum, §. si C. de jud.* Card. *Clem. 1. de in integr. restit.* Jason. & Salic. *in d. §.* sed contrarium videtur practicari, quod instantia etiam permittitur lapsu triennii in causa ecclesiastica, prout colligitur ex his quæ voluit Ioan. Vinc. de Annan. *in Repet. constitut. Divæ memoriæ, numer. 19.* ubi dicit, quod in causa sancti Anelli, cum Joanne Jacob. Copula per Præsid. sacri Cons. Neapol. fuit inflatus spiritus vitæ instantiæ, & tamen lis erat cum Ecclesia, sed an insufflatio bis peti possit, dum instantia est peremptа, vide Capyc. *dec. 165.* Gram. *decis. 69.* Boer. *decis. 247.* & de ista materia peremptionis instantiæ vide Capyc. *decis. 11. num. 9. cum sequentibus & decis. 109. numero 4.* quando autem causa esset clerici, secus esset dicendum, quia in hoc clericus non gaudet privilegio Ecclesiæ. Abb. *in dict. capit. 55.* Maran. *ibid. num. 21.*

Quartò, in prima instantia sac. Conc. Trid. *sess. 24 c. 20. de reform.* per lapsum biennii, dat optionem partib. adire superiorem competentem: sed non propter hoc irritat acta facta, sed partes possunt uti eis coram judice ad quem.

Quintò, in secunda instantia datur ad biennium, *c. cùm sic Romana, & c. ex ratione de appellat.* Gom. *q. 68. de ann. posses.*

Sextò, hoc tamen fallit in Curia Romana, ubi lis, sive instantia nunquam extinguitur nisi per sententiam, Gom. *q. 56. & 98. in fi. de trien. possess.*

Septimò, an possint per judicem prorogari fatalia? Affirmativè respondetur, modò primò faciat, hoc antequam decurrant in totum dicta fatalia. Staph. *de lit. grat. f. 243. num. 1.* Secundò, ut hoc fiat ex causa, quæ debet esse nota ipsi judici, Maran. *tit. de appellat. nu. 231. & infra.*

Octavò acta an censeantur esse annullata peremptа instantia? Respondetur ex Addit. *ad q. 279. Cap. Tolos.* quod non acta ordinatoria.

JUS PATRONATUS.

SUMMARIUM.

1 *Quotuplex sit jus patronatus.*
2 *Quibus modis acquiratur.*
3 *Quomodo probetur.*
4 *Tempus præsentandi in eo quodnam sit.*
5 *An tempus currat patronis litigantibus.*
6 *An possit permutari absque consensu patroni.*
7 *Quomodo sit facienda præsentatio.*
8 *Quomodo amutatur, seu perdatur jus præsentandi.*

AD primum, dicitur quòd est duplex, Ecclesiasticum & laicale. Primum competit personæ ecclesiasticæ, vel laicali, ratione Ecclesiæ. Secundum competit, vel personæ ecclesiasticæ, vel laicali, ratione patrimonii, vel fundatione, vel dotatione, vel ædificatione, Rebuff. *pract. benef. tit. de præsent. & instit. num.* 4. & 5.

Ad secundum. Acquiritur decem modis. Primò, ædificatione sola, etiam facta animo non acquirendi jus patronatus in Ecclesia ædificata, *cap. significavit, de testib.* Staph. *de lit. grat. fol.* 91. *num.* 5. *c. nobis. de jure patron*, modo in ipsa ædificatione Ecclesiæ accesserit Diœcesani consensus. Staph. *ibidem nu.* 2. Ratio est, quia nulla Ecclesia potest ædificari sine consensu Episopi, Sylvest. 1. *p. q.* 6. *per totam*: secundò, dotatione, ad quam etiam requiritur Diœcesani auctoritas, Roch. de Curt. *de jure patr. qu.* 1. *in ver. dotavit*, Selva *ibid. num.* 9. Tertiò, fundatione: sed ista concurrit cum ædificatione; nam ædificari non potest sine fundo, licèt unus fundum, alter ædificationem operetur, Conc. Trid. *sess.* 25. *c.* 9. *de refor. ver. ut igitur*, ait acquiri, vel fundatione includente ædificationem, seu dotationem. Quartò, successione, *c. considerandum*, 16. *q.* 7. *c. quoniam, de jure Patron.* Quintò, donatione, *c. ex insinuatione, eo. tit. & ibi gloss. in ver. liberalitate.* Hic sunt duo dubia, & primum dubiũ, an possit patronus donare suum jus laico sine consensu Episcopi. Respondetur negativè, gloss. *in c. citato.* Secundum dubium, an possit donare jus patronatus Ecclesiæ? Videtur quod non, *c. quod autem c. illud, c. nullus, de jure patron.* decis. Rotæ *eod. tit. in novis.* tamen contrarium est verius, per *c. unicum, eo. tit. l.* 6. Textus illi, qui videntur facere in contrarium, possent exponi per ea quæ dicit gl. *in d. c. unico, in ver. censenda*, & sic ad dictam decis. vel dic, quod sunt correcti per jus novum, Staph. *de lit. grat. fol.* 98. *n.* 2. Selva *loc. cit. n.* 3. & licèt possit fieri donatio compatrono sine consensu Episcopi, nõ tamen filio compatroni sine illius consensu. Caputq. *dec.* 19. *p.* 2. & quod sola ædificatio vel fundatio vel donatio acquirat jus, vide Nav. *cons.* 7. *de jure patro. n.* 6. & 7. Sextò, permutatione, *c. nemini*, 16. *q.* 7. & in hac permutatione non requiritur consensus Episcopi, Abb. *in c. plures. n.* 7. *hoc. tit.* nec in venditione cum Universitate, Abb. *in c. illud, num.* 4. *eodem*, nec si donatur, compatrono, idem *n.* 4. *in c. ex insinuatione, eod.* Septimò, venditione, quia transit cum Universitate,

sitate, *c. secundum, c. ex literis, eo. tit.* Sed an hoc locum habeat in venditione fundi, ubi reperitur Ecclesia juris patronatus, vide Covar. *li. 1. cap. 13 num. 3. & 4. var. resol.* & an transeat cum venditione palatii in quo adest capella, quæ habet multos redditus, negativè respondet Innoc. *in c. ex literis, nu. 3. hoc tit.* Octavò, consuetudine, sine præscriptione, Staph. *loc. cit. fol. 95. nu. 2.* sed hic est dubium: nam videtur, quod jus patronatus non possit præscribi? Syl. *loc. cit. 2. p. q. 19. n. 2. & 3. p. q. 11. n. 23. in fine*, facit *c. Messana, & ibi gl. in ver. consuetudo, de elect.* & Syl. *loc. cit. q. 23. num. 12.* & Gom. *in q. 13. col. 2. in principio.* Syl. *in ver. præscripto, 2. §. 2. n. 5. ver. 5.* tamen Staph. *loc. cit.* dicit, quod sic, idem confirmat Covar. *pract qq. c. 39 n. 6. vers. 4.* Conclusio, Ego censerem cum secunda opinione, quam etiam videtur innuere gloss. *in c. generali, in ver. antiquo, de elect. lib. 6.* & idem videtur etiam confirmari à sac. Conc. *loc. cit.* dum dicit, quodsi ex fundatione, vel dotatione non potest probari, ex multiplicatis præsentationibus per antiquissimum temporis cursum, qui hominum memoriam excedat, sive aliàs secundùm juris dispositionem, quæ juris dispositio potest esse per præscriptionem, ut habetur in gloss. *in c. cùm Ecclesia, in ver. trium, de can. possess.* sed Rebuf. *lo. cit. n. 23.* videtur concordare ambas opiniones, quod jus patronatus non posset præscribi, i. proprietas, sed jus præsentandi sic. Innoc. *in c. curam*, Covar. *in c. alma mater, 2. p. §. 10. n. 7. & infr.* Sed gl. *in cap. 1. in ver. obtineri, de reg. jur. lib. 6.* dicit Ecclesiam posse præscribi, etiam quoad proprietatem, per *d. c. cura pastoralis, hoc tit.* & Abb. *in cap. sanè, n. 2. de privil.* Nonò, privilegio, Staphil. *loc. cit.* Selva 2. *par. q. 23. per totum.* Decimò, reædificatione: sed requiritur primò auctoritas Episcopi. Secundo, quòd illa Ecclesia sit omnino destructa, ita quod denuò ædificans à fundamentis reincipiat, licèt altare remaneat intactum, gloss. *in c. quanta, in vers. fundatores, de jure patron.* gl. *in c. de fabrica, in ver. innominata, de consecr. distinct. 1.* Staph *loc. cit. fol. 97. num. 6.* Innoc. *in rub. de jure patron.* Con. Trid. *sess. 14. c. 12. de reform.* & quid si Ecclesia ædificatur in alio loco, an huic novæ noviter ædificatæ accedat dos quæ priori fuerit donata? Respondetur quod sic, & patronus erit ille qui dotavit priùs, etiam hujus posterioris: sed non qui dedit fundum primæ, erit patronus hujus secundæ, sed qui dedit fundum huic novæ ædificatæ. Innoc. *in rubr. hujus tit. num. 2. in fine.*

Ad tertium, vacante jure patronatus ponitur edictum ad valvas Ecclesiæ vacantis, sive parochialis, si illa patronatus esset diruta, & illud edictum, sive ad instantiam fisci, sive ad præsentationē patroni, cum inserto tenore comparitionis, & dato termino ad probandum, considerent locorum Ordinarii discrimen inter patronos, qui sunt tanquam personæ privatæ, & personas, sive communitates, vel universitates (personas hic intellige Duces, seu Barones, personasque nobiles) quia his omnibus solet præsumi potiùs ex usurpatione, quàm aliquo licito modo quæsitum fuisse jus patronatus: nam privatis personis

sonis sufficeret probare jus patronatus uno ex his modis, fundatione, vel dotatione, vel ex multiplicatis præsentationibus, vel cursu temporis, vel præscriptione, & hoc sufficiat, si bene perpendantur verba Concilii, imò ex unico actu, ut quia semel quis præsentavit, & sequuta est institio, & ille institutus vixisset spatio quadraginta annorum, profectò hic habet requisita Concilii, nempe cursum temporis, præsentationem & institutionem, & ista præscriptio quomodo probetur vide Caputaquen. *decis.* 128. *part.* 2. & quod unica præsentatio sola cum bona fide inducat quasi possessionem patrono, vide Roch. *tract. de jur. patronat. in ver. competens, nu.* 38. Decium *consi.* 111. & 126. Caputaqu. *decis.* 337. *par.* 2. & quasi possessio juris patronatus potest probari per testes, modò deponant de visu per 40. annos, gloss. *in cap.* 1. *de rescript. lib.* 6. Caputaq. *decisio.* 339. *parte secunda*, & ista quasi possessio juris patronatus, potest probari per requisita à Cald. *consi.* 12. *de jure patron.* Caputaq. *decisio* 418. *part.* 2. idem Franc. Bald. *tract de præscript.* 1. *part.* 5. *prin. capitul.* 9. *nu.* 4. & Navar. *consi.* 1. *de causa possess.* dicit, jus patron. posse præscribi spatio 40. annor. quæri, augeri, multiplicari, & tolli, idem *consi.* 5. *de præscript. nu.* 3. & *consi.* 7. *de jure patron.* idem Afflict. *in pralud. Constitu. reg. quæst.* 19. ubi dicit, spatio quadraginta annorum præscribi jus patronatus contra Regem à Prælato; & hæc probantur per *cupit. Consultationibus. eod. tit.* Covar. *pract. quæst. cap.* 14. *n.* 2. *versi.* 3. Selva 2. *p. q.* 7. *n.* 2. & gloss. *in c.* 3. *in versi. tua, de causa possess.* videto Vin. de Annan. *singul.* 69. Abb. *in c.* 1. *nu.* 4. *de relig. dom. & in consi.* 54. *col.* 2. *l.* 1. Calder. *consi.* 12. *de jure patron.* Oldrad. *consi.* 312. Cald. *consi.* 47. Dec. *consi.* 134. faciunt quæ dicit Felinus *in capitulo super quibusdam, de verbo signifi. & in tract. suo, qualit. literæ Apost. noc. pract. col. ult. & Bal. in cap. cùm super, de renuntiat.* ubi in antiquis dicitur sufficere famam in probando, Boer. *in decis.* 42. *n.* 32. ubi dicit, quod in præscriptione longissimi temporis non requiritur titulus, & *decis.* 124. *n.* 14. dicit, quod si prælatus fuit diu in possessione prælaturæ, præsumitur, quod fuerit legitimè institutus: secundis verò personis, Universitatibus seu Communitatibus non sufficit probatio temporis immemorabilis, sed præter aliqua necessaria ad eam probandam requiruntur præsentationes, quæ sint continuæ, saltem quinquaginta annorum spatio, & quod omnes sortitæ sint effectum suum, quia ex solis præsentationibus non acquiritur jus. Innoc. *in c. quoniam hoc titul.* & quod hoc probare debeant authenticis scripturis, ad quod utinam Reverendissimi locorum Ordinarii, eorumque Vicarii haberent oculum; nam ego habui in practica multa hujus generis, & in probatione quasi omnes deficiunt, quia pro majori parte omnia jura patronatuum sunt usurpata à Baronibus, vel dominis, & hoc vel nimia indulgentia, & incuria Prælatorum, vel potentia dominorum (dormientibus omnibus) juxta illud Evang. Sed ante omnia Ordinarii, antequam recipiant præsentationem, debent præsentatum diligenter examinare, Rebuff. *cit. loc. n.* 5. & si Ord. procedat

cedat ad institutionem juris patronatus, absque edictis propositis, an valeat dicta institutio: respondetur negativè, sicut etiam proceditur in electione. Caputaquens. *decis. 63. per cap. fin. de elect. l. 6. & decis. 128. par. 2.* dicit quòd si Episcopi prædecessores dixerint jus patronatus pertinere ad talem personam, & id probatum non fuerit, erit in præjudicium successorum, & Ecclesiæ.

Ad quartum. Tempus patrono laico currit quadrimestre, idem si esset persona ecclesiastica, sed non ratione Ecclesiæ, si vero ratione Ecclesiæ vel ex donatione sibi facta, Anch. *in dict. cap. num. 1. ver. 6. nota*, habere semestre, etiamsi laicum haberet compatronum, *c. unicum de jure patronat. 6. §. versi*, Gom. *tract. de provid. num. 141.* Syl. *loc. cit. 2. p. q. 39.* hoc fallit in parochiali patronatu, in qua patroni habent nisi viginti dies ad præsentandum, ita Bulla Pii V. de qua fit mentio *in ver. parochia*, §. 2. Nav. *de immuni Eccles. num. 5.*

Ad quintum, an præsentantibus patronis, & orta lite super jure patronatus, si non sopietur causa intra quadrimestre, vel semestre, elapso termino possit Episcopus providere invitis patronis § Et videtur quod sic, per *cap. quoniam, & c. tum propter, eod. tit.* & Selva. 2. *par. quæst. 7. circa ultimum*, Lambertus *de jure patron. fol. 117. & 122. num. 1. 7. & 9.* Syl. *3. p. quæst. 1. numero 9.* tamen oppositum habetur ex Lapo *alleg. 78. ad quæst. 5. n. 15.* & idem Selv. *3. q. 52.* sed ad hoc sciendum, pro practica est notandum: nam aut controvertitur inter fiscum Episcopi prætendentis Ecclesiam vacantem pertinere ad meram collationem Episcopi, & esse liberam (cum regulariter omnis Ecclesia præsumatur libera, nisi probetur contrarium, *cap. omnes basilicæ, 16. q. 7. cap. regenda, 10. q. 1.*) & ipsos patronos, prætendentes jus præsentandi, vel jus patronatus ad eos pertinere, & tunc durante lite, Episcopus non potest providere invitis patronis, sed ponet œconomum in dicta Ecclesia, quousque sit terminatum negotium, vel lis est inter ipsos patronos non concordantes in præfato, vel alter ipsorum prætendit alterum non esse patronum, vel quid simile, & tunc Episcopus potest providere de Ecclesia, hæc notabiliter gl. *in c. eamte, de jur. patronatus*, & ibi Abb. *in cap. 11. num. 3. eodem, in cap. cùm vos. in ver. œconomos, de offic. ord.* Inn. *in cap. 1. n. m. . hoc tit.* & Lamb. *loc. cit. f. 129 casu 4. & 118. num. 8.* Syl. *3. p. q. 59.* gloss. *in cap. si plures, in ver. offerri, 16 q. 7.* & tunc Episcopus confert salvo jure præsentandi illi, qui postea evicerit jus patronatus per ultimum calculum sententiæ, sed non pro illa vice, prout *inferius*, §. *decimosexto.*

Ad sextum. Sunt duæ opiniones. Prima, Covar. *pract. quæst. cap. 36. numer. 9. versic. 8.* ubi dicit, omnes Doct. convenire in hoc, quòd ubi permutatio juris, patronatus fuerit facta sine consensu patroni laici, vel ecclesiastici, vel ipso jure vel per sententiam est rescindenda, si patronus intra legitima tempora justam contradicendi causam exposuerit, imò etiamsi permutatio fiat in Curia, quod confirmat ex Innoc. *in cap. fin. de renuntiat.* Secunda opinio est Staph. *loc. cit. fol.*

98. *numero* 3. ubi dicit permutationem, quæ fit inter beneficiatos de auctoritate Episcopi valere, & non requiri in ea consensum patroni. Conclusio. mihi magis placet secunda opinio, quam etiam consuetudine ita dicit observari Rebuff. *pract. benef. tit. de permut. num.* 43. & Bellamera *consil.* 6. & ita ego obtinui in facto in curia Archiepiscopali Beneventi, & allegavi in hoc anno 1589. Si quis verò vellet videre multa, videat Rebuff. *l. c. in* 3. *p. sign. grat. super verba, Clauf. nec non juris patronatus, n.* 21. *& nu.* 40. *ubi supra num.* 21. *&* 22. vide Anchar. *in cap. unico, num.* 3. *de rer. permut. lib.* 6. Ratio est in promptu, quia hic non datur vera vocatio, & regulariter beneficium resignatum in favorem alicujus, debet illi conferri, *Clem. unica, de rer. permut.* alias resignans potest repetere, *c. si benef. de præb.* Sylv. *lib.* 6. 3. *p. quæst.* 6 4. *num.* 3. decis. Rotæ. 3. *de rer. perm. in noviss.* Addit. *ad dec.* 4. *num.* 8. *ibidem*, sed tunc esset opus nova collatione, Gomm. *quæst.* 24. *colum.* 2. *de trien. possess.* Staph. *ubi supra. fol.* 112. *numero* 13. & propter hoc non fit præjudicium principale patronis, quod honesti in consideratione, Gomm. *quæstion.* 27. *de ann. possess.* facit dec. Rot. *de rer. perm. in nov.* pro contraria opinione præter reliquos, vide Guid. Pap. *quæst.* 374. *num.* 1. idem Capel. Tolos. *quæst.* 107. Hoc tamen debet intelligi primò, non solùm quando fit permutatio inter duos habentes ambo beneficia juris patronatus, sed etiam quando solum alteri. Secundo, sed solus debet intelligi simplici resignatione, quia tunc requiritur consensus patroni. Ratio est, quia datur tunc vera vocatio, cùm simpliciter fiat resignatio, prout Covar. *loco citato, cap.* 36. *numero* 8. *versic.* 8. ubi solùm agitur de permutante per *Clem.* 1. *de rer. permut.* Sed dices, quid de renuntiatione facta in favorem? Dico primò non debet admitti. Abb. *in cap. ex parte, il.* 1. *n.* 4. *de offic. deleg.* Gloss. *in Ca. ord.* 1. *q.* 1. Staph. *fol.* 118. *numero* 7. Dico secundò, si fieret, requiri consensus patroni, & ratio potest esse, quia aliàs posset fieri fraus per successivas resignationes.

Ad septimum respondetur, quòd præsentatio debet fieri præsentaliter, sensib. corporis illius cui fit præsentatio, adeò quòd præsentatus debet esse personaliter coram Ordinario, nec sufficit patronum præsentantem aliquem, solùm mittere instrumentum præsentationis Ordinario, Selva 3. *par. quæst. prima. numero* 6. *& quæst.* 2. *num.* 45. dec. Rotæ. in terminis 3. *de jure patronat. in noviss.* gl. *in Clem. dudum, in ver. præsentari, de sepult.* & ibi Abb. *num.* 23. *in cap. ea noscitur, nu* 3. *de his quæ fi. à præl.* & si secus factum fuerit, patrono currit tempus in cassum, Innoc. *in c. in Lateranensi. in fin. de præb.* ubi deberent habere oculum Ordinarii; nam scio in quodam Archiepiscopatu factè fuisse quendam præsentatum, & deinde institutum, non existentem in rerum natura, & patronus sibi usurpabat fructus beneficii singulis annis, contra decretum sac. Concil. Trident. *sess.* 22. *cap.* 11. *de reformat. & sess.* 25. *cap.* 9. *versic. patroni autem, de reform.* Abb. *in cap. cum parati, col.* 1. *de appellat.* & hoc patet ratione, quia præsentatus debet prius examinari ab Ordinario, si est idoneus, pro-

ac

prout dixi *supr. §. 3. in fine.* Anchar. *in cap. ius cœpti num. 2. de præb. lib. 6.* & Abb. *in cap. pastoralis, num. 7. hoc titulo.* Fallit primò, quando præsentatus esset notus Ord. Abb. *loc. citato, & in Clem Romani, num. 3. de restitut.* fallit secundò, in collatione beneficii, quæ potest fieri absenti, *cap. si tibi absenti, de præb. l. 6.* & ibi Gem. *n. 2.* ratio est, quia beneficia debent conferri personæ notæ, & cognitæ, Rebuff. *in declaratione provis.* & ita intelligitur de regimine cujuscunque Ecclesiæ, Abb. *in cap. 1. num. 3. de renuntiat.*

Ad octavum. Omittitur, & privatur ipso jure patronatus. Primò, quando venderent illud, vel præsumeret in alios contra canonicas sanctiones transferre, & subjicitur excommunicationi, & interdicti pœnis, Conc. Trid. *sess. 25. cap. 9. versic. nec dictum. de reformat.* Secundò si jurisdictiones, bona, census, & jura, &c. sibi usurparet quacunque arte. Innoc. *in capitulo, cum nos, de offic. ordin.* &c. Conc. Trid. *sess. 22. capitulo 11. de reformat.* & est excommunicatio Papal. s. Tertiò, quando per se, vel per alios faceret interficere Rectorem, vel clericum sui juris patronat. Abb. *in cap. quibusdam de pœn.* Quartò, per hæresim, Symanc. *de Cath. institut. titulo 9. num. 95. & 96.* Quintò, patroni præsentantes indignū, privantur illa vice potestate præsentandi, & devolvitur potestas ad Ordinarium, *cap. perpetuo, de elect. lib. 6.* Abb. *in cap. Congregatio, num. 3. de elect.* An autem in fundatione seu dotatione juris patronatus possit patronus sibi reservare quòd fructus sint sui durante vacatione, vide Gloss. *in cap. generali, in verbo, fundatione, per illum textum,* & ibi Gemin. *versiculo, Gloss. super versicul. fundatione, de elect. lib. 6.* vide *in secunda parte, in versic. Ius patronatus.*

Hic sunt multa dubia. Primum, à quo tempore currat tempus ipsi patrono ad præsentandum? Primò respondetur, à die vocationis, etiamsi sit ignarus, vel impeditus; ita videtur dicere Lambertinus *loco citato, folio 122. & 117. numero 1. in part. 7. & 9.* Secundò respondetur, & verius, quòd corruit à die verisimilis notitiæ, d. cis. Rotæ, *unica, de jure patr. in antiquis, cap. quia diversitatem, de concess. præb.* imò, quòd etiamsi sciret, tamen esset impeditus legitimo impedimento, non curreret ei tempus, gloss. *ibi in versiculo suspensus,* etsi incurrisset impedimentum illud culpa sua, Staph. *de de lit. grat. fol. 124. num. 6. & 7.* & idem de prælato circa collationem beneficiorum, *cap. licet, & ibi gloss. in versiculo, notitia, de suppl. neglig. prælat.* Rota, decis. *de jure patronat. in noviss. & 13. in antiquis,* Roch. *de jure patron. in versic. beneficium, quæstio 27.* Caputaquens. *decisione 248. parte tertia,* etiamsi testator præfinierit tempus ad præsentandum, quia debet intelligi juxta juris dispositionem, id est, à die notitiæ; idem *ibidem.*

Secundum dubium, quando præsumatur ista notitia in prælato? Respondetur ex decis. Rotæ, *6. de jure patr. in noviss.* quòd residet in diœcesi, Abb. *in c. fin. circa fin. de jur. patro.* Gom. *in ca. 2. nu. 54. de constit. lib. 6. & in quæst. 5. in reg. de verisimili notitia.* dicit debere attēdi potentiā, & non necessitatem, ut quia potuit

cire, & non quòd debuit scire, & hoc fundatur ratione, quia Ordinarius præsumitur habere certam notitiam beneficiorum vacantium in diœcesi sua, cùm singulis annis teneatur visitare suam diœcesin. *cap. ordinarij, de offic. ordin. libro 6.* & ad hoc nō sufficit quælibet fama publica vocationis. Addit. decis. Rotæ 1. *num. 3. de suppl. negleg. Prælat.* Sic etiam quando beneficium vacat in diœcesi, & Prælatus est extra illam, non cuttit ei tempus, decis. Rotæ. 6. *de jure patron. in novis.* sed videant Ordinarij, ne ista ignorantia sit crassa, vel affectata, ut quia potuit scire, & noluit. Gom. *in dict. cap. num.* 54. juxta illud Psalm. *Noluit intelligere, ut bene ageret*, vide Panorm. *in cap. ex parte, num.* 13. *de conces. præb. & in cap. transmissa, num.* 7. *hoc titulo.*

Tertium dubium. Facta præsentatione à patrono, eâque admissa, quid temporis sit præfixum Ordinario ad instituendum? Respondetur, nullum à jure, Abb. *in cap. secundò, de conces. præb.* Sylv. 3. *p. q.* 64. *num.* 1. decis. Rotæ. 4. *de jure patron. in novis.* Staph. *loc. cit. fol.* 12. *nu.* 26. bene verum est, quod si Prælatus distulerit instituere, ille cujus interest, poterit appellare ad superiorem, Ioan: And. & Host. *in capitulo cùm Ecclesia, de elect.* similiter, nec est tempus præfixum à jure ad possessionem capiendi beneficii vacantis, collati ab Ordinario, secus si fuerit collatum per Papam, quia tunc intra sex menses debet capi possessio, Boer. *dec.* 24. *nu.* 10. *& decis.* 312. idem in permutationibus beneficiorum non est præfixum tempus, Rebuff. *tit. de permut. nu.* 29. hoc tamen fallit in Ecclesia parochiali, in qua si Ordinarius non instituerit aliquem idoneum præsentatum, à die præsentationis, & confecti examinis intra duos menses, datur optio appellandi; vel devolvitur ad Papam; Bulla Pii V. *quæst.* 32. *fol.* 972. & dicam, *in ver. parochia*, si patroni præsentant infra legitima tempora, & Episcopus distulerit admittere præsentatum, alioqui idoneum, fit devolutum ad superiorē? Rebuff. *tit. de præsent. & inst. num.* 9. per gloss. *in Clem. unica. de sup. neg. præl. & cap. nullus, de jure patron.* intellige, si appelletur, & devolutio ista fit gradatim, vel immediatè ad Papam prout dixi *in ver. Beneficium, §. 2. ver. fallit secundo.* Vide Gem. *in cap. præsenti, circa ultimum, de recursu ad superiorem propter dilatum institutionem.* per *cap. cum Bertoldus de re judic.*

Quartum dubium est, facta præsentatione eaque admissa, dum controvertitur, an sit jus patronatus, vel spectet ad collationem Ordinatii, & præsentatus deficiat in probationibus, vel patronus erit negligens in præsentatus juribus suis, & ferrur sententia pro fisco, contra præsentatum, an ista sententia obsit vero patrono? Videtur quòd non, nisi pro illa vice tantum, *c. olim, de possess. propiet.* Cov. *pract. qq. cap.* 14. *n.* 2. *ver. primum.*

Quintum dubium est. Aliquis Baro, sive Titulatus, qui habet multas terras, & in eis multas ecclesias patronatus, moritur, relinquens multos filios, petitur an præsentatio pertineat ad omnes, vel tantum ad primogenitum succedentem in feudo? Respondetur quòd solum ad hunc, facit *capitulum cum secutum, & capitulum, ex literis, de jure patronatus*, ubi

ubi transit cum universitate, idem Covar. *loc. citato, capitulo 38. circa ultimum, in ver. ego verò.* Sed si aliqua terra, sive castrum illius morientis, ubi est patronatus, esset non feudale, ex Burgensaticis, qui in illud omnesque hæredes succedunt pro rata, dico, quòd tunc cùm non militet eadem ratio, omnes concurrere debent ad præsentationem, ita Covar. *loco citato in vers. sed ei jure patronatus*, & tunc haberet locum *Clem. eod. tit.* Si verò concordarent cum primogenito, eique remaneret castrum illud, ille tantummodo præsentabit, nisi aliter inter eos cautum fuerit, & hoc mihi accidit in facto, & ita consului; vide Innoc. *in cap. ciem secundum, hoc tit.*

Sextum dubium, an Episcopus possit concedere in jus patronatus, Ecclesiam jam consecratam? Respondetur, omissis disputationibus, quòd non. Selva. *1. p. q. 7. num. 9.* Staph. *fol. 91. numero 3. & 4.* imò capellam in ipsa Ecclesia consecrata, nisi solus Papa, prout probat Staph. per *cap. hoc consultissimo, de reb. Eccles. non alien.* tamen quicquid sit de Ecclesia consecrata, tamen capellas vidi concedi in jus patronatus, etiam existentes in Ecclesia consecrata, etiam in Cathedralibus, nec ille text. videtur hoc probare, vide Rebuff. *de signat. grat. tertia parte, super clauf. nec non juris patronat. num. 4.*

Septimum dubium. Occurrit casus in quo vidi multos decipi: duo patroni præsentant duos, & non concordant, an possit habere hic locum gratificatio? Respondetur quòd non, quia tunc gratificatio habet locum, quando à patrono præsentato primo accumulative præsentatur secundus, non recedendo à primo, secus n. non liceret, *cap. cum autem, hoc titulo*, quia variatio permittitur patrono laico accumulative, sed non recedendo ex toto à primo præsentato, Abb. *ibi* Rebuff. *loc. cit. numero 8.* tunc si patroni non concordant in unum, de rigore juris posset Episc. instituere alium extraneum, Abb. *ibi* gloss. *in cap. si plures post principium, 16. quæst. 7.* Syl. *in ver. jus patronatus. numero 9. §. 8. versic. 1.* sed Episc. in primo casu habet optionem eligendi, vel instituendi quem vult. Abb. *ibi. num 8.*

Octavum dubium. Ordinarius conferens beneficium patronatus intra legitima tempora præsentationis an valeat ista collatio? Selva, *tertia parte, quæst. 9. numero 2.* dicit, quòd sic, & Fel. *in cap. cum Bertold. de re judic.* quamvis faciat contra *cap. decernimus, 16. q. 7.* Ratio est, quia multa fieri prohibentur quæ iam facta tenent *l. patre furioso. ff. de his, qui sunt sui vel alien. jur.* Straph. *loco cit. fol. 25. n 4.* & potest addi ratio, consensus patroni potest antecedere, & subsequi, *cap. cura, eod. tit.* Roch. de Cur. *de jure patron. in ver. pro eo quod, quæst. 4.* decis. Rotæ, *5. de rer. permut. in noviss.* Gom. *quæst. 27. de ann. possess.* & valebit collatio, si patroni neglexerint intra illud tempus juris præsentare, Rebuff. *in 3. par. for. sign. grat. in clauf. nec non juris patron. num. 52.* secus verò, quando Episcopus contulisset illud beneficium patronale, tanquam ad se devolutum, quod re vera non erat tunc. n. non valeret collatio, Selv. *ibi. n. 3, versic. 9.* decis. Rotæ. *9. de jure patronat.*

in antiquis, & quænam sit ratio diversitatis, vide Boer. *dec.* 70. & Staph. *fol.* 145. *num.* 15. & Sylv. 2. *par. quæst.* 2. *à num.* 1. *n.* & 31. *quæst.* 47. *per totam*, & Gom. *quæst.* 61. *col. pen. versiculo* 1. *detrien. possess.* & *q.* 53. *col. pen. versicul. unam in primis*, *ibid.* & dec. Rot. 423. & 450. *in antiquis*, & dixi *in ver. Canonica*, §. 7. *conclus.* 4. vide Rebuff. *tit. de devolut. num.* 12. vide Abb. *in cap. illud*, *num.* 8. *hoc titulo*, vide Caputaquens. *decis.* 189. *pag.* 3. & *dec.* 223. *ibidem.*

Nonum dubium. Est aliquis præsentatus à patronis legitimè intra tempora, tamen ipse præsentatus antequã instruatur, renuntiat præsentationi; dubitatur an patroni habeant aliud quadrimestre? Decis. Rotæ 8. & *hoc titulo*, *in novis*, respondet affirmativè, Staph. *fol.* 59. *num.* 3. & 4. idicit negativè de nominato ab Episcopo.

Decimum dubium. Est aliquis maritus qui inter alia bona dotalia uxoris habet jus aliquod patronatus, dubitatur an posset præsentare aliquem ad illud? Decis. Rotæ 10. *hoc titulo*, respondet, quòd sic; sed si unus præsentatur à marito, alter ab uxore, vel sunt in controversia, quis debeat præferri? Respondetur ab ead. decis. quòd præsentatus ab uxore; sicut præsentatus à pupillo majore septennio, præferetur præsentato à tutore, Selva 2. *par. quæst.* 6. *num.* 7. & an idem sit de jure patronatus ædificato à marito constante matrimonio, deinde matrimonio soluto uxor habeat jus in eo, vide Covar. *lib.* 3. *cap.* 19. *num.* 5. *var. resol.* vide Panor. *in cap. cùm dilecta*, *nu.* 8. & 9. *de conces. præb.* & Anch. *cons.* 156. vide Gemin. *in cap. exeo ver-*

sicul. deinde induxit, *de elect. libro* 6.

Undecimum dubium. Sunt duo fratres fundantes jus patronatus, relinquunt post mortem quatuor filios, dubitatur, an omnes quatuor debeant præsentare? Affirmativè respondet *Clem. si. hoc tit.* sed si isti quatuor fratres morientes relinquant sexdecim filios, an omnes debeant præsentare? Respondetur negativè, quia præsentatio fit per stirpes, & non per capita: ita declaratur in declaratione arboris juris patronatus illius Clementinæ, *in* 5. *notabili.* sed sufficit præsentatio, quatuor nepotum descendentium ab illis fratribus, vide Innoc. *in cap.* 1. *num.* 1. *de jur. patron.*

Duodecimum dubium. Sunt duo fratres, vel patroni, unus præsentat Tirium, & alter Sempronium, & quia non possunt ad invicem concordare in unum, an possit dividi jus patronatus medium unicuique? Respondetur quòd non, *cap.* 1. *hoc tit.* Ratio est, quia jus spirituale indivisibile, gloss. *in d. Clem. in verbo plures*, benè verum est, quòd possunt convenire alternativè, prout patet doctrinis vulgatis.

Decimum tertium dubium. Quando non concordant, quid agendum? Respondetur ex supradictis, §. 3. & *dub.* 7. & si ex hoc oriretur scanda lũ, tunc practicabitur prout *in cap.* 1. & 2. *hoc titulo*, sed est notandum, quod non propter quodcunque scandalum Episcopus practicabit illa duo capita, sed propter scandalum facti, & non juris atrox, & maximum, & non leve. Lapus *alleg.* 78. *ad* 5. *quæst. num.* 16. Abb. *in dict. cap. numero* 6. ubi dicit, quod hoc jus indivisibile, quoad fructus, & quoad ipsum jus, &

quoad

quoad partem, Sylvest. *in ver. jus patronatus, num.* 5. §. 4. *versic. secundum*, Angel. *eod. versic. num* 7. Armil. *numer.* 6. gl. *in dict. cap.* 1. *in versic. non debeat*, dicens, quòd hoc jus apud unumquemque hæredem est in solidum, & quoad omnes ejus effectus.

Decimum & quartum. Est aliquis domin⁹, qui ædificat Ecclesiã consensu *Episc.* hac cõditione, pacto & modo, ut infra tale tẽpus illam dotaret (animo enim fundandi jus patronatus hoc fecit) accidit quòd ille morte præventus, non dotavit, hæres illius assignavit dotem, sed inscio Episcopo, & præsentavit presbyteros, qui non fuerunt instituti, & sic per multos annos steterunt in possessione ipsius beneficii, hic quæritur primò, an ista dotatio sortiatur effectum suum, secundò, an sit necessarius consensus Ordinarii dictæ dotationis; tertiò, an teneatur Ordinarius præstare assensum; quartò, si secus, an hæres possit sibi retinere quòd dotavit reluctante Ordinario, & nolente præstare assensum; quintò, an illi presbyteri dicantur intrusi.

Ad primum, relictis multis, quæ hic coacervari possint, dico istam dotationem valere, imò augere jus dictæ Ecclesiæ, quod absque dicta dotatione illi domino, iam fuerat acquisitum sola ædificatione, text. *in cap. significavit, de test.* Staph *fol.* 91. *numero* 2. *&* 3. Ratio est, quia sufficit fundasse, & ædificasse de consensu Episcopi; imò qui dedit domũ pro construenda Ecclesia, dicitur fundasse illam *Ecclesiam*, Roch. de Curte *de jure patron. in versic. fundavit*, §. 9. Caput. *de.* 290. 1. *par. & dec.* 153 *p.* 2.

Ad secundum, respondetur negativè, ratione superius dicta, quia per solam ædificationem iam fuerat acquisitum jus. Urgebit quis, nonne, & in dotatione etiam requiritur consensus *Episcopi*? Respondetur quòd sic, quando per ipsam quis vellet solùm fieri patronus, sicuti per solam fundationem, vel per solam dotationem, tunc enim unicuique istorum est necessarius consensus Ordinarii, *ca. filiis cap. quicunque, cum sequentibus*, 16. *quæst.* 7. *cap. nobis, hoc titulo* Selva. 1. *par. quæst.* 9. *num.* 11. *&* 12. vide Abbatem *in cap. cùm sicut, numero* 16. *de judic. lib.* 6. licèt tutius sit, ut accedat consensus, potest præstari post dotationem vel fundationem, quia retrahitur; Caputaquens. *decis.* 144. *par.* 2. & Navar. *cons.* 7. *num.* 10. *de jure patron.* licet quis non dotavit in tempore præfixo. Respondetur primò, prout *sup.* Secundò, quod purgatur mora, patet *jur. vulg.* vide Abb. *in c. quoniam nu.* 8. *&* 9. *hoc titul.*

Ad tertium, respondetur affirmativè, etiamsi post Ecclesiam consecratam, qui ædificaverat, dotasset. Probatur primò: nam aliàs laici retraherentur à devotionibus. Secundò per ea, quæ dicit Selva. *loco citato, quæst.* 6. *nu.* 181. *&* 194. *conclusio* 3. *& versic.* 5. ubi allegat Cardinal. *in rubr. hujus tituli, quæst.* 6. quicquid dicat Roch. de Curte. *tract. de jure patron. quæst.* 5. *supr. versiculo dotavit.* Tertiò, quia illi iam erat acquisitum jus per solam ædificationem, prout *sup.* & modò dotans adimplet promissionem, & conditionem iam factam, vide Abb. *in cap. cùm olim, il.* 2. *n.* 9. *de privil.* hoc clarè dicit Innoc. *in Rubr. de jur. patron. nu.* 2. ubi ait, quòd etiam post consecrationem

nem

onem potest eam dotare, & efficere, ut patronus: nam sine substantia rerum non potest Ecclesiæ deservire, *cap. si quis, 1. quæst. 3.* vide Card. *consil. 72. quod incipit, Ad dubia, cap. 2. in princ.*

Ad quartum, respondetur affirmativè, *cap. verum, & ibi gloss. in verb. conditione, de condit. apposit. l. qui hæredi, §. ult. ff. de condit. & dem.* & ratio est, quia conditionalis non ponit in esse, sicut etiam in matrimonio carnali, & ita etiam in spirituali, *cap. inter corporalia, & ibi gloss. & Doct. de translat. Episc.* Boer. *decis. 1. numero 18.* nec obstat regula, *Semel. de reg. jur. & c. ligna. de consec. d. 1.* quia illud intelligitur, quando res donata iam erat effecta sacra, quod non est in casu nostro.

Ad quintum, respondetur quod sic, & vide *in ver. intrusus*, & subsunt pœnis, *cap. relatum, hoc tit.* Diaz. *pract. crim. can. cap. 46.* & Conc. Later. sub Leone X. *sess. 10. §. quia sæpius*, & Conc. Trident. *sess. 14. cap. 13. de refor. & declar.* sac. Conc 320. 321. & 323.

Decimumquintum dubium. Est aliquod jus patronatus, vel aliqua Ecclesia fundata hac conditione, ut ad illam præsententur, & instituantur presbyteri, qui quotidie habeant celebrare Missam, divinumque officium recitare, an possit Episcopus dispensare, ut sint duo, & quòd unus duorum fungatur officio? Et videtur quòd non, Rebuff. *pract. benef. in requisitis in lit. collat. numero 28. & in for. mand. in verb. non obstantib.* dicens, quòd derogare fundationibus, statutisque Ecclesiarum, solius est Papæ, non Episcopi, *Clem. quia contingit, de relig. dom.* hoc tamen fallit, quando accederet majoris partis patronorum assensus, Rebuff. *3. pag. sign. grat. numero 44. & 46.* dixi, majoris partis patronorum, quia non sufficeret medietas: idem *ibid. n. 65.* ubi assignat rationem, quam videas *ibi nu. 47.* & citat Innoc. *in cap. quod sicut de elect.* Et quando dicatur major pars patronorum respectu præsentandi præcalentis, vide quæ dixi *in ver. capitulum, §. 13.* & Boer *decis. 3. num 4.* & præcisè loquendo, poterit quis institui in istis beneficiis, actu sacerdotium requirentibus, etiam non sacerdos, modò infra annum ad sacerdotium promoveatur, idem *tit. de promoven. infra annum, à n. 17, & infra.* Facit quòd conditio posita à patrono, potest mutari cum consensu Episcopi, Milis *in ver. patro. in fundatione*, Roch. *de jure patron. in ult. pro eo, quod diœcesani numero 13. & 14. Caputaq. dec. 290 p. 2.* Nav. *consil. 5. de præb.*

Decimumsextum. Est aliquis in possessione præsentandi succedente vacatione, præsentat Titium, qui & fuit ab Ordinario institutus, servatis servandis, hoc facto movetur lis à Sempronio contra Titium, vel præsentato super dicto jure patronatus & cursu litis fertur sententia pro Sempronio, quæritur, an Titius debeat in dictam sententiam removeri, & alius præsentatus à Sempronio institui? Respondetur quòd non, *cap. consultationibus, hoc tit. Syl. par. q. 7. in fin.* Staph. *fol. 96. num. 6. cap. ex litteris, hoc tit. cap. de caus. poss. & propr.* Cov. *pract. qq. c. 14. n. 2. ver. 3. c. si verò eod. tit.* & gl. *ibi, in fin.* Hoc ampliatur habere locum, etiam antequam sequuta fuisset institutio, modò

modò præsentatio sit facta ante litis contestationem. Ratio est, quia possessor bonæ fidei facit fructus suos, usque ad litis contestationem, sed præsentatio est fructus patroni, sicuti collatio Ordinarii, Boer. *dec.* 17. *nu.* 14. *& ca. cum olim. de major. & obed.* Gimon. *de lit. grat. c.* 1. *n.* 27 *& per totum.* decis. Rotæ 7. *de iure patro. in novis.* Vinc. de Fran. *dec.* 85. *nu.* 2. & ad acquirendam possessionem, sive jus in possessione, sufficit, quod quis fuerit semel in possessione, *c. cum Ecclesia, in fi. de caus. poss. & prop. & in l.* 1. §. *quæsitum de acqui. poss.* Novel. *de iure protim.* §. *primus, n.* 280. Abb. *in c. ex literis, hoc tit.* vide Abb. *in d. c. ex literis, n.* 3. *&* 7. *hoc tit. &* 8. 9. *& in c. si verò, n.* 4 *. eo.* facit *c. factum, de reg. iur. li.* 6. & quod dicit Dynus *in c.* 1. *n.* 48. *eo. lib. & tit.* ubi extendit *c. consultatio. de iure patr.* etiam ad instituentem, & conferentem, & non solùm ad præsentationem, facit *l. Barbarius, ff. de off. Prætor.* & Innoc. *in d. ca. consultationibus, num.* 1. dicit, quod si præsentatus fuerit post litis contestationem, si erat bonæ fidei possessor ille qui præsentavit, persona præsentata non debet removeri, idem Caputaquens. *decis.* 69. & Navar. *cons.* 1. *num.* 1. *de iur patr.* Sed an idem sit in eo, qui est malæ fidei possessor, tamen ~~auctoritate~~ Prætoris, vide Innoc. *ibi, num.* 2. *& cap. cùm dilectus, num.* 1. *de relig. domib.*

Decimumseptimum, Pulchrum casum practicabilem hac in materia poteris videre in Guid. Pap. *quæst.* 507. an & quando præsentatio juris patronatus pertineat ad hæredem, & ad hæredes hæredis, si ita disposuit fundator, & postea hæres instituit alium hæredem extraneum, an iste fideicommissarius, vel hæres sit patronus, vide *ibidem.*

Decimumoctavum. Si aliquis conducet, vel affictabit castrum aliquod, ubi est Ecclesia juris patronatus, pertinens ad præsentationem domini ipsius, à quo conductor affictavit, dubitatur an ad dominum, vel ad conductorem, seu affictatorem spectat præsentatio durante affictu, si vacatio contigerit interim. Respondetur ex Selva 2. *par. quæst.* 10. *num.* 2. *&* 3. dicente, quòd si conductio, seu affictum est ad longum tempus, præsentatio pertinet ad affictatorem, si ad modicum, ad dominum (nisi aliter inter eos cautum fuerit) Abb. *in d. c. ex literis n.* 5. & ibi gl. *in ver. ad firmam*, & Addit. Ant. Franc. *ibi litera C. & D.* Bal. *cons.* 5. *lib.* 5. & Roma. *cons.* 444. quæ verò dicatur affictatio ad longum tempus, vel ad modicum, vide *superiùs in ver. alienatio,* §. 7. *concl.* 2. & an sit idem in pignoratione, videtur quòd non, idem Abb. *ibid.*

Decimumnonum. Si sunt decem patroni, duo præsentant Titium, tres Cajum, & quinque Sempronium, quis debeat præferri, & institui, quæritur? Respondetur quod is, qui est magis idoneus, *ca. quoniam, de iure patronatus.* Et quid si præsentatus à quinque sit magis idoneus? Respondetur quod iste, gl. *ibi in ver. qui majoribus*; & quid si præsentatus à majori parte sit magis idoneus, vel melior, & præsentatus à majori parte sit idoneus competenter? dico quod hic esset præferendus, modò sit sufficiens intra latitudinem idoneitatis, gl. *ibi, &*

Panor. Fallit primò, ubi requireretur major sufficientia, graduatio, qualitas, vel præeminentia personæ præsentandæ per ea quæ dicunt Doctores, ut Stap. & Gom. *tract. de graduatis.* Fallit secundò, hodie per Bullam Pii V. de qua *in ver. parochia*, §. 2. quando ageretur de parochili patronatus, quia semper magis idoneus debet præferri, licèt sit præsentatus à minori parte, aliàs rejectus, si est magis idoneus, habet remedium appellationis gradatim, prout *in d. Bulla.* & ita hodie observatur inviolabiliter, vide Abb. *ibi. num.* 11. 12. 13. & 14.

Vigesimum. An jus patronatus veniat sub publicatione, & confiscatione bonorum? Respondetur negativè. Guid. Pap. *q.* 441. *num.* 2. & Abb. *in cap.* 2. *num.* 9. *de feud.* licèt remissivè, hoc tamen fallit in confiscatione bonorum hæretici. idem *in cap. nobis, nu.* 3. & ibi Joan. de Lign. *hoc titulo.* & *in ca. cum clerici, num.* 4. *eod.* Card. *in Clem.* 2. *q.* 8. *hoc titulo.* Felin. *in cap. quanto, colum.* 2. *de ind.* Bald. *in l. fin. q.* 9. *cap. de edict. D. Adr. tollen.* Vinc. de Annan. *singul.* 291. Dato, quòd jus patronatus transeat cum Universitate bonorum, *l. quædam. ff. de acq. rer. dom.* gl. *in l. si operarum. ff. de oper. libert.* Jason. *in l. veniam, num.* 2. *C. de in jus vocando.*

Vigesimumprimum. An quis posset præsentare se ipsum? Respondetur negativè. Hostien. *in sum. hoc tit. numer.* 12. *cap. per vestras, hoc tit.* Bald. *in addit. ad Speculatorem, in rubr. de jure patron.* Hostien. *in sum. tit. de elect. numer.* 18. nec per procuratorem constitutum à patrono, potest idem patronus præsentari, licet constitutus ab eo ad præsentandum, Card. *in ca. ex institutione, vers. secundò quæro, de jure patron.* Caputaqu. *dec.* 297. *par.* 2. sed potest superior eum instituere, Selva *par.* 1. *qu.* 6. *numer.* 19. & Abb. *in capitul. per vestras, num.* 3. 4. & 5. *de jure patron.* & an idem sit de electione, vide *ibidem, num.* 5.

Vigesimumsecundum, quia dicitur jus patronatus posse vendi, cùm transeat cum universitate, an hoc valeat in venditione jurium, quæ habentur in aliqua villa, vel palatio, vel fundo, ubi Capella, seu Ecclesia juris patronatus, vide Inno. *in c. ex literis, de jure patr.* ubi negativè videtur dicere; & ibi Abb. *nu.* 14. & *in ca. cùm sæculum, numero* 2. *eod.* vide Covar. *lib.* 1. *var. resol. ca.* 13. *num.* 3. *vers. hinc etiam.*

Vigesimumtertium, an patronus possit exigere rationem temporalium sui juris patronatus? Respondetur quod sic, si patronus est ecclesiasticus, laicus verò non, Abb. *in ca. Lateranensi. de præb.*

Vigesimumquartum, quibus non permittatur variatio in præsentando? Respondetur ex Panor. *in c. cum autem.* Primò, quòd non personæ Ecclesiasticæ. Secundò, non universitati. Tertiò, non Collegio, nec patrono laico, qui primò præsentavit plures qui litigant inter se, Lap. & Gem. *in c. 1. ut lite pend. li. 6.* Cald. *consi. 1. in tit. ut lite pend.* Quartò, patronus potest semel & iterum plures præsentare, accumulando, non autem ter, vel quater, Roch. *de jure patr. in verbo, honorificum, q.* 20. Cald. *consi.* 16. Nav. *in ca. placuit, n.* 197. & *infrà, de pœnis, d.* 6.

Vige-

Vigesimumquintum, si masculus & fœmina simul sunt patroni, & discordant in præsentando, quis debeat præferri, præsentatus à masculo, vel à fœmina; Vide Lapum *allegat.* 78. Bald. *in l.* 1. *ff. de Senat.* & additio. Ant. Franch. in Abb. *in c. quoniam, de jure patro. litera A.*

Vigesimumsextum, an possit quis repudiare hæreditatem, & sibi reservare jus patronatus, vide eundem *in rubr. hoc tit. litera C.*

Vigesimumseptimum, an possit fundari jus patronatus cum hac conditione, ut institutio ipsius pertineat ad Prælatum inferiorem Episcopo? Respondetur quod non, Panor. *in cap. nobis, nu. 5. hoc tit. & in cap. ad audientiam, nu. 13. de Eccl. ædific.*

Vigesimumoctavum, an possit fundari cum reservatione alicujus rei temporalis? Respondetur quod sic, idem Panor. *in ca. 1. nu. 2. & in ca. gravis, nu. 1. & ca. quanto de censibus.*

Vigesimumnonum, an jus patronatus transeat in fœminam dotatam, quæ renunciavit paternæ hæreditati? Panorm. *in capit. cum sæculum. nu. 4. eod. tit.* respondet, quod non.

Trigesimum, an possit legari sine consensu Episcopi, vide eundem, *ibi nu. ult.*

Trigesimumprimum, an jus patronatus Ecclesiarum possit dividi inter patronos? Respondetur quod patroni plurium Ecclesiarum inter se possunt illa jura dividere, scilicet ut unus sit patronus in una, & alter in altera, gl. *in Clem. 2. in 3. notab. hoc tit.*

Trigesimumsecundum, an filius hæres institutus in re certa pro sua legitima, aut simpliciter in legitima, instituto alio hærede universali, succedat in jus patronatus hæreditatis paternæ? Covar. *lib. 2. c. 18. nu. 6. var. resol.* respondet quod non.

Trigesimumtertium, an jus patronatus alicujus Collegij, Congregationis, seu Confraternitatis laicorum censeatur ecclesiasticum, an laicale? vide Covar. *pra. qq. c. 36. n. 8. vers. 7.*

Trigesimumquartum, si patroni sunt septem, & tres ex his præsentant unum ex quatuor restantib. an ille quartus sit præsentatus, consentiendo præsentationem perficiat (supposito quod multi patroni præsentarent unum ex se ipsis, ut patet juribus vulgatis) Doctor. dicunt quòd non, sed fallit in electione, prout Jo. And. *in reg. in toto, de reg. jur. lib. 6.* Abb. *in capit. cùm in jure peritus, de elect.* Paul. de Castr. *cons. 230. lib. 2.* quicquid dicat gloss. *in dict. capit. in ver. consentiat*, vide *in vers. electio*, §. 4. *in vers. jus patron.*

Trigesimumquintum, si quis in Romana Curia impetraverit beneficium juris patronatus laicorum, quod eis privilegio, consuetudine, præscriptione, vel quia non sint in aliqua possessione præsentandi, sed quidam alii, licèt impetrans nullam mentionem de hoc, nec Papa specialem fecerit derogationem, tamen impetratio non ob id surreptitia censeri debet, Card. *cons. 69. quod incipit, Vacante quodam parochiali, col. 2.* Staph. *fol. 95. & 96. num. 4.* & Covarr. *pract. quæstio. cap. 39. nu. 6. versi. quarto.*

JUS CONGRUUM, SEU PROTIMISEOS.

JUre optimo introductum fuit *in constitutione, Sancimus, de jure protim.* in regno Neapolitano, & aliis partibus mundi, ex Tiraq. *de utroque retractu, in præfat. nu.* 1. & 2. Novel. *de jure protim.* §. *quintus, num.* 15. & 16. ut qui vellet alienare, vendere, & dare in emphiteusim, seu locationem aliquod stabile, teneatur illud denunciare vicino, ut si ille vellet emere, conducere, seu affictare, præferatur alteri extero, quia est de jure divino, & naturali, ex consuetudine, Novel. *loc. cit. in principio Constitutionis, nu.* 25. Hieremiæ *c.* 23. ubi habentur hæc verba, *Eme tibi agrum meum, quod est in Anathot: tibi enim competit ex propinquitate, ut emas; & inferius, Et tu propinquus es, ut possideas, Levitici cap.* 25. Sicut antiquus conductor debet præferri novo, quando offert tantundem pretii, quod offert novus. *l. prædia, C. de loc. præd. civil. lib.* 11. Paul. de Cast. *cons.* 4. *in* 1. *vol.* ubi dicit, quod in rebus Ecclesiæ non potest expelli primus conductor per secundum, si tantundem offert, & *cons.* 32. *eod. vol.* dicit semper de æquitate debere rem eidem locari. Rom. *cons.* 33. *col. pen.* idem tenet in emphyteusi, Luc. de Penna *in d. l. prædia*, faciunt ea quæ dicit Boer. *dec.* 47. & *dec.* 107. ubi plus dicit, quod dominus volens vendere proprietatem, teneatur vendere illam emphyteutæ, vide Ma an. *disputat.* 8. *de jure cong.* vide Tiraq. *de utroque retract.* § 1. *gl.* 18. & Afflict. *dec.* 238. ubi dicit, quod sic fuit decisum in sac. Conc. Neap. quoad colonum, secus quoad inquilinum, & Vinc. de Franc. *decis.* 123. *per totum*, imò, ubi adest consuetudo, quod res Ecclesiæ relocetur proximioribus, vel antiquis emphyteutis, est conformis juri communi, cùm Ecclesia de jure possit cogi à proximioribus emphyteutæ, finita locatione, ad iterum eis locandum. Bal. *in l.* 1. § *permittatur ff. de aqua quot. & æstiva.* Caputaq. *dec.* 130. 1. *p.* & 303. & quando potest augeri census, *dec.* 304. & Beneventi adest iterum confirmatum à Sixto V. quod res relocetur priori emphyteutæ, vel ejus hæredibus. Sed quod dixi congruit.

Primò, quando venderetur Ecclesiæ, vide *Constit. Neap si Ecclesia emat, titulo de jure congrui*, per quam disponitur, quod Ecclesia nec agat, nec convenitur jure congrui.

Secundò, quando non fieret venditio, seu donatio.

Tertiò, quando fieret permutatio, Bart. *in rub. de rer. permut.*

Quartò, ratione ingratitudinis, ut quia unus consanguineus, vel vicinus verberaverit consanguineum, vel vicinum, vel aliqua injuria, vel insidiis eum affecerit.

Quintò, fallit, quando non fieret venditio rei, sed daretur in solutum, Guid. Pap. *q.* 256. *n. ult.*

Fallit sextò, in alienatione necessaria, in qua non habet locum jus congrui Capy. *decis.* 499. *num. quarto*, Novel. *loc. cit. num.* 18. & 19. & §. 4. *n.* 74.

Septimò, fallit in donatione, sive den-

tur

tur æstimata, sive inæstimata, Novel. *loc. cit.* §. 5. *n.* 34.

Octavò fallit in venditione rerum feudalium: nam in his non est locus retractui, Tiraq. *de utroque retra.* §. 1. *gloss.* 3. *num.* 3. Vinc. de Franch. *decis.* 17. *num.* 2. licèt consuetudo illud admittat, vide alias fallentias in dicta Constitutione, *in versi. licèt enim.* Sed quia inventâ lege, invenitur fraus, aliqui interdum sunt qui vendunt realiter, sed clanculò, & postea faciunt contractum donationis, & hoc ob aliquod commodum suum, sed in fraudem vicini, ad hoc, ne ile possit allegare jus congrui, dubitatur primò, an hoc liceat in conscientia, & videtur quòd sic, quia nihil aufertur vicino, similiter, quando venderetur laico, & in contractu poneretur quod venderetur Ecclesiæ, Tiraq. *in præfat. de retract. n.* 72. & 78. citatur etiam Boer. *dec.* 144. vide Novel. *de jure protim.* §. *quintus, num. trigesimo quinto. & infrà.* Quando autem præsumatur fraus in hoc contractu, vide eundem §. *secundum, numero* 150. & 151. *n.* 121. Secundò, si veniret excommunicatio, ut si quis sciret fraudem contractus, revelet, an teneatur revelare? Respondetur quod sic, & teneretur ad omne damnum, quod imminuit vicino: sed quando conveniret cum alteto de majori pretio, potest illi vendere, & non vicino, nisi fiat in fraudem, ut *supra*, quia tunc fieret fraus de contractu ad contractum, qud non licet, Dyn. *in c. ult. num.* 9. *de reg. iur. in* 6. & gl. *c. plerique, in ver. præcepta*, 14. *q.* 3.

Primum dubium, an & quando venditur clerico non ratione Ecclesiæ, sed propter commodum ipsius clerici, possit allegari à vicinis jus protimiseos? Afflict. *in d. constit. columna quarta*, dicit quod sic: sed *in* §. *est autem, n.* 15. *eiusdem constitutionis.* dicit quod non, tamen primam pro veriori affirmat Maranta *in d. disput.* & Capyc. *decis.* 98. *num.* 2. idem confirmat Novel, *ubi suprà*, §. 8. & 9. *n.* 33. & 34.

Secundum dubium, an in contractu censuali ad tempus, vel cum pacto de retrovendendo, vel in perpetuum; & in annuis redditibus, & fructibus pendentibus, sit locus constitutioni huic? Vide *in ver. contractus censualis*, §. 6. & pro nunc dicitur quod sic, quia constitutio loquitur etiam de contractu emphyteutico, & locationis, qui sunt minoris ponderis, quam censualis, vide Novel. *loc. cit.* §. *primus, n.* 209. & §. *secundus, à num.* 81. & *n.* 107. & *infra*, & §. *sextus, nu.* 51. & 52. vide Afflict. *decis.* 338. & an habeat locum jus congrui in contractu simulato, *decis.* 319.

Tertium dubium, an hoc jus congrui, vel prælationis possit alteri cedi per eum, cui competebat, Guid. Pap. *q.* 42. *numero primo*, videtur dicere quod non, & *q.* 257. *numero* 5. se remittit ad ea, quæ dicit Aret. *in l. ususfructus, circa principium, ff. de novi oper. nunc.* Tiraquel. *de utroque retract. tit. primo*, §. 26. *gl. prima, numero primo.* ubi habetur, an & quando possit hoc jus cedi. Hinc deducuntur multa. Primum: Emptor rei congrui juris non tenetur, nisi priùs solutis, vel depositis solvendis, vel deponendis, Boer. *decis.* 77. *in fine.* Secundum Ecclesia, licèt quando vendit, non habeat retractum,

tamen quando emit potest habere, Boer. *decisione* 23. *numero secundo*, & ita dicit esse consuetudinem in Francia : tamen in regno nec activè, nec passivè Ecclesia habet jus congruum. Afflict. *de iure protim.* §. *tota, numer.* 33, & § *est autem, numero* 33. & Novel. *ubi sup.* §. 8. & 9. *num.* 29. idem dicitur de Curia, & de via publica, & de Scholis, & confraternitatibus, §. 8. & 9. *nu.* 43.

Quartum dubium, an illi, ad quos pertinet hoc jus prælationis, possint petere juramentum ab emptore, & venditore, utrum contractus sit verus, palliatus & in fraudem illorum. Affirmativè respondetur, & illi tenentur jurare, & si pejerarint, possunt puniri pœna perjurii, & pœna venditoris, est amittere pretium & emptoris, rem emptam, Afflict. *ubi supr. in ver.* 7. *notat. ver.* 21. *car. So.* Novel. *loc. cit.* §. 5. *numero* 50. & *infrà.*

Tertium dubium, denuntiatio rei venditæ fieri debet infra triginta dies, aliàs amittit jus, quod habet. Novel. *in constitutione, num.* 8. & §. *tertius, num.* 47. Afflict. *ubi suprà*, §. *ut infrà, fol.* 38. pro materia juris congrui, vide Bull. Leo n. X. & Sixti IV. & Pii V. *Bulla* 128 *quæ incipit, ad hoc nos, & aliam* 134. *quæ incipit, Tanta est*, ubi disponit, quod domini de eorum bonis liberè possint disponere etiam non requisitis inquilinis, Greg. XIII. *Bull.* 25. *quæ incipit, Quæ publice.* Sixtus enim IV. Leo X. & Pius IV. fecerant quasdam constitutiones, quarum vigore vicini tenebãtur domus vicinis vendere in certis casibus, & quod inquilini domorum vendendarum requiri deberent, quas Bullas Pius V. prædicta Bulla 134. revocavit, easque reduxit ad terminos juris communis, vide Caputaq. *dec.* 73. & 77.

JURAMENTI ABSOLUTIO.

SUMMARIUM.

1 *An in absolutione à juramento, quæ potiùs habilitatio dici debet, requiratur partis adversæ citatio.*
2 *Num in omnibus contractibus detur ista habilitatio indifferenter.*
3 *Quæ clausulæ requirantur in habilitatione hac:*
4 *Quænam juramenta possint ab Episcopo absolvi, seu habilitari.*
5 *A quo petenda est absolutio sive habilitatio.*
6 *An & quando requiratur priusquam jurans agere possit.*
7 *An possit concedi, etiam invita parte adversa.*
8 *An perjurus possit petere hanc habilitationem sive absolutionem.*
9 *An judex laicus possit admittere actionem contra contractum juratum sine præcedente absolutione.*
10 *An judex Ecclesiasticus possit punire laicum perjurum, & quæ sunt pœnæ peiurantium tam laicorum, quam ecclesiasticorum.*

AD Primum, oportet distinguere: nam si cum habilitatione juramẽti sequeretur ipsius contractus irritatio, tunc opus esset ut præmittatur partis adversæ citatio, Covar. *lib.* 1. *capi.* 4. *numero* 5. *versic. id verò, var. resol.* & *capit.* 14. *nu.*

14. *num.*15. *vers.*6. ubi dicit, in contractibus innominatis esse locum pœnitentiæ re integra, etiam in favorem Ecclesiæ; si verò solum habilitatio petitur (salvo remanente contractu) qua solùm aperitur via ad agendum, & ad excipiendum, non requiritur adversæ partis citatio, Covar. *loc. citat.* Gom. *in tract. de brevibus, num.* 46. Staph. *de lit. grat. & justitiæ, fol.* 311. *nu.* 8. & 9. Guid. Pap. *quæ.* 140. *n.* 4. & hoc ampliatur, etiamsi petens habilitari promiserat, & jurarat in contractu nunquam venire contra voluntatem suam, & nunquam petere juramenti absolutionem, Staph. *loc. cit.* Gimo. *de grat. expectat. fol.* 410. *nu.* 7. Gallel. *de obligat. for. Cam. fol.* 55. *n.* 3. Afflict. *decisio* 220. *n.* 10. & Cap. Tolos. *quæst.* 61. debet intelligi secudùm doctrinam Covar. quia videtur sentire contrarium.

Ad Secundum, dico primò, quod Cameræ Apostolicæ non datur habilitatio à juramento, Covar. *loc. cit. num.* 6. & citat Staph. ad idem tamen Gallel. *loc. cit. fol.* 54. & 57. dicit dari hanc habilitationem, sed non effectum retardandi exequutionem contractus. Secundò, datur habilitatio in contractu donationis causa mortis, & in actibus ultimæ voluntatis, Gom. *in ca p. si pauper. num.* 5. *de testam. lib.* 6. Covar. *in rubr. de testam.* 2. *p. num.* 14. *concl.* 26. Boer. *decis.* 353. *num.* 6. ampliatur hoc, etiamsi promisisset sub juramento eam non revocare sub quibuscunque clausulis, vel non impetrandi absolutionem à juramento præstito in contractu. Ratio datur à Covar. *loc. cit.* facit *c. fin. de procur. lib.* 6. & ratio est, quia istæ clausulæ solent apponi à tabellionibus absque scientia contrahentium: hoc fallit in instrumento formæ Cameræ, ubi valet ista clausula ne ad effectum impugnandi instrumentum relaxatione juramenti possit impetrari, Gallel. *loc. cit. fol.* 53. *nu.* 7. Tertiò, an detur habilitatio juramenti in donatione inter vivos, vel causa mortis, quæ transit in donationem inter vivos, vide Covar. *loc. cit. per totum*: tamen vidi dari eam indifferenter accedente causa rationabili, per *cap. final. de donationibus inter vivos*, non facta traditione rei, *& decis.* 27. *&* 153. *in fine.* & causa potissima est, quando donatarius gravem, vel atrocem injuriam donatori intulerit; quia tunc, etiam donatio inter vivos potest revocari, Covar. *loc. cit. c.* 2. *num.* 8. *vers.* 9. vide Anchar. *in c. acceſſorium, num.* 6. *de reg. iur. lib.* 6. ubi ponit multos casus, quibus juramentum non causat irrevocabilitatem contractus, vide Bald. *in Auth. sed cùm testator, C. ad leg. Falcidiam.*

Ad tertium, debet poni prima clausula, juramentum videlicet non debere esse vinculum iniquitatis, *cap. quando, de iureiurand.* Gloss. *in c. dilecti in ver. iuramenti, de maior. & obed. c. inter cætera,* 22. *q.* 4. Guid. Pap. *loc. cit. numero* 2. Debet secundò uti verbo habilitari, seu relaxari, non absolvi, Staph. *loc. cit.* Ratio est, quoniam illè non absolvitur ab observatione juramenti, sed habilitatur ad hoc, ut possit agere, & excipere absque incursione perjurii, & aperitur ei via ad agendum, seu excipiendum in judicio. Si enim in plenario judicio postmodum pronuncietur

contra-

contractum esse validum, non obstante habilitatione ad illius contractus observationem astringitur, Covar. *loc. cit. num. 6.* Soto *lib. 8. quæst. 1. art. 7. & 10. addit.* Tertiò debet poni clausula, à juramento, seu juramentis, & maximè quando quis juravit non venire contra contractum, quia modò sunt duo juramenta, ut patet ex dictis, & ex Aflict. *decis. 30. nu. 6.* aliàs esset perjurus. Quartò debet addi, ei rea præjudicium tertii; quia in hoc, nec posset relaxare Papa. Soto *loco cit. ar. 9.* Quintò, quod adsit causa rationabilis, Soto *loc. cit.* Sylve. *in ver. juramentum, 5. §. 2. in fine*, quæ causa habilitationis debet inseri instrumento relaxationis; Guido Pap. *qu. 140.* Abb. *in cap. à vobis, num. 3. de decim. & cap. inter, numero 9. de renunc.* Sextò, ut inseratur tenor totius instrumenti in relaxatione, seu habilitatione, ita Vinc. de Annan. *singul. 2.* & sic servatur Neapoli.

Ad quartum respondetur ex Soto *loc. cit.* quod ita æquiparatur, sicut in voto; quemadmodum enim à tribus illis non potest Episcopus absolvere, quæ sunt reservata Papæ, ita nec etiam à juramentis factis intuitu illorum trium Sylv. *loc. cit. §. 3.* exceptis etiam juramentis præstitis per sedem Apostolicam, vel collegia Ecclesiarum, & de non alienandis bonis Ecclesiæ, & similia, prout *in c. dilecto, de præb.* Gom. *in c. 1 nu. 186. de constit. lib. 6* Staph. *fol. 184. nu. 4.* glos. *in Clem. dudum, in ver. pacta, de sepult. cum similibus.*

Ad quintum, debet peti ab Episcopo jurantis, seu in loco contractus, non autem creditoris, Capyc. *decis. 18. num. 6.* Covar. *loc. cit. ver. verum*, & hoc mihi accidit in facto, & ita fuit obtentum, Covar. *ubi supr. c. 4. num. 1.* & hinc oriuntur multa. Primum, in quibus contractibus detur dispensatio à juramento, vide *superius*, §. 2. Guid. Pap. *q. 224. & sequent.* Secundum, de perjurio potest puniri judex laicus, quia est crimen commune, & mixtum, Guid. Pap. *q. 178. num. 1. & cons. 29. incipiente, incarceratus, n. 3. & cons. 89.* Tertium, quod Princeps sæcularis potest dispensare super juramento, idem *ibidem, numer. 3. & quæst. 198. & addit. ad q. 189.* at mihi hoc non placet, cùm hoc videatur potius pertinere ad judicem Ecclesiasticum. Quartum, semper quod res non permaneat in eodem statu, potest dari habilitatio à juramento, quia sic intelligi debent Doctor. *in c. cùm contingat de jurejur.* Guid. Pap. *quæst. 199. n. 3.* Quintum, juramentum obligat ad sui observationem, tam in jure, quàm in facto, adeò quòd non potest contraveniri adversus contractus juramentum, idem *quæst. 677.* Sextum, absolutio à juramento datur ratione enormissimæ læsionis, Capyc. *decis. 159. num. 25.* nec obstat *c. quamvis, de pact. lib. 6.* quia intelligitur, quando læsio esset medietatis, & non enormissima, similiter respondetur *ad cap. contingat, & de jurejur.* Septimum, à juramento super contractu datur habilitatio, quando absolutionem petens intendit probare, quod id, quod promiserat in contractu, solvebat ob turpem causam, Capyc. *decisio 95.*

Ad Sextum vide Aflict. *decisio 263. num. 3.*

Ad Septimum, affirmativè respondet idem *decis. 220. n. 10. & 11.* Ad

Ad Octavum, affirmativè respondet idem *ibidem*, *n.* 17. modò priùs habilitetur à perjurio, sive absolvatur.

Ad Nonum, vide Covar. *de sponsal.* 2. *p.c* 3. §. 5. *nu.* 7. *lib.* 1. *c.* 4. *num.* 7. *var. resol.* Anchar. *in c. licet, numer.* 5. *de jurejur. lib.* 6.

Ad Decimum, respondetur quod sic. Addit. *ad q.* 17. *Cap. Tolos. ex Doctoribus in c. cùm sit generale, de foro compet.* Quod verò ad pœnas, videto *ibidem.*

Ad Undecimum, Cap. Tolos. *q.* 161. respondet, quod non; & idem tenet ibi addit. cùm multitudine Doctorum civilium & Canonistarum, idem esse de donatione inter patrem & filium.

JUS AD REM.

PRimò, acquiritur decem modis in beneficialibus, & præcipuè per electionem, Abb. *in cap. cùm Bertoldus, de re judic.* Selva *tract. de benef. 3. par. quæst. 2. numero* 1. Sed intellige, sequuto scrutinio, Gemin. *in capit. in electionibus, notab.* 1. *de elect. libro sexto.*

Secundò, per præsentationem factam à patrono coram Ordinario intra legitima tempora, Gloss. *in capi. pastoralis, in ver. appellaverit, de jure patron.* Gom. *in q.* 6. *de subrog. collitig.* sed non tribuitur per hanc solam præsentationem titulus coloratus sine institutione, Gom. *quæst.* 53. *in reg. de trien.* Caputaq. *decis.* 307. *p.* 3. Nec dat jus considerabile per regulam Cancellariæ, *de non tollendo jure quæsito*, nisi accedat consecratio seu acceptio præsentati sive electi & postulati, ita Gom. *in q.* 1. *col.* 5. *versi.* 1. habere locum, de non toll. jure quæsi. sed si acceptat, & consentiat, tribuit jus, etiam si superior non admittat præsentationem, vide Gemin. *in cap.* 1. *ver. oppono secundo. de postul. lib.* 6. & hoc clarè tenet Gemin. *in cap quàm sit, ver sed an habebunt locum, de elect. libro* 6. & assignat rationem, ut per mutuum consensum electorum, & electi, vel præsentantium, & præsentati, iniretur matrimonium spirituale, *cap. licèt, de translat. Prælat.* sed hoc non est necesse in collatione, *cap. si tibi absenti, de præb. lib.* 6. Joan. Andr. ibi tamen *inferius.* §. *electus, notab.* 2. dicit quod ex electione quæritur jus electo, etiam antequam illi consentiat, & quòd Papa non intendat tollere hoc jus quæsitum alicui, non facta mentione de illa, & electio & præsentatio pari passu ambulant, ut ipsemet Gemin. ibi paulo antè, *ver sed an habebit locum iste tex. in præsentatione,*

Tertiò, per gratiam expectativam, Cardin. *in Clem. Auditor. & in Clem.* 2. *in* 2. *notab. de præscrip.*

Quartò, per mandatum de providendo, *cap. si postquam, de præhend. lib.* 6.

Quintò per collationem factam per *Capitulum, si tibi absenti, eod. tit. & libro.*

Sextò, per reservationem factam pro aliquo familiari de certo beneficio, Gem *in cons.* 12. *incipiente, utrum ille, in fine.*

Septimò, per consuetudinem optandi, per *c. fin. de consuetud. libro sexto*, & dixi *in versi. Canonia.*

Octavò, per non solutionem pensionis.

Nonò, per privationem juris.

Decimò, per regressum, de his vide Gom. per extensum, *in q. 1. in reg. de non toll. jure quæsito*, vide *inferius, in ver. supplicatio, seu signatura*, an per solam supplicationem obtentam à Papa acquiratur jus ad rem, & an per approbationem factam in examine per concursum, vide *in ver. parochia*.

Undecimò, per solam supplicationem. Abb. *in c. nosti, de elect.* Gom. *q. 7. num. 6. in reg. de non judicando juxta for. supplicat.*

Duodecimò nota, quod istud jus ad rem, est utile nimis: nam est considerabile per regulam Cancellariæ *de non toll. jure quæsi.* ita Gom. *loc. cit. q.* 1. & facit pro Bullis expeditis Romæ, ubi dicit Papa, *dummodo nulli sit ius acquisitum.*

Decimotertiò, per nominationem etiam acquiritur jus, Archid. *in c. si quis iusto, & in c. dicit Dominus*, 93. *dist.* Gem. *in d. c. si quis iusto, notab. 6. de elect lib. 6.*

Decimoquartò, an per postulationem acquiratur jus postulato, quod non, dicit Gem. *in c. cupientes, §. denique. notab. 3. de elect. lib. 6.* & dat rationem quam videas, tamen *in c. quorundam, §. circa, notab.* 1. dicit quod ex electione & postulatione tribuitur jus, de quo *supra c. cupientes*, hæc Gem. Sed potest dici, quod loquitur copulativè, ex electione, & præsentatione, & non ex postulatione sola, & quæ differentia sit inter electionem, & postulationem, vide in suis titulis: nam electio fit de aliquo nullum patienti defectum nec impedimentum; postulatio fit de patiente defectum sive impedimentum, puta ætatis, ordinis, allegationis, & similium; vide impedimentum, puta ætatis, ordinis, allegationis, & similium; vide Doctores, & præcipuè Host. *in sum. tit. de postul. Prælat.*

INJURIA.

PRimò, injuria, quæ sit levis, mediocris, vel enormis, statur arbitrio judicis, Abb. *in c. pervenit. num. 3. de sent. excom.* Sylvest. *in ver. absolutio*, §. 1. & Navar. *c. 27. num.* 90. *&* 91. & Abb. *in c. cùm illorum. de sent. excomm. n.* 3. nam ratione læsionis personæ, loci, & modi, & qualitatis, debent attendi.

Secundo, actione injuriarum, an teneatur dicens convitium verum, vide Cap. Tolos. *quæst.* 127. & ibi Addit. *& quæst.* 409. ubi dicere videtur quod non.

INTRUSUS.

SUMMARIUM.

1 *Quot modis dicatur intrusus.*
2 *Quæ pœna contra ipsum.*
3 *Quomodo huic succurratur.*
4 *Quæ remedia dari possunt pro restituendis introitibus malè perceptis.*

AD Primum dicitur. Primò intrusus qui non habet aliquem colorem suæ intentionis, *c. eum qui, de præb. lib. 6. c. ad aures, de excess. Prælat.* ut si quis de facto occupet beneficium aliquod.

Secun-

Secundò, qui habet beneficium sine auctoritate superioris, Inno. *in c. nihil, de elect.* facit *c. bonæ memoriæ, il. 1. & il. 2. eo. tit.* ut si quis solùm præsentatus absque institutione, vel electus, vel postulatus ante confirmationem superioris, possideret beneficium, & eo ipso privatus esset jure quod habuit ex præsentatione, & aliis, ut sup. Rebuff. *pract. benef. in 3. p. for. sig. grat. in clauſ. nec non juris pat. nu.* 54. Similiter si ante institutionem acciperet fructus absque possessione, idem *ibid. n.* 56. & fit inhabilis ad illud.

Tertiò, qui est depositus, vel aliàs declaratus inhabilis ad beneficia possidenda, & tamen remanet in possessione beneficii, Inno. *in ca. qualiter, il. 2. de accuſ. col. 2. in fi.* ut si quis per sententiam homicidii, vel aliàs suspensus à beneficio in perpetuum, & tamen ab illo non recedit, facit *capi. 7. seſſ* 14. Conc. Trid. *de refor.* & quæ dicam *in ver. privatio.*

Quartò, qui est electus, & administrat ante confirmationem, *ca.* 1. & ibi Abb. *in* 1. *col. de reſtit. in integ. & c. avaritiæ, de elect. lib.* 6. & Selva. 2. *par. qu.* 7. *nu. ult. & in* 3 *p. q.* 59. & Lamber. *de jure patr. f.* 122. Gom. *q.* 47. *caſu* 3. *de trien. poſ.* quod etiam extenditur, si hoc facit durante lite super illo beneficio, Doct. *locis cit.* facit *c.* 1. *& 2. ut lite pend. lib.* 6. *c. cum iam dudum, de præb.* & idem si quis præsentatus, & antequam instituatur, capit possessionem, vel administrat propter identitatẽ rationis, Reb. *tit. de miſ. in poſſ. n.* 8. & citat Panor. *in ca. cum iam dudum, de præb.* Navar. *in conſi.* 12. *nu.* 14. *de reſcr.* sed in terminis Gemin. *in ca. avaritiæ, in ver. sed eſt dubium, de elect, lib.* 6. facit *c. qualiter, eo. tit. extrà*, dicit, quod venit saltem privandus. *& in c. quam ſit* clarissimè tenet quod sub nomine electionis includitur præsentatio; facit quod notat gl. *in c. ſciant cuncti, in ver. alios, de elect. lib.* 6. ubi pœnas impositas contra electores Ecclesiarum persequentes extendit ad præsentantes, etiamsi fuerint clerici, idem *in ca. quoniam, ver. non obſtat. de ele. l.* 6. & ibi Gloss. *in ver. electione*, dicit præsentationem includi appellatione electionis, etiam in pœnalibus.

Quintò, qui committit crimen dignum depositione, Gl. *in c. cùm ſemper, de cauſ. poſſ. & propr.* Selva 3. *p. q.* 2. *num.* 5. Diaz. *pract. crim. Can. c.* 123. vide *ſuperiùs, in ver. concubinarius, §.* 2. *& in ver. privatio, §.* 5. *& 6.*

Sextò, qui habet beneficium collatum, ablatum alteri injustè, *c. tanta*, & ibi Ant. *in fi. c.* 1. *de exceſſ. Præl.* facit *cap. licet. de præb. lib.* 6. Gom. *in quæſt.* 47. *caſu* 5. *de trien. poſſ.*

Septimò, qui ingreditur beneficii possessionem propria auctoritate, Joan. And. *in capit. dudum de elect.* ita quod literæ super illo beneficio non valerent, si tacet se intrasse possessionem, etiam auctoritate principis, ut notat Abb. *in ca. ad aures de reſcri. & in cap. cum jam dudum, col.* 2. *de præb. & in ca. præterea, ult. not. ab. de jure patron. & in capit. per venerabilem, qui filii ſint legit.* & Felin. *in cap. veniens, de accuſat.* Cardin. *in Clem. per litteras de præb. in fine.*

Octavò, qui intrat possessionem beneficii non levatis Bullis, cum sola signatura, *Extravagans injunctæ, de elect.* & hoc vide meliùs, *in ver. Bullæ*, §. 1. Rebuff.

buff. *loc. citat. in 3. p. sig. in ver. datum, numero* 8. ubi dicit quod cum sola signatura potest quis non facere fructus suos.

Nonò, qui habet titulum, & possessionem à non habente potestatem conferendi, quia pertinet ad alium collatio, vel erat publicè suspensus collator, *ut in cap. fin. de excess. Prælat. & capit. quia diversitatem, de concess. præben.* vel à vicario, ad hoc non habente specialem concessionem, *cap. fin. de offic. vic. libro sexto.* similiter si ordinarius conferret beneficia devoluta, *per ca. secundum, de concess. præbend.* & collatio beneficii nulla, tractu temporis non convalidatur, Boer. *decisio.* 170. & qui non habet titulum, non juvatur regula Cancellar. nec præscriptione, Boer. *decisio. decima quarta:* sed hoc intelligè juxta notata *in verbo beneficium,* § *. tertio, dicto duodecimo,* & Rebuff. *ibidem citato.*

Decimò, si quis habuit beneficium per simoniam ab eo qui haberet potestatem conferendi, Felin. *in c. in nostra, col. 2. in fi. de rescr.* vide pro his omnibus Selvam 3. *p. q. 2. num* 5. Gom. *q.* 47. & 49. *de trien. poss.* & annotatio Ioan. Miler *in d. regula* Staph. *f.* 182. *num.* 3. Covar. *lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 7. *ver. oportet tamen. var. resol.* & §. 2.

Undecimò, qui acciperet possessionem beneficii ante collationem, Rebuf. *in tit. de miss. in possess. numer.* 6. & *infrà, & in ca. iam dudum,* & ibi Abb. *de præb. & in capit. in nostra,* & ibi Felin. *de rescrip.* & alios modos intrusionis vide in Rebuff. *in reg. de subrog. collitigat. gloss.* 4.

Duodecimò, qui se intrusit, vel se fecit instituì in beneficio viventis, Abb. *in cap. post electionem, num.* 2. & 5. *de concess. præben. & in cap.* 1. *n.* 1. Ioan. Anchar. *cons.* 398. & Oldrad. *cons.* 304.

Decimotertiò, qui resignat, & post resignationem manet in beneficio resignato, tenetur ad fructuum restitutionem, Caputaqu. *decis.* 36. *p.* 3.

Decimoquartò, si minor 25. annis provisus sit de parochiali, si possessionem, & fructus capiat de beneficio curato, censetur intrusus, Fel. *in ca. in nostra, coro.* 2. *de rescr.* Nav. *cons.* 2. *nu.* 1. *de ætat. & qual.*

Ad Secundum, prima pœna ponitur *in c. cum qui, de præb. lib.* 6. & distingue cum gl. *ibi in ver. iuxta,* & Gem. *ibi in notab* 1. Secunda pœna habetur, *in cap. gravis, & ibi gl. in ver. fructus. de restitut. spoliat.* nempe, ad restitutionem fructuum perceptorum, & qui percipi potuissent, deductis tamen expensis, Diaz *prac. crim. Can. ca.* 44. Navar. *ca.* 25. *num.* 114. Sylv. *in ver. intrusus.* Hoc tamen fallit, si fructus percepti essent modici, quia non fit privatio, Rebuff. *de subrog. collitig. numer.* 20. Tertiò, si in intrusione aliqua injuria intervenerit ultra prædictam pœnam, potest puniri actione injuriarum, *d. ca. gravis,* & est inhabilis ad illud beneficium, Rebuff. *loc. cit. num.* 26. Quartò, non juvatur errore communi, licèt aliquando excuset, & faciat jus, Abb. *in c.* 2. *num.* 4. *de in integr. restit. & in capi. perlatum, num.* 4. *qui fil. sint. legit. & in ca. gratum, nu.* 2. *de offi. deleg. & in ca. dilecta, de rescript.* alias pœnas vide in Abb. *in capit. qui in vivorum. numero* 3. *de concess. præb. & in ca. post electionem, num.* 2. & §. *eo.* Anch. *cons.* 338. & Oldr. *cons.* 304.

Quin-

Quintò, à quo tempore fit condemnatio fructuum contra intensum; respondetur, quod aliquando à die intrusionis, aliquando à die motæ litis, Caputaque, *decis.27.& 65.& 3.parte* 2.& ita de hærede intruso, vide Bul. Jul. III. *quæ est 33. & incipit Sanctissimus*, ubi omnes beneficiatos sine Bullis dicit esse intrusos. Sextò, si quis de facto se poneret in possessione alicujus beneficii, & postea impetrat illud à Sede Apostolica, non facta mentione de hac intrusione, nulla est impetratio, Capitu. Tolos. *quæst.*483. & non solùm tenetur facere mentionem de hac intrusione, sed etiam de fructibus interim perceptis, nisi eos convertisset in Ecclesiæ utilitatem, Addit. *ibi*, & Nav. *in* 2. *consi.*2. *de ætat. & qual.* Septimò, si quis fuerit intrusus in aliquo beneficio à laico, ut in casu *cap. præterea, il* 1. *de jure patron.* & vellet impetrare aliud beneficium à Papa, non facta mentione de illa intrusione, tunc non valet impetratio, quia est ineligibilis, cùm sit excommunicatus, prout *d. ca. præterea*, vide Addit. *ad qu.*483. *Capi. Tolos.* & ita censuit fac. Congreg. *declar.* 280. *in meis.* Octavò, intrusus in aliquo beneficio, ad illud tunc est inhabilis, in pœnam intrusionis, quia sine titulo se intrusit. Nav. *cons.*12. *de rescript. nume.*13. *& cons.* 91. *de simonia.* Nonò, multos alios modos intrusionis vide in Rebuff. *in reg. de subrog. collitig. gloss.*4. ubi *nu.*26. dicit intrusum in uno beneficio, licèt sit inhabilis ad illud, non tamen ad alia, per capitulum *si compromissarius, de election. lib.* 6. hoc tamen intellige extra casum, de quo hic, *versi.*7.

Ad tertium, est distinguendum ad illud beneficium, in quo quis est intrusus, pertinebat ad collationem Papæ per *ca.*2. *de præb. lib.*6. *vel ca.*2. *de conces. præb* vel per alternativam, vel aliqua alia generali, vel speciali reservatione, vel pertinebat ad collationem Ordinarii: si primum, non restituitur, sed condemnatur, prout *in cap. gravis*, & ibi glo. Gom. *q.* 47. *de trien. poss.* & hoc intellige, quando spoliaretur, & esset benef. reservatum in corpore juris, ut *sup.* similiter Bullam Greg. 15. *de public. resignatio.* prout dicam *in ver. resignatio*, §. 3. de aliis resignationibus solet fieri compositio cum Camera, & expedire (perinde valere:) si secundum, Ordinarius loci providebit, prout eis magis videbitur, nec erit opus scrupulizare, quod cùm aliquis diu fuisset intrusus in illo beneficio, & sic dum vacasset, quod devolutum esset ad Sedem Apostolicam, quia hoc intelligitur juxta dispositionem *c. licet, de suppl. neglig. Præl.* & *c. quia diversitatem, de conces. præb.* & quando vacat, de jure, & non de facto; ergo Ordinarius poterit providere. Sed urgebit quis per *c. ordinarii, lib.*6 ubi singulis annis tenetur Prælatus visitare diœcesim, & videre titulos beneficiorum, an sint veri, vel intrusi. Ad hoc respondetur primò, prout vidi in facto, quod si aliqui fuerunt tolerati per multos annos, vel cum sola supplicatione, non levatis Bullis à Sede Apostolica, vel sine Bullis, facta sola collocatione ab Ordinario ore tenus, & hoc sciverit Ordinarius in prima visitatione, quam facit, tunc si primum, mittet beneficiatum ad Sedem Apostolicam, pro

impetratione Bullarum ; si secundum, ipse Ordinarius providebit beneficiato de Bullis; si verò factis ab eo multis visitationibus, ad hoc non animadvertit, sed in alia hoc sciverit, non censetur devolutum, quia per jura superiùs allegata, tempus non currit Ordinario, nisi à die verisimilis notitiæ, modò ignorantia non fuerit crassa, supina, vel affectata; tamen dico cum Rebuff. *loc. cit. in ver. beneficium, §. 3. dicto* 12.

Ad quartum, respondetur, quòd tria enumerat Navar. *tract. de spolio, §.* 11. *nu.* 4. Primum, componere cum Camera Apostolica, secundum, convertere illos in utilitatem Ecclesiæ suæ, vel beneficii; tertium, tradere illos futuro successori, qui tamen possit habere aliquam remissionem à primo, & à tertio, & non à secundo.

INDICIA.

PRimò, quæ indicia requirantur ad torturam, arbitrarium esse judicis ait Abb. *in c. cùm in contemplatione, nu.* 2. *de reg. jur.* an unus testis, gloss. *in l.* 3. *C. ad leg. Iul. Majest.* vide Ioan. Andr. *in addit. ad Spec. in tit. de prob. §. videndum, ver.* 13. Bal. *in apost. in l.* 3 *ff. de testib.* Bar. *in l. fi. ff. de quæst.* Salic. *in l. fi. char. ult. C. de quæstion.*

Secudò, indicium est minus, quam semiplena probatio, unde duo indicia non faciunt plenam probationem, *l. cùm probatio, ff. de probat.*

JUS CATHEDRATICUM.

SUMMARIUM.

1 *An de iure debeatur.*
2 *Quantùm pro eo debeatur.*
3 *Qui illud solvere teneantur.*
4 *An possit præscribi, vel per consuetudinem tolli.*

AD primum respondetur, quod debetur presbyteros suos Episcopis, prout in *c. conquerente. de offic. ordinar.* singulis annis ratione honoris Cathedræ *gl. ibi in ver. duos solidos*, & pro festo Nativitatis, & Resurrectionis Domini nostri, solet dari, *c. olim, de censib.*

Ad secundum, text. *tibi*, taxat duos solidos, qui solvendi sunt secundùm taxam, quæ antiquitus solvi consuevit : sed quia solidorum valor conformis non est, imò varius, attenta varia provinciarum taxatione, ut vult Covar. *lib.* 2. *cap.* 2. *& 3. var. resol. & tract. de numis. §. primo, & secundo*, facit *cap. quia Subdiaconum*, 17. *q.* 4. *& d. ca. conquerente de offi ordin.* ideò attendenda est diversarum Cathedralium consuetudo bona, & rationabilis, & Neap. vidi solvere per singulos presbyteros quinque Carlenos monetæ Regni, & in diœcesi Compzana quatuor, & Archipresbyteros decem & octo. Ab. *in cap. pastoralis, n.* 7. *de donat.* dicit, quod quælibet Ecclesia particularis tenetur dare suo Episcopo singulis annis duos aureos.

Ad tertium, gloss. *in d. c. conquerente*, & text. dicit, quod à qualibet Ecclesia suæ diœcesis, præterquàm Monasteriis,

riis, tamen vidi Compzæ, & Neap. solùm à presbyteris, 1. à Sacerdotibus exigi. an à Diaconis, distinguendum puto, si habent partem in fructibus Ecclesiarum, ubi adscripti sunt, pro portione sua tenerentur, per *Regulam*, *si quis commodum*, & hoc ubi aliter non haberet consuetudo, presbyteri cæci non tenentur, *c. licet*, *de cens.* sed distingue cum Panor. *ibi.*

Ad quartum, vide gl. *in c. quicunque*, 16. *q.* 7, & Ioan. Andr. *in cap.* 1. *de præb. lib.* 6. *in novella*, & Franch. Bald. *tract. de præscr.* 1. *par.* 5. *p.c.* 16. ubi dicit, quod non potest præscribi, sicut nec procuratio, nec subsidium charitativum, & citat Panor. *in cons.* 94. *in* 1. *vol.* & Calder. *cons.* 2. *de præscrip.* & idem Bald. *loc. cit.* 1. *par.* 6. *& ult. fol.* 484. sed possit dici, quod licèt non posset præscribi, potest tamen per contrariam consuetudinem aliter introduci, prout dixi *in ver. confessio.* §. 2. ex Nav. *in c.* 1. *in prin. in gloss. numero* 98. *de pœnit. dist.* 6. & ita placuit, *numero* 34. *ead. dist.* & dixi *in pract. mea pœnit. c.* 15. *q.* 2. facit Conc. Trid. *sess.* 24. *capit.* 3. *de refor.* ubi dicit, quod valet consuetudo contra procurationem, & tamen *c. cum ex officii*, *de præscrip.* censetur procurationem non posse præscribi, & tamen potest tolli consuetudine. Ratio est, quia multa possunt tolli per consuetudinem, quæ per præscriptionem tolli non possunt; prout dixi *superiùs in verb. decimæ*, §. 7. & Navar. *in glos. in Sum. de pœnit. dist.* 5. *nu.* 7. vide Navar. *cons.* 5. *de cens.*

JUDEX.

PRimum, judex commissus potest aliquid capere pro visitatione processus. Boer. *decis.* 15. *numero* 1. sed nec judex, nec Advocatus, nec Procurator, potest sibi retinere processum pro salario suo, idem *ibidem*, *numero* 3. & quomodo probetur processus, si deperdatur, vide *ibi.*

Secundò, Iudex succedens in officio, an possit persequi reum jam absolutum à judice prædecessore, vide Paris. de Put. *tract. de Syndicatu. in ver. pœna.*

Tertiò, Iudex non debet participare lucrum cum Notario, seu Actuario suo, *cap. statutum.* §. *notarium*, *de rescript. lib.* 6, Boer. *decis.* 258. *numero* 12. quod est contra nonnullos Episcopos non dantes salarium Vicariis suis, nisi medietatem sportularum, & banchæ Notarii: caveant ergo de cætero, juxta ea quæ dicit Ang. *in l. præcipimus*, *C. de appel.* & nedent occasionem suis officialibus dicendi illud parabolæ Salom. *capit.* 1. *Marsupium unum erit nobiscum*, sed dent salarium, & Notario vendant bancham seu lucra actorum, & Gemin. *in capitul. statutum*, § *notarium verò*, *notab.* 4. *de rescript. lib.* 6. per illum tex. dicit non quod prohibitum est Iudici participare lucrum cum notariis, & ministris causæ.

Quartò, Iudex ecclesiasticus non tenetur stare processui confecto à Iudice laico, nec è contra, nisi in crimine hæresis, Boer. *decisio.* 90. Abb. *in c. ea quæ*, *nu.* 14. *de stat. monach.*

Quin-

Quintò, Judex ecclesiasticus an possit punire eum, qui condemnatus, vel absolutus fuit à judice sæculari, & è contra, vide Boer. *decis.* 289. ubi videtur declinare in partem negativam, fallit in excommunicatione ob percussionem Clerici factam à laico, quia licèt sit condemnatus, vel absolutus à Judice sæculari pro delicto, potest inde puniri etiam & condemnari à Judice ecclesiastico pro excommunicatione incursa, juxta *cap. ex parte, & ibi notata de verb. sing.* imò Covar. *lib. 1. caput. 4. numero 8. var. resol.* censet judicem ecclesiasticum posse etiam punire laicum accusatum coram eo, de injectione manum violentarum in Clericum, & de actione injuriarum, facit *cap. 2. de pœn. & c. parochianus & ibi gl. in ver. satisfaciant. de sent. excom* & Gom. *de brev. nu. 25.* Abb. *in c. cùm non ab homine, num. 2. de sent. excom.* sed cum sit sacrilegium, est etiam casus mixtus.

Sextò, quomodo practicari debeat in casibus mixtis, ut si præveniat Judex ecclesiasticus, & condemnet, an sic condemnatus possit à judice sæculari iterum puniri, vide Maran. *4. part. distin. 1. num. 20. & 27. & 6. part. tit. de inquis. nu. 97.* Covar. *lib. 2. c. 10. num. 4. 5. & 7. var. resol. cap. Felicis, §. per hoc, de pœn. lib. 6.* gl. *in c. at si clerici, §. ultim. de judicis, in ver. duplici,* Foller. *pract. crim. 4. p. num. 49. & num. 103.* Boer. *loc. cit.*

Septimò, Judex sæcularis in multis habet auctoritatem in personis eccles. vide *cap. princeps, & ibi gloss. 23. quæst. 65. & 562. num. 2. per gl. in cap. tua, il 1. de decim.*

Octavò, Ecclesiasticus potest punire laicum pro injuria illata Clerico, si præveniat, idem *loco cit.* quod est notandum pro practica, & ita dicit fuisse decisum in facto, Covar. *li. 1. c. 4. nu. 8. var. resol. facit c. 2. de pœn.* Gom. *tract. de Brev. nu. 25.* vide Anch. *in cap. ea quæ, num. 17. de regul. iur. lib. 6.* idem de occupantibus, seu usurpantibus bona Ecclesiarum, vel Hospitalium, *Clem. 2. & ibi gloss. in ver. excutere*, & Abb. *numero 1. de relig. dom.*

Nonò, Judex laicus potest cognoscere de possessorio in Beneficialibus, & Decimis, ratio est, quia possessorium non est quid spirituale, sed temporale, ita Guid. Pap. *q. 1. nu. 1. & 2.* gl. *in c. literas, de iuram. calum. in ver. spiritualibus,* Cov *pract. quæst. c. 35. à nu. 1.* potest etiam cognoscere de spolio facto contra Regularem, vel de beneficio Manuali, vel perpetuo, & illos sic spoliatos restituere, ita Navar. *in cap. non dicatis. nu. 65. ver. adde octavo, 12. q. 1.*

Decimò, an Judex ecclesiasticus possit cognoscere de causa feudali contra Clericum, vide eund. Guid. Pap. *139. q. & addit. ibi.*

Undecimò, Iudex sæcularis aliquando incidenter cognoscit de causa spirituali, putà, si agatur super facto, an matrimonium fuerit contractum inter aliquos, nec ne, Capyc. *decis. 7.* Abb. & gl. *in c. non est, in versi. uxoris, de spons.* Selva *tract. de benef. 1 par. q. 7. n. 12.* & quando Clericus turbat laicum in possessione. Affl. & *decis. 2. n. 5.* per constitutionem regni, finis præcepti charitas, & in causa recoventionis, quia in causa civili cleri-

cus

cus reconvenitur coram judice laico, Afflict. *decis.* 173. & in causa depositi, & spolii beneficii, etiam contra Clericum, Afflict. *decis.* 24. *num.* 3.

Duodecimò, sunt multa oppida, in quibus persona ecclesiastica habet jus civile, & secularis criminale, quæritur quis Capitaneorum debeat præcedere, an is qui ponitur ab ecclesiastico, vel qui à sæculari? Respondetur, quod Capitaneus personæ ecclesiasticæ, Capyc. *decis.* 27. *à nu.* 23. *& infrà.* Similiter ad ipsum pertinet convocare Concilium Universitatis, *n.* 22. & quando dubitaretur ad quem jurisdictio pertineat, quis cognoscere debeat, vide Iser. *in usu feud. rub. ult. n.* 16.

Decimotertiò, in quibus casibus habeat cognitionem Capitaneus criminalis in his terris, seu oppidis, & in quibus Capitaneus civilis per sacrum Regium Conc. Neap. fuit decisum, quod quotiescunque venit pœna irroganda fisco, cognoscit Capitaneus criminalis. Sed vide Arnonem *in suis Soliloquiis*, ubi aliter sentit, per quandam pragmaticam Regis Neapoli, vide Vinc. de Anna. singul. 460 & ad Capitaneum causarum criminalium spectat facere banna criminalia, ad Capitaneum causarum civilium banna civilia, Capyc. *loc. cit. n.* 29. & dicta pragm. hodie est impressa, & incipit, Illustri, & est posita à Nigro *in Constitut. Regni, in tit. de causis criminalibus & civilibus.* vbi Rex dicit, *Declaramus omnes casus, culpas & criminalia, pro quibus pœna mortis naturalis, seu civilis, vel membri mutilatio principaliter infligenda non venit, pertinere ad Iudicem civilem.*

Decimoquartò, Judices terrarum hodie statim commisso maleficio, faciunt describi, & inventariari, & sequestrari omnia bona delinquentis, ne auferantur, & occultentur. Capyc. *dec.* 231. *nu.* 4. *&* 5. & ad hoc, ut succedente contumacia possit confiscari tertia pars mobilium, Mara. *6. p. tit. de contum. num.* 25. *lib.* 2 *ff. de requir. reu,* Clar. *quæst.* 44. *ver.* 1.

Decimoquintò, Judex, seu officialis alicujus castri, est caput civium, & ut civis debet gaudere privilegiis civium durante tempore officii, Capyc. *decis.* 309. *num.* 31.

Decimosextò, Judex non debet tenere insolitas opiniones, sed inhærere opinioni majorum, seu communi, gloss. & Salic. *in l.* 2. *C. de sentent.* Novel. *de jure protim. § tertius, num.* 77. nam Judex secutus communem opinionem, licèt in rei veritate illa non esset juridica, tamen est excusatus, nec dicitur peccare, & se potest defendere in Syndicatu, si suæ sententiæ propter hoc fuerint revocatæ, ita Gemin. *in c.* 1. *per illum text. de postulat. Prælat. li.* 6. *ver. secundo.*

Decimoseptimò, Judicis decretum, sive auctoritas in diuturnitate temporis præsumitur, Afflict. *decis.* 345. *n.* 4.

Decimooctavo, coram judice laico tenetur comparere laudatus, secus quãdo vocaretur à possessore nomine Clerici, Gram. *decis.* 21. Maran. *6. par. memb.* 6. *in princip.*

Decimonono, Clericus consentiens, vel non declinans forum Judicis sæcularis, potest puniri pœna arbitraria, quasi transgressor Canonis, Gram. *decis.* 61.

num. 8. Bertach. *tract. de Episc. 2. par. lib. 4. vers.* 49. Hostiens. *in Sum. tit. de renunciat.* §. 2. *nu. secundo ver. dic. ergo.*

Vigesimò, Iudex Ecclesiasticus cognoscit de exceptione illegitimationis, & dum ipse cognoscit, silet petitio hæreditatis. Abb. *in c. tuam, nu.* 1. *de ord. cogn.* ita etiam de exceptione excommunicationis, idem *ibid. num.* 9.

Vigesimo primò, Iudex ecclesiasticus potest Clericos repetere à seculari Iudice, etiamsi ipsi Clerici confessi fuerint se laicos esse, Covar. *pract. q. c.* 33. *num.* 2. §. *primum.*

Vigesimo secundò, Iudex Ecclesiasticus an possit carcerare laicos, ratione simultatis, vel propter consuetudinem, vide Covar. *ubi sup. c.* 10. & 34. *nu.* 1. Folet. *in pract. crim. in tit. adjuvantur excusatores, nu.* 79.

Vigesimo tertiò, Iudex an debeat, & possit judicare secundùm allegata, & probata, an secundùm conscientiam, vide Covar. *lib.* 1. *ca.* 1. *num.* 2. & 3. *var. resol.*

Vigesimo quartò, Iudex nil nomine expensarum potest exigere à paupere, Anch. *in c. statutum,* §. *insuper, num.* 8. *de rescri. lib.* 9.

Vigesimo quintò, Iudex ordinarius, & consultor potest reddi suspectus, Capyc. *decis.* 132. *nu.* 6. sed suspectio est probanda coram ipso, si est nota, vel coram arbitris, si est dubia, & quid de procuratore suspecto, vide text. & Gloss. *in c. eum speciali, in ver. justæ suspectionis, de appell.* & Gloss. *in c. quamvis, in ver. suspectus, de procur. lib.* 6.

Vigesimo sextò, Iudex ecclesiasticus, & non secularis cognoscit de causa filiationis, *cap. tuam, de ord. cog.* & *c. causam quæ, il* 2. & *ca. lator, qui fil. sint leg.* Covar. *sponsal.* 2. *par. c.* 8. §. 3. *num.*

Vigesimo septimò, in Judicem non suum non potest Clericus consentire, nisi concurrant quinque, quorum illa sunt potissima, primum, ut Iudex ille sit Clericus, aliud de consensu proprii Episcopi. Hostiens. *in Sum. tit. de offic. deleg.* §. *quibus modis, in prin.*

Vigesimo octavò, an acta coram Judice laico faciant fidem coram Judice spirituali? Respondetur *ex Cap. Tolos. q.* 198. & *ibi Addit.* quod sic fallit prout *infrà, in ver. tortura,* §. 6.

Vigesimo nonò, Iudex ecclesiasticus dans sententiam injustam, quas pœnas incurrat, vide text. Gloss. & Gemin. *in cap.* 1. *de sent. & re jud. lib.* 6. sed nota bene, quia ad incurrendas illas pœnas requiruntur sex. Primò, ut sit contra conscientiam, sed de hoc vide prout suprà, §. 25. *remissive.* Secundò, quod contra jus. Tertiò, quod in gravamen partis. Quartò, in judicium. Quintò, quod facit. Sextò, quod per gratiam, vel sordes, id est, prece, odio, favore, vel timore, Gloss. *ibi, in ver. sordes.*

Trigesimò, Iudex non potest esse subditus in causa sui superioris, text. Gloss. Gemin. *ibi, not. ab. penultimo. de offi. deleg. capitulo sexto.* hinc non deducitur, Episcopum Suffraganeum non posse esse judicem in causa sui Metropolitani, cùm non sit subditus, sed Suffraganeus, id est, auxiliator, & coadjutor: tamen Gemin. *in dicto capit. versic. quæro; an Archiepiscopus*, tenet quod nõ, quia text. loquitur de districtu, & quia

Archi-

Archiepiſtopus eſt Iudex ſui Suffraganei in aliquibus caſibus: ſed ltext.oquitur de conſervatore, licèt poſſet extendi etiam ad Judicem, tutamen ſuccedente caſu, & non conſtito de ſuſpicione Suffraganei, dic, quòd poteſt tunc eſſe judex.

IMMUNITAS ECCLESIASTICA.

PRimò, circa fugientes ad ipſam *Eccleſiam*, an poſſint capi, & an requiratur Epiſcopi licentia, vide Boer. *deciſ.* 109. & qui non gaudeant hac immunitate, *ibidem numero 5: & deciſ.* 00. ubi habet etiam in quibuſdam caſibus poſſe ſacerdotem avelli ab altari, niſi ſacrum inceperit facere, vide Capyc. *c. inter alia, de immunit. Eccleſ.* vide Bullam Honorii Papæ poſitam *in fine hujus operis, ca.* 3.

Secundò, palatium Epiſcopi gaudet immunitate hac, Guid. Pap. *q.* 121. *num.* 4 Zabarella *in Clem.* 1. *de pœnit. & remiſſ. c. id conſtituimus,* 17. *q.* 4. quod valet ſi palatium Epiſcopi ſit conſtructum intra quadraginta Matricis *Eccleſiæ* paſſus, Covar. *lib.* 2. *num.* 6. *ca.* 20. *var. reſol. ver.* 4. & Inno. *in c. inter alia, hoc tit.* Hoſpitalia etiam auctoritate *Epiſcopi* conſtructa habent hanc immunitatem, Covar. *n.* 4. *ver.* 2.

Tertiò in caſibus, in quibus delinquens non poteſt gaudere iſta immunitate, prout *in c. inter alia,* & Covar. *loco cit. num.* 7. § 8. Foller. *pract. crim.* 2. *par. num.* 6. ubi dicit, non poſſe, neque in caſibus illis extrahi, ſine licentia Epiſcopi, & quia non poteſt extrahi, Epiſcopus ſi vult illam dare, debet uti hac clauſula, ſeu cautela, ad evitandam irregularitatem, petens juramentum à Iudice, de ſervanda vita, & membris ipſius delinquentis, Guido Pap. *loco cit. nu.* 3. *in fine,* & dixi *in verſic. clericus,* § *ſeptimo, verſic. circa tertium.*

Quarto, de iſta immunitate, quoad praxim, & ut fiat bona apud tribunalia regia, videto Covar. *lib.* 2. *c.* 20. *per totum,* ubi habes, quod non ſolùm illi qui excipiuntur *in d. c. inter alia,* non gaudent hac immunitate, ſed nec aſſaſſini, nec qui homicidium proditorium commiſerunt, etiamſi mors inde non ſit ſequuta, Boer. *loc. cit. & c. ſicut antiquitus.* 17. *q.* 4.

Quintò, an *Eccleſia* non conſecrata, in qua divina celebrantur, & quid ſi ibi non celebrantur divina; vide Abb. *in Eccleſ. n.* 1. *& hoc tit.* & an Eccleſia interdicta: vide eund. *ibidem, n.* 8. ubi etiam habes de ſpatio Eccleſiæ, quod gaudet hac immunitate, & Inno. *in c. inter alia, hoc tit.* & Gemin. *in ca.* 1. *ver. ſed pœnæ. circa ult. de in integrum reſtit. lib.* 6. dicit Eccleſiam etiam non finitam ædificari, ſed per impoſitionem primarii lapidis per Epiſcopum gaudere hac immunitate, licet non potuerit perfici, & ratio eſt, quia non poteſt ad humanos uſus redire; & citat Hoſtienſ. *in capitulo Eccleſia, hoc titulo.*

Sexto, circa immunitatem domorum Prælatorum, Religioſorum, & aliarum perſonarum Eccleſiaſticarum, de non hoſpitando milites, & alios, vide Bullam Honor. Papæ *in concordatis cum Rege Neapolitano, c.* 4. *quam habes in fi. operis.*

Septimò, circa hanc immunitatem ecclesiasticam multa satis largè concessit Sixtus V. quæ Gregor. reduxit ad terminos juris communis Bulla sua, Pontf. anno 1.

Octavò, an Clerici gaudeant hac immunitate, si confugiant ad Ecclesiam? Respondetur quod sic, quia non sunt deterioris conditionis, quàm laici, ita Rom. *Consil.* 234.

Nonò, condemnatus, dum dicitur ad mortem, vel ad triremes, si confugerit ad Ecclesiam, nihil ei prodest, Clar. *q.* 34. *ver. secum autem*, facit *c. inter alia. hoc tit.*

Decimò, ista immunitas parum hodie est in usu, propter multiplicationem Ecclesiarum & delictorum, & scelerum, quia daretur commoditas delinquendi. Clar. *q.* 30. *in princ.* sed debet intelligi juxta *dictum cap. inter alia*, & Covar. *lib.* 2. *c.* 20. *nu.* 7. §. 8. *var. resol.* & Bocr. *decis.* 109.

Undecimò, pia loca sunt immunia ab onere hospitandi milites, ita & monasteria. Pius V. *Bull.* 118. *quæ incipit, cùm non sine, & Bulla* Honorii Papæ *in concordatis cum Rege Neapolitano, c.* 4.

Duodecimò, tamen Navar. *in Manual. c.* 25. *nu.* 18. admonet, nullo in loco servari immunitatem ecclesiasticam quoad confugientes, nisi quoad fines cæmeterii, forium, claustrorum, gradum, Sylv. *in ver. immunitas*, 3. §. 1.

Decimotertiò, Judex extrahens aliquem ab Ecclesia, non satisfacit, si dimittit illum liberum, sed debet eum restituere in pristinum locum, id est, in Ecclesiam *Navar. consil. 1. de immun. eccl.* alias subjacet pœnis in monitorio sibi facta à judice ecclesiastico.

Decimoquartò, pœna extrahentis ab Ecclesia, de jure communi, non est excommunicatio latæ sententiæ, sed venit excommunicandus, *capi. si quis contumax, capit. quisquis.* 17. *q.* 4.

Decimoquinto, & quod dictum est de locis sacris, idem de palatio Episcopi. Covar. *lib.* 2. *cap.* 20. *n.* 5. *ver.* 5. *var. resol.* Vide Clarum *lib.* 5. §. *fin. q.* 30.

INCLINATIO STELLARUM.

QUoniam hæc materia non satisfacit ad rem, eò maximè, quia sanctissimè addit Bullam Sixtus V. contra vaniloquia Astrologorum nativitiariarum, in qua omnem judiciariam Astrologiam expellit, excepta Nauticâ, Medicâ, & Georgicâ, seu Agriculturâ, vide Abb. & annotationes ad ipsum *in c. ex tuarum, de sortileg.* ideo pro practica solùm quædam attingam, ad hoc ut possint convinci interdum ab Ordinariis vanitates observantium supervacuè hujusmodi astrorum constellationes.

Primò, cœlestia corpora non possunt esse causa per se operationum liberi arbitrii, & possunt ad hoc dispositivè inclinare, quatenus imprimunt in corpus humanum, & per consequens in vires sensitivas, quæ tamen obediunt rationi, sed nulla necessitas ex hoc imponitur libero arbitrio. D. Thom. 2. 2. *q.* 95. *ar.* 6. *in corpore.*

Secundo, impressiones corporum cælestium indirectè, & per accidens ad intellectum, & rationem pertinere possunt,

sunt, in quantum tam intellectus, quàm voluntas, aliquo modo ab inferioribus vires accipiunt, quæ organis corporeis alligantur, idem 1. *par. quæst.* 115. *ar.* 4. & 6.

Tertiò, mores hominum à dispositionibus syderum variari dispositivè & contingenter possunt, & stellæ per constellationem influentiæ inclinant, Astens. *lib.* 1. *tit.* 12.

Quartò, corpora cælestia, & constellationes homines quandoque ad vitia, quandoque ad virtutes inclinant, non tamen cogunt, Armil. *in ver. Astrologia, num.* 2.

Quintò, cœlestia non possunt imprimere directè intellectum, nec voluntatem, sed possunt ad hoc dispositivè inclinare, Sylvest. *in ver. superstitio*, §. 6.

Sextò, corpora possunt quodammodo inclinare ipsam animam, Soto *lib.* 8. *q.* 3. *ar.* 2. *col.* 4. *de just. & jure*

Septimò, homo natus sub aliqua cõstellatione, talium aut talium syderum, non cogitur ex illa ad malè, vel benè operandum, Navar. *ca.* 2. *num.* 34. *notab.* 28 licèt omnia, quæ sunt sub Lunari globo constituta, per superiora regantur, & procurentur, Ang. *in ver. superstitio, num.* 15. vide D. Aug. *lib.* 4. *de Civit. Dei, c.* 1. & *in tract.* 8. *in Ioannem*, & D. Thom. 1. *p. quæst.* 22. *ad* 3. & *quæst.* 116. *art.* 2. Boet. 4. *lib. de consolat. Philosop.* ubi habes, an detur fatum, quomodo intelligatur, & *sup. Matth. cap.* 2. *col.* 2. & *lib.* 3 *contra gentes, cap.* 92. & *ibi* Ferrariensis, Cajetan. 2. 2. *quæst.* 95. *art.* 5. D. Chrysost. *in Matth. ca.* 2. Gregor. Niss. *lib.* 5. *Physiologiæ, cap.* 1. Zozom. *lib.* 6. *cap.* 35. Nicephor. *lib.* 2. *cap.* 45. *prope medium, in Histor. Eccles.* ex quibus summa hæc est, quod quando tam sancti Patres, quam sacri Theologi, & Canonistæ negant syderà cœlestia agere in hominem, intelligunt de coactione, necessitudine, ut falsò astruebant Priscillianistæ, & Faustus Manichæus, & pari modo est intelligendus D. Gregor. *in Homil. Epiphaniæ*, & hoc præter innumerabiles rationes quæ possunt afferri, istæ duæ sufficiant pro nunc, quod actus humani sunt liberi, & non possunt cogi à stellis, & si ita esset, nec meritorii, nec demeritorii dici possent. Ad hæc omnis anima est spiritus, & syderà sunt corpora, ergo non habent communicantiam in materia, quæ requiritur in actione, & passione, Aristot. *in lib.* 2. *de genera. & corrup. & lib.* 2. *de anima, in ca. de tactu*, vide Abb. *in ca.* 2. & 7. *de Sortileg.*

IMAGINES SACRÆ.

PRimò, quomodo depingendæ, & adorandæ, vide Conc. Constntin. VI. *Can.* 100. & *Canone* 72. ubi inter cætera habes, figuram Crucis non posse fieri in pavimento. & Concil. Trident. *sess.* 25. *de sac. imag. cap. si canonici, & ibi glo. in ver. in devotionis, de offi. ord. li.* 6. *cap. perlatum, cap. venerabiles, de consecra. dist.* 3. D. Thom. 2. 2. *qu.* 84. & *quodlibeto* 103. *art.* 3. & Magist. Sent. & Theologos, *in* 3. *Sent. dist.* 9.

Secundò, imagines sacræ potiùs, & majori reverentia venerantur, quando sunt in pariete, vel in Ecclesia, quàm quando sunt in officinis, seu in apothecis pictorum, quia ibi vendendi, & emendi

causa sunt positæ, illic verò, ut debitus honor eis exhibeatur, Cap. Tolos. 303.

Tertiò, picturæ verò & imagines insolitæ, nulla in Ecclesia, vel etiam exempta, poni possunt, nisi priùs fuerint approbatæ ab Episcopo, & sic de miraculis, & reliquiis Sanctorum; ita sac. Concil. Trident. *capit ul. de invoc. vener. & reliq. Sanct. & sacr. imag. §. in has autem, ver. postremo.*

INSTITUTIO.

INstitutio quatenus ad praxim episcopalem attinet, sumitur multis modis. Primò, pro confirmatione, seu provisione facta per Ordinarium, ei quem patronus legitimè præsentavit in beneficio juris patronatus, & sic *cap. 1. de reg. ju. lib. 6.* & ista pertinet ad capitulum sede vacante, & ad vicarium Generalem Episcopi, & sine speciali mandato, *cap. ex frequentibus de instit. & inf. in ver. Vicarius, dub. 14.* Secundò, sumitur pro collatione facta ab Ordinario, & sub ista cadit commissio curæ animarum. Tertiò, pro investituta & possessione beneficii. Quartò, pro confirmatione electionis, vide Dyn. & Addit. ad gl. *in ca. 2. de reg. jur. lib. 6.* Quintò, pro constitutione officiali in aliquo loco, prout *in cap. 1. ver. nec pro eo. & ibi* Gemin. *nota. 3. de offi. ord. lib. 6.* volui hæc scribere ad evitandam æquivocationem, prout *in cap. cum illis, §. cùm autem, de præbendis, lib. 6.* & sic sumitur *in d. cap. 1. de reg. iur.*

INDULGENTIA.

SUMMARIUM.

1 *An Prælatus possit indulgentias concedere, & quot dierum, & an ante ipsius consecrationem.*
2 *An Capitulum, Sede vacante,*
3 *An possint publicari in Diœcesi, absque Ordinarii licentia.*
4 *An & quando revocentur.*
5 *An indulgentiæ Legati à latere, & Episcoporum sint perpetuæ.*
6 *Qua forma sint concedendæ.*
7 *Quæ sublatæ.*
8 *Cui loco possint concedi.*
9 *Quibus causis sint concedendæ.*
10 *An existens in peccato mortali in hebdomada in qua sit Jubilæum, si faciat omnia, quæ in eo jubentur, & die Dominico confitetur peccata sua, & communicat, lucretur Jubilæi gratiam.*
11 *An illæ cui juncta fuit pœnitentia, putà, ut per quadraginta dies jejunet, ut per septem annos faciat hoc aut illud pro pœnitentia iniuncta, sine satisfactione suorum peccaminum, si lucretur Indulgentiam quadragenariam, vel septennalem, teneatur dictam pœnitentiam adimplere.*

AD Primum respondetur, posse, etiamsi fuerit solùm electus, sive postulatus, modò sit confirmatus, licèt nondum consecratus, etiamsi non sit presbyter. Sylvest. *in ver. Indulgentia, numero 13.* & solùm 40. dierum, vel annum in dedicatione Ecclesiæ, *cap. cum ex eo, de pœnitent. & remiss.* Sylvest. *loco*

loco citat. & quando quis dicatur electus, ad hoc ut possit concedere Indulgentias, vide *in 3. par. in ver. electus*: non enim requiritur ut sit consecratus, prout vult Iason. *in l. quamvis, num. 4. de inoff. testam.*

Ad Secundum affirmativè respondetur. Sylvest. *in ver. Capitulum*, §. 10. Sylvest. *tract. de beneficiis, 2. par. q. 11. licet Soto 4. Sentent. dist. 121. quæst. 1. art. 4. col. 3.* habeat oppositum, sed primum mihi magis placet, cùm indulgentiarum concessio non sit ordinis, sed jurisdictionis, & Capitulum succedit Episcopo in jurisdictionalibus non præjudicantibus, & non in his quæ sunt ordinis, ut patet apud omnes Scribentes; imò Vicarius generalis Episcopi, si ad hoc habet speciale mandatum, potest has concedere, Rebuff. *in for. vica. numer. 172.* & patet ratione, quia si potest Capitulum sede vacante per rationem prædictam, potest vicarius Episcopi, & tot dierum, quot Episcopus, cùm faciant unum consistorium, *ca. 2. de consuet. lib. 6. & Clem. & si principalis, de rescript.* Navar. *notab. 31. nu. nex ca. accedentibus, in fi. de excess. Prælat. & ibi* Abb.

Ad Tertium, sac. Congre. *declar. 332.* respondens in facto ad equites Hierosolymitanos, quibus prohibet, ne Indulgentias impetratas à sanctissimo Domino Papa publicent absque Ordinarii licentia, secus Ordinarius potest procedere contra eos, & eorum Clericos, prout cavetur in Conc. Trid. *sess. 6. cap. 9. de refor. & sess. 24. ca. 11. de refor. & sess. 25. ca. de indul.* & quod dicitur specialiter de equitibus Hierosolymitanis, extenditur ad omnes exemptos, & non exemptos, propter identitatem rationis, ut dixi *in ver. extensio*; vide *Clem. fin. de pœn. & remiss.*

Ad Quartum, vide Extravagant. Sixti IV. quæ incipit; *Quemadmodum, de pœn. & remiss.* ubi disponitur durante anno Iubilæi, in alma Urbe, suspendi omnes alias Indulgentias, Greg. XIII. *Bulla 23. f. 229.* & hoc non solum durante anno Iubilæi, prout *supra.* sed ad beneplacitum Sedis Apostolicæ, ita Navar. *in tract. de Iubil. & Indul.* & Catechesis Neap. *f. 239 §. nota quod*, ex quo sequitur, nullas Indulgentias plenarias esse validas post annum Iubilæum, nisi fuerint iterum à Sede Apostolica confirmatæ, ita Nav. *tra. de Iubilæo & Indul. not. 28. n. 28. & infrà*, & super Bulla Greg. XIII. *in ver. publicentur, litera G. n. 7.* sed ista suspensio non suspendit cæteras gratias, puta, concessit Papa visitantibus aliquam Ecclesiam, Indulgentiam plenariam, & facultatem confitendi, & absolvendi ab omnibus casibus, tunc sola Indulgentia plenaria revocatur, & non cæteræ gratiæ, Nav. *cons. 17. de pœnite. & remiss.* nec Indulgentiæ non plenariæ, Nav. *loc. cit.*

Ad quintum respondetur quod sic, per *capitulum fin. & ibi gloss. ver. statua, de offic. leg.* idem de Episcopis in Diœcesibus suis, si taliter concedant. D. Anton. *in Sum. 3. par. tit... cap... §...* Sylv. *in ver. indulgentia*, §. 14. Navar. *in capit. placuit, num. 164. de pœn. distinct. 6.*

Ad sextum, sac. Congreg. *declarat, 432. §. plenaria.* inter alias instructiones, quas dat circa indulgentias concedendas,

dendas, dicit quod indulgentia temporanea debet dari cum hac clausula, ut sint contriti, & habeant propositum confitendi debito tempore. Saltem & hoc rationabiliter: nam nemo lucratur Indulgentiarum fructum, nisi in charitate, patet apud omnes Scribentes, sed in charitate non potest quis esse, nisi eum pœniteat suorum peccaminum, & hoc non potest esse sine contritione, Soto 4. *Sent. distinct.* 21. *q.* 2. *art.* 3.

Ad septimum, Pius V. sua Bulla revocavit omnes Indulgentias etiam perpetuas, pro quibus consequendis manus adjutrices sunt porrigendæ, aut quæstuandi facultatem continent, Conc. Provinc. Benevent. *de Indul. capit.* 1.

Ad octavum, non possunt concedi Ecclesiæ, nec Altari nondum constructo, seu ædificato, *c. ad audientiam, de Ecclesiis ædific. in* 2. *responso, & ibi gl. in ver. non possumus*, facit quod notat. Abb. *in c. nos quidem, num.* 2. *de testam.* quod donatio non potest fieri loco non ædificato, sed distinguendum cum eodem Panor. *in dicto cap. ad audientiam, num.* 3. quod destructo loco, cui concessa est Indulgentia, revocatur Indulgentia, Navar. *loc. cit. notab.* 31. *nu.* 26.

Ad nonum, vide Sylvest. *loco cit. num.* 18. §. 6. & Soto *loc. cit. quæst.* 2. *art. secundo.*

Ad decimum, vide eund. Sotum *loc. cit. quæst.* 2. *art.* 3. *col.* 4. & ratio ipsius est, quia satis est, quod ille sit in gratia eo die, quo terminatur Jubilæum, seu indulgentia, licèt Navar. videatur contrariæ opinionis, *loc. cit. notab.* 19. *num.* 6. & *infrà*, licèt *nu.* 19. *vers...*, videatur sentire nobiscum.

Ad undecimum negativè respondetur, *c. quòd autem, & ibi gl. in ver. ut prosint*, & Innoc. & Ioan. Andr. *de pœn. & remiss.* Syl. *loc. cit.* §. 6 *n.* 23. Angel. *eodem ver. finali.* Abb. *in cap. cum ex eo. nu.* 6. *de pœnit. & remiss.* quamvis consulendum esset eidem, ne propter hoc in hac vita ab operibus pœnitentiæ desistat, eò vel maximè, quando pœnitentia daretur non solùm propter præteritorum satisfactionem peccatorum, sed in remedium futurorum, D. Thom. *in addit.* 3. *p. q.* 25. *art.* 1. *ad* 2. idem Navar. *notab.* 31. *nu.* 39. & 43.

INGRATITUDO.

INgratitudo parit exhæredationem, & facit redire peccata præterita (præter alia) de primo vide gl. *in capitulo Quinta vallis, in ver. exhæredaret, de jur. ejur.* Iason *in Auth. non licet, C. de liber. præt.* Marsil. *sing.* 78. & *per extensum.* Covar. *in cap. Raynutius, à nu.* 7. & *infrà, de testam.* Sylv. *in verbo hæreditas.* §. 1. & 2. vide Theol. *in quarto Sent. dist.* 22. & ibi Magistrum.

JURAMENTUM.

PRimò, juramentum suppletorium, quamvis non petitum in prima instantia, potest tamen peti in causa appellationis, & sic in 2. & 4. instantia, sed non post conclusionem, etiam ad instantiam petentis, Capyc. *dec.* 35. *nu.* 2. & 4.

Secundò, quot conditiones requirantur, quando dari debet juramentum suppletorium, vide Maran. 6. *par. act.* 9. *à num.*

à num.1. usque ad 11. Gom. *tract. de negleg.casu 130. & in cap. fi. de jurejur.* & quibus casibus non sit præstandum dictum juramentum, vide Afflict. *decis.36.* ubi numerat quindecim casus.

Tertiò, juramento damnũ passi creditur habentis animalia, quæ damnum fecere in manu, vel unum testem sine animalibus, Capyc. *decis. 45. num.4.* & *ibi* Abb. *de injur. & de.dato.*

Quartò, juramento, an juvetur læsio ultra dimidiam justi pretij, vel multum excessiva: vide Capyc. *dec.159. num.14.*

Quintò, juramentum quot sint species, vide Novell. *de jure protom. 1. §. quamvis, à num.123.*

Sextò, juramentum fidelitatis non tenentur clerici præstare domino terræ, ubi habitant, nisi pro feudalibus, ad quod tenentur Episcopi etiam, Iser. *in cap. de for. fidelit. num.6. de usib. feud.*

Septimò, juramentum non est dandum reo de veritate dicenda, nisi præcedant indicia, vel infamia, vel semiplena probatio, quia probabile est, enm pejerare, timentem plus tormenta quàm perjurium. Navar. *in cap. inter verba, num.* 746. quicquid dicat Clar. *quæst. 45. ver. sed quæro*, nec excusat cõsuetudo in contratium, cùm sit contra jus naturale; & divinum, iuxta illud, *Corripe, Matth. c.18.*

Octavò, juramentum suppletorium non datur in criminalibus, & licèt detur, nihil tamen prodest. Clar. *quæst. 36. in princip.*

Nonò, juramentum de non petendo relaxationem à juramento, non tenet, *cap. Archidiaconus. 85. dist.* Nav. *cons. 1. ut Eccles. benef. sine diminut. confer.*

Decimò, statur juramento personæ propriæ, quando agitur de iis, quæ ad propriam conscientiam spectant: ut si quibus sæpius protestatus fuerit, se nolle profiteri Religionem, vel quid simile: Navar. *consil. 42. n.7. de Regul.*

Undecimò, juramentum calumniæ, an excuset ab expensis, vide Iason *in l. properandum, § sin autem alterutra, nu. 27. versic. nunc venio, de judic.*

Duodecimò, juramentum calumniæ debet præstari ab actore primo, & postea à reo, & etiam post conclusum in causis summariis: sed in plenariis non nisi ex officio Iudicis, & non ad instantiam partis, Gemin. *in cap. 1. de juram. cal. libro 6. & in cap. præsentium, notab. 2. de testib.*

Tertiodecimò quæritur, per quam formam juretur de calumnia? Respondetur ex Gemin. *in cap. præsentium, ver. sed quæ erit forma, de test. lib. 6.* ex Innoc. in hæc verba: Iuro quòd veritatem dico, & si juratur per procuratorem, dicitur, Iuramus quòd veritatem dicemus.

Quartodecimò quæritur, an in juramento requiratur tactus Scripturæ? Respondetur, quòd sic, imò corporalis tactus, alias non sufficit, ita Gemin. *in cap. is qui, notab. 2. de elect. libro 6.* & citat. gl. *in cap. ut circa, eod tit. & in lib. & in Clem. 1. de hæret.*

Decimoquintò, quando debet præstari hoc juramentum? Respondetur, statim post litis contestationem, Gemin. *loco cit. per cap. 1. de juram. cal. lib. 6.*

IGNORANS, SEU IDIOTA, SIVE RUSTICUS.

PRimò, ignoranti, seu idiotæ, sive rustico

stico subvenitur per in integrũ restitutionem. Primò, quando non potuit consulere peritiores. Alex. *in consil.* 14. *in fin. in 2. volum.* Maran. 6. *par. de appellat. nu* 91.

Secundò, quando secutus est consilium indocti Doctoris, facit aliquid contra jus, Foller. *in addit. ad Marant. loc. cit. nu.* 92. & hoc non solum in litibus, & causis, sed in contractibus, quia ex justa credulitate, vel ignorantia causatur bona fides, evitatur commissum, Guid. Pap. *decis.* 24. *num.* 2. & error juris excusat minores, fœminas, milites, & similes personas, Abb. *in cap. his, qui, nu.* 12. *de solutio.*

Tertiò, ignorantia, juris intricati, seu abstrusi æqui paratur ignorantiæ facti Buttius *in c. cum dilect. de consuet.* Capyc. *decis.* 69. *num.* 24. & hoc etiam facit pro ignorantia eorum, quæ continentur in Extravagantibus Bullis summorum Pontificum, Pragmaticis, & bannis, quæ probabile est ignorari, *c. pastoralis, de fide instrum.* & quia memoria hominis est labilis, & hoc maximè in foro conscientiæ.

Quartò, ignorantia non facit causare, devolutionem beneficiorum, Abb. *in cap. ex parte num.* 13. *de concess. præb.*

Quintò, idem de subtilitate juris, de qua in specialibus non curamus, idem *in cap. constitutus, numero* 26. *de relig. dom.*

Sextò, ignorans probabiliter se suspensum, excommunicatum, vel interdictum, celebrans non incurrit irregularitatem, nec requiritur, ut sit multum curiosus in sciendo, dummodò non sit negligens, *l. nec supina, ff. de jur. & fact. igno. cap. Apostolica, de cler. excommunic. celeb.*

INIMICITIÆ.

Primò, inimicitiæ capitales, quæ dicantur, vide text. & gloss. *in l. licet, ff. de arbit.* & Iser. *in cap. quo tempore miles in usib. feud.* & hoc potest deservire pro excusatione residentiæ, pro repulsa testiũ, pro resignatione beneficiorũ, & aliis hujusmodi; vide Alex. *cons.* 227. & Iser. *in c. de stat. & consuetud. contra, &c. num.* 31. Peng. *in Direct. Com. Doctor.* & Felin. *in c. repellantur, de accus. num.* 3. Clar. *quæst.* 24. *ver. item quæro, in fine.* Primò, qui occidit. Secundo, qui conatus est occidere. Tertio, qui minatus est mortem. Quartò, ex insidiis paratis vitæ, Quintò, qui accusavit in causa capitali, ut vita, adulterio, hæresi, & aliis. Sextò, qui testificatus est in causa capitali contra aliquem. Septimò, injuriarum probatio, & alia hujusmodi.

Secundò, quando inimicitiæ excusant à residentia beneficii ecclesiastici, vide *inferius in ver. privatio*, §. 4. *dub.* 1.

INTERESSE.

Primò, quando debeatur solito negotiari, quousque, & an debeatur juris actione, vel officio Iudicis, & an viduæ relictæ, vide Capyc. *decis.* 19. *per totam*, ubi habes multa pro practica, & Gram. *decis.* 58. *numero* 7. ubi habetur quando debeatur pœna posita in contractu ratione interesse passi, & *numero* 9. dicit posse judicem interesse ex officio liquidare.

Secundò,

Secundò, quando ex juris actione, & in conscientia, tam lucri cessantis, quàm damni emergentis, vide Innoc. *in cap. in civitate*, Ant. Butr. & Abb. *in cap. salubriter, & in dict. cap. in civitate, de usur.* & gl. *in cap. conquestus, eod tit.* Nav. *cap.* 17. *num.* 211. Sylv. *in verbo usura* 1. §. 19. Mar. *quæst.* 1. *de indic. crimin. vel civil. numero* 37. *& infra*, Armilla *in verbo usura, numero* 14. Soto *libro* 6. *quæst.* 1. *artic.* 3. & non potest deduci in pactum, & semper, quod est verum, potest sumi, non solùm ad decem pro centenario, sed quindecim, & viginti, Guid. Pap. *tract. de usur. numero* 16. & Covar. *lib.* 2. *cap.* 1. *var. resol. per totum* D. Ant. 2. *p. tit.* 1. *capit.* 17. *numero* 14. Afflict. *decis.* 20. *&* 30. D. Thom. 2. 2. *quæst.* 78. *artic.* 2. Flor. Theol. *in* 4. *sent. tract. de usur. artic.* 5. *difficult.* 3. & hoc interesse potest exigi. Primò, ratione moræ. Secundò, coactionis. Tertiò quando deducitur in pactum, Navar. *loc. citat. numero* 211. *verbo, quia non accipit, & num.* 215. Covar. *loco citato* 4. *numero* 1. Navar. *in c. unico, de offic. jud.*

Tertiò, quando debeatur genero ratione dotis non solutæ, vel à principio, vel tempore promisso, vide Covarr. *loco citato, in cap. salubriter, de usur. & ibi* Doctor.

Quartò, quando vidua relicta possit petere interesse dotis sibi non restitutæ, vide Afflict. *decis.* 248 *&* 291. Sot. *lib.* 6. *quæstio* 1. *articulo* 2. *de instit. & jure.* Sylvest. *in verbo, usura*, 3. Caiet. 2. 2. *quæst.* 78. *articulo* 2. *ad* 6. Ang. *in verbo, dos*, §. *ultim.* Navar. *cap. decimoseptimo. numero* 213. Covar. *loc. cit.*

Quintò interesse, seu usura statim currit venditori contra emptorem habentem rem emptam, & non solventem pecuniam, Capyc. *decis.* 187. *num.* 6.

Sextò, tribus modis debetur, & potest peti interesse. Primò, ratione moræ, vel doli, gloss. *in cap. conquestus, de usur. per cap. dilecti, de foro comp. & ex pervenit, & cap. constitutus, de fidejus.* Secundò, quando quis mutavit non libenter, sed vi, regibus, civitatibus, dominis. Tertiò, quando mutuatarius tempore mutui fuit de hoc monitus, & fuit contentus illud unà cùm sorte mutuata solvere. D. Th. 2. 2. *q.* 78. art. 2. ad 7. quibus tribus casibus non solùm licet accipere, sed etiam à principio pacisci de summa, quæ ultra sortem sibi repetenda est. Sot. *lib.* 6. *qu.* 1. *artic.* 3. *de just. & jure*, Nav. *in cap. si fæneraveris, notab.* 15. *num.* 42.

Septimò, an liceat sumi interesse ante moram, vel culpam, si pecunia sit mutuata à negotiatore; & per hoc cessavit à negotiatione? Respondetur, quòd sic; Navar. *loc. cit. num.* 43. *&* 44.

INSTRUMENTUM.

PRimò, si instrumentum de falso redarguitur, debet exhiberi protocollum, Guid. Pap. *quæst.* 19. *n.* 4. & quid si non inveniatur protocollum, vide Covar. *pract. quæst. cap.* 3. Capyc. *decis.* 40. *num.* 1. *&* 2. Caputaq. *decis.* 3. 2. *par.*

Secundò, abbreviatura Notarii non probat, & fidem facit, ut possit in publicam formam redigi, seu levari, Guid. Pap. *loc. cit. num.* 1.

Tertiò, protocollum non sufficit ad probandum, & si producatur protocollum, & instrumentum simul, potiùs

protocollo, quàm instrumento standum est: sed requiritur scriptura extensa, Rebuff. *in 3. par. sig. in ver. datum, num.* 4.5.6.&7.

Quartò, instrumenti copia, extracta à processu, ubi præsentatum fuit, facit fidem, Guid. Pap. *quæst.* 71. *num.* 1. vide *c.* 2. *& ibi gloss. in ver. Authentica, de fide instrum.* oppositum videtur dicere Caputaquens. *dec.* 101. licet loquatur pendente lite, idem de Scriptura extracta à processu absque extractione totius processus, non facit fidem; idem *decis.* 113. *par.* 3.

Quintò, copia alicuius scripturæ non facit fidem, nec in judicio, nec extra, nisi originale, dec. Rot. 8. *de dolo & contum. in noviss.* vide Covar. *pract. quæst. cap.* 19. *numero* 1. ad decis. Guid. Pap. potest dici primò, quòd ita servatur in partibus Franciæ; secundò, quòd valet in antiquioribus, ita Covar. *loc. cit. cap.* 2. *num.* 6. *& cap.* 20. *numero* 4. *ver.* 6. *& cap.* 22. *numero* 1.

Sextò, quæ circumstantiæ requirantur ad hoc, ut instrumentum possit liquidari? vide Maran. 6. *p. actu* 8. *num.* 32. *& infrà.*

Septimò, quæ sint necessariò ponenda in iustrumento, & an sine eis dicatur nullum, vel falsum, vide Covar. *loc. tit. c.* 20 *num.* 1. *& infrà.*

Octavò, cui magis credendum sit, scripturæ, testamento, seu instrumento, an testibus deponentibus contra dictas scripturas, vide gloss. *in cap. cùm Ioannes, in verse. quodlibet instrumenti, de fide instr.* Gloss. *in cap. si testes,* 4. *quæst.* 2. decis. Rot. 3. *de offic. vic. in noviss. num.* 4. Apostilla *in regula. pluralis, de reg. jur. lib.* 6. & quot testes requirantur ad illidendum instrumentum, seu testamentum, vide Covar. *loc. citat. cap.* 20 *numero* 6. *conclus.* 1. & 2. ubi concludit, sufficere duos fide dignos, etiamsi in instrumento fuerint plures scripti, & *lib.* 3. *cap.* 13. *numer.* 11. *variar. resol.* & Fel. *in d. cap.* 35. & Foller. *pract. crim. f.* 135. *num.* 64. Innoc. *in dict. cap. Ioannes, num.* 2. gloss. *in cap. in nostra, de test.* & Caputaquens. *decis.* 100.

Nonò, instrumentum liquidum non admittit compensationem, Afflict. *decis.* 382. *num.* 6. quamvis oppositum sentiant alii Doctores, prout dixi *in ver. compensatio, num.* 6. & 7.

Decimò, instrumentum dotale admittit compensationem, Afflict. *dec.* 121. & sic non habet executionem sicut instrumentum liquidum.

Undecimò, instrumentum alienationis rerum ecclesiasticarum ex diuturnitate præsumitur habere solennitatem, idem *decis.* 368. *num.* 7.

Duodecimò, instrumntum divisionis probat dominiũ, Afflict. *dec.* 14. *n.* 2.

Decimotertiò, instrumentum confectum à Notario vasallo, pro vel contra Baronem suum, an probet, vide Vinc. de Franch. *decs,* 118. *nu* 1 ubi negativè respondet.

Decimoquartò, instrumentum quomodo reddatur suspectum, vide Abb. *in cap. cùm venerabilis, numero* 6. & 8. *de de relig. domib.*

IURISDICTIO.

PRimò, urisdictio an possit exerceri ab Episcopo inter suos subditos invitos, tamen in aliena Diœcesi, etiam de licen-

tia

tia Episcopi filius, vide Abbatem. *in Clem. Quamvis, num. 7. de foro comp.* ubi videtur dicere negativè, Covar *de sponsal. 2. part. cap. 7. §. 2. nnmero 15.* idem Gemin. *in cap. fi. juxta finem, de elect. libro 6.*

Secundò, quænam sit jurisdictio contentiosa, & quæ voluntaria, vide eundē Gem. *loc. cit. ver. sed nunquid*, ubi dicit, quòd jurisdictio, contentiosa est illa, quæ fit in invitum, & inter partes contradicentes, vel ut dicitur, in contradictorio judicio, voluntaria quæ fit sine his, & sic Episcopus per istam voluntariam jurisdictionem potest extra suum territorium ponere edictum, expedire citationem, modò trahatur ad locum intra suum territorium, potest delegare causas, conferre beneficia, absolvere à censuris, prout dictum est multis in locis hujus praxis.

IUDÆUS.

PRimò, cum delinquit, ratione delicti, sortitur forum ecclesiasticum, *cap. postulasti, de judic.* vide Abb. *in Clem. num. 3. de testam.*

Secundò, si committit delictum sapiens hæresim, Inquisitor, seu Ordinarius potest procedere contra eum, *cap. accusatus, §. sanè, lib. 6. de hæret.*

Tertiò, si crimen sacrilegii, datur præventio, Guid. Pap. *decis. 63. c. 3. num. 1.* vide Sylv. *in ver. Iudæus, num. 10.*

Quartò, an Iudæus publicus usurarius possit condere testamentum, vide Covar. *li. 3. cap. 3. versic. 7. var. resol.* Abb. *in cap. quanto, de usuris.*

IRREGULARITAS.

PRimò, de hac materia, cùm sit exuberans, vide Navar. *cap. 17. num. 195. & infrà.* & Summistas, *in ver. irregularitas*, præsertim Reverendissimum Maiolum, Episcopum, Vulturanensem Benevent. Provinciæ. in opere suo de hac materia.

Secundò, dubitatur, an qui inciderit nasum, vel aurem alicuius, sit irregularis. De primo videtur, quòd si, cùm sit membrum. De secundo idem sentit Navar. *cap. 27. num. 123. notab. 7.* Covar. *in Clemen. fuciosus, de homic.* est contrariæ opinionis, & ita magister meus, cum quo ego sentio, propter rationem, qnia auris potiùs est quædam cartilago, quàm membrum, Covar. *loc. cit. 3. p. num. 3.*

Tertiò, abscindendo digitum, modò non sit pollex., vel index, non incurritur irregularitas, Navar, *loc. citat. num. 206. notab. 2.* Caiet. *2. 2. quæst. artic. 1.* quamvis *Sot. lib. 5. quæst. 2. artic. 1.* videatur tenere oppositum: sed magister meus est cum Navarro, & ita ego etiam. Ratio est, quia cæteri digiti non dicuntur membra, sed partes, Abb. *in cap. cùm illorum, num. 8. de sent. excommun.* si tamen abscinderet quis partem digiti pollicis, vel indicis, ob quam non impediretur celebratio, non esset Irregularis, & illic sic mutilatus, posset promoveri. Navar. *cons. 1. de corp. vitiat.*

Quarto, qui debilitat, seu reddit inutile membrum, vel languidum, non est irregularis, Navar. *loc. citat. num. --- notab. 9.* Soto. *loc. cit.* Abb. *in cap. clericis nn.*

9.ne cler.vel monach.& in Clem. 51. furiosus, num.7. de homic. & in c. 1. num.1. de cler pug. in duel. &c. Diaz.*pract.crim. Canonic. cap.92.* ratio est, quia requiritur membri obtruncatio, Cov.*loc.cit.num.7* Navar. *consil.2. de homic.*

Quintò, an qui vulnerat, vel vulnerare facit aliquem in facie, causando cicatricem magnam, ut vulgo fit lenonibus, sit irregularis, & videtur quod non, quia irregularitas huius generis non contrahitur, nisi per homicidium, vel realem membri obtruncationem, *Clemen. un.de homicid, & ibi* Abb.*numero 6.* facit *c.si Evangelica.55.dist.* Navar.&Soto.*loc. citato.*& Diaz. *in dict.cap.* loquitur, nisi de obtruncationibus membrorum, & quamvis *in cap.158.* loquens de vulnere illato in faciem, maximam debere fieri ait æstimationem, tamen non loquitur quoad irregularitatem incurrendam, sed quoad pœnam imponendã pro illo delicto, cum irregularitas non incurratur, nisi ubi reperitur in jure cautum, ut jurib.vulgatis, Covar. *in Clem. si furiosus, 2.p. §. 2. à num.3. & infrà.* & post hanc meam sententiam, in prima impressione reper. Navar. *in consil. de homicid.* ubi clarè tenet, quod vulnerans aliquem in facie, etiam quod totum vultum deformet, non est irregularis, quidquid dicant aliqui sine ratione

Sextò, quia dixi *in ver.moderamen*, occidentem aliquem ob sui defensionem, non esse homicidam, nec irregularem, tamen fallit, quando quis occidit (se defendendo) maritum, ad cujus uxorẽ ipse adulterandi causa accesserat Nav.*cap.7.n.15.& c. 27.n.238.* quod tamen locum habet in marito, non autem in aliis, Soto *loc.cit.quæst.1. art.9.*

Septimò, si maritus occidit uxorem propter adulterium commissum cum clerico, clericum illum effici irregularem, Navar.*loc.cit.in fin.* & quod Pius V. ita declaravit, tamen oppositum videtur verius & ita alii sentiunt, quod Pius V. ita dixerit ut Doctor, non ut Papa, *argum.c. à quodam Iudæo, de consecrat.distinct.4.* & hoc mihi magis placet, quia non est causa proxima, seu propinqua, quæ requiritur ad incurrendum irregularitatem, nec causa per se intenta, & volita, nec actus ordinatus ad homicidium, quia aliud est intendere adulterium, & aliud homicidium, Navar.*cap.27.num.111.& 220.& Soto lib.8:quæst.1.art.4. de just. & jure.* & Innoc.*in cap. ad audientiam, num.7.de homic.* dicit, quod debet esse causa proxima, & Navar.*cons.19. de homicid.n.2. &5.* dicit, quod quando causa est admodum remota, etiamsi sit illicita, non inducit irregularitatem, sed debet esse proxima ex intentione, & suapte natura ad homicidium sufficienter directa, quod non constat in adulterio, licet ipsemet Navar.*cons.34. eod. tit.* teneat primum, imò, *cons.35. eod. tit.* dicit, quod si maritus ita percusserit uxorem prægnantem ob adulterium suspicatum cum clerico, quod abortivit, etiam efficitur irregularis, sed hoc mihi non placet, ob rationes superius allatas, & multi recentiores sunt meæ opinionis.

Octavò, quod in omni irregularitate occulta, præterquam ex homicidio voluntario, potest Episcopus, & suus

Vica

Vicarius dispensare, Conc. Trid. *sess. 24. cap. liceat*, hinc fit primò, quod qui occidit hominem in bello justo, licet sit irregularis, tamen non est reservata Papæ, licèt sit publica, sed potest Episcopus; ratio est, quia non est homicidium voluntarium, Armil. *in verticulo, irregularitas, num.* 13. Caiet. *in summ. in ver. irregularitas*, & ita censendum est de judice condemnante, vel ad mortem, vel ad mutilationem: sed hæc licèt vera sint in se circa hoc, tamen *ex alio ca.* non potest in hoc dispensare Episcopus, etiamsi esset occulta. Ratio est, quia non adest culpa, nec crimen, & ubi non est crimen, vel culpa, non potest Episcopus dispensare, Navar. *cap. 27. num.* 134.

Nonò, in irregularitate, quæ provenit ex bigamia similitudinaria, etiam publica, potest Episcopus dispensare, *cap. sanè, il. 2. & ibi gloss. de cler. conjug.* Gom. *tract. de brevi. num.* 20. & 21. Staph. *de lit. grat. f.* 34. *num.* 8. & 9. Selva *tract. de benef. 4. p. quæst. 7. numero* 8. *versic.* 13. & 34. Navar. *capitulo* 27. *numero* 197. & 1. c. 1. *& ibi gloss. qui cler. vel voven.* modò sit virgo illa, quam clericus in suam duxerit uxorem.

Decimo, an Episcopus possit dispensare cum promoto per saltum, vel sine dimissoriis, vel ante ætatem, vel sine patrimonio, & alias requisitis, vide *in ver. dimissoriæ, §. 3 & 4.*

Undecimò, irregularis est, qui iterat Baptismũ, tam baptizans, quã baptizat. *c. eos, de consecrat. dist. 4 & c. 2. de Apostat.* sed hoc solum in sacramento Baptismi, non in aliis, etiam imprimentibus characterem, Soto 4. *sent. distinct. 25. q. 1. art. 3 & dist. 4. qu. 1. art. 9.* Ratio est, quia in baptismo hoc fuit decisum contra Anabaptistas. Sylvest. *in ver. irregularis, nu. 6. §. 4.* Navar. *cap. 27. num. 246.* nisi ignorantia probabilis excusaret, quæ excusat ab incursione etiam censurarum tam juris, quam facti, Navar. *cap. 23. nu 47.* Sylvest. *in ver. excommunicatio. 2. §. nu. 2. & in ver. excommunicatio, 10. §. 3.* Sot. 4. *Sent. dist. 22. quæst. 1. artic. 2.*

Duodecimò, qui baptizatus est domi ab obstetricibus vel à quolibet propter periculum mortis, vel aliàs, cum debita forma, non potest rebaptizari in in Ecclesia, nec sub conditione, Navar. *loco citato, notab. 2.* Soto *distinct. 3. quæst. unica, in 4. Sent.* Victor. *in summ. Sacr. quæst. 36.* Navat *loco citato*, cautè est legendus, dum dicit non esse irregularem, qui bona fide rebaptizat: nam oppositum est verius, ut ait Soto. *loco citato, art. 9.* & Alphon. de Cast. *lib. 1. c. 7. de leg. pœn.* Catech. Rom. *tra. de bapt.*

Decimotertiò, est etiam notandum, quod etsi sæpe, & semper in Iubilæis venit facultas absolvendi ab omnibus censuris & pœnis, quod non ob hoc datur facultas disponendi super irregularitatibus, Navar. *loc. citato, num.* 250. *& n.* 194. & Soto. *lib. 5. q. 1. art. 4. in fin. de iust. &* jurationes vide *in dict. loc.* hoc solùm dicam, quod obstat, quod ibi dicitur, à pœnis, & quod irregularitas sit pœna; ergo includitur. Primo, quia non est verum, irregularitatem esse pœnam, si enim sic esset, non incureretur nisi cum peccato, quod est falsum, cum aliquando incurratur etiam cum merito, & cum lucro indulgentiarum, ut patet doctrinis vulgatis: non enim imponitur pœna,

nisi

nisi propter culpam, *cap.2. de constitut.* Gemin. *in cap. si compromissarius §. si verò, notab.3. de elect. lib.3.* Secundò, quia pœna est triplex, Una quæ imponitur à Confessario pro satisfactione; secunda, quæ suscipitur ab ipsomet pœnitenti; tertia, quæ imponitur à sacris Canonibus pro qualitate criminis; & de his pœnis loquuntur Bullæ, & Iubilæum. Tertiò, quia irregularitas non est propriè pœna, nec absolvitur, sed inhabilitas, seu Canonicum impedimentum, sed dispensatur, & hoc clarè ostendit Gregor. XIV. in Iubilæo à suæ Sanctitate edito die prima Ianuarii 1590. anno sui Pontific. primo.

Decimoquartò, an possit Episcopus, vel suus Vicarius generalis dispensare super irregularitate occulta, contracta abeo, qui est alterius Diœcesis, vide in *verbo Vicarius, dicto 5. principali dub.* ubi habetur, quod sic.

Decimoquintò, quid si sacerdos celebraturus die festo, vel alio, esset irretitus aliqua censurâ ecclesiastica, & nisi celebraret, immineret aliquod scandalum, an sic celebrãdo incurreret aliquam irregularitatem. Prima opinio est Covar. *in cap. alma mater, 1. §. 2. num. ult. de sent. excommunicat. lib. 6.* dicentis nullo modo licere, & quod incurreret. Secunda opinio est Sot. 4. *sent. dist. 12. quæst. 1. artic 4. col. ult.* ubi in casibus reservatis dicit licere, in censuris vero non. Tertia opinio est Navat. *loc. cit. num. 239.* & Flor. Theol. *in 4. sent. tract. de suscip. Eucharist. art. 4. difficul. 4.* ubi dicunt, non incurrere irregularitatem aliquam. Concluſivè tenendum est cum tertia opinione, ratio vulgaris, quia necessitas non habet legem. Secundò, quia præceptum de evitando scandalum, est divinum, & naturale; de non celebrando vero propter incursionem irregularitatis, est positium, quia omnis irregularitas est de jure positivo (ut patet) ergo prævalet primum beneficium. faciunt ea, quæ dicit idem Navar. *cap. 6. num. 7. & 4.* & Sylv. *in ver. homicidium, ult. num. 2. §. 14. &* Abb. *in cap. cum non, num. 3. de decim.* quando verò esset in peccato mortali, quid agere debeat, vide Conc. Trident. *sess. 13. cap. 7. & Can. ult.* & Soto 4. *Sent. d. 12. quæst. 1. artic. 4. col. fin. & dict. 13. qu. 2. art. 6.* Navar. *cap. 25. num. 49. & 76.* D. Thom. *in addit 3. p. q. 6. art. 5.* Idem etiam dicendum est, quando administrat quodlibet Sacramentum in casu necessitatis, ut patet doctrinis vulgatis. Innoc. *in cap. cum medicinalis.*

Decimosexò, an irregularis celebrans possit iterum excommunicari? Respondetur quod sic, *cap. si quis presbyter, tit. 2. 11. quæst. 3. ex Concil. Carthag. 2. cap. 8.*

Decimoseptimo, an Episcopus possit dispensare cum bigamo ad primam tonsuram, & ad minores ordines; Gom. *in. de brevi, num. 20.* recitat duas opiniones, & dicit, quod sic, stante causâ legitimâ, & evidenti, & idem confirmat Astens. *lib. 7. tit. 7. quæstio 7. per Cano. Quicunque il. 250. distinct.* idem Host. *in summ. tit. de bigam. in fine.*

Decimooctavo, an Episcopus suspensus à Pontificalibus celebrans efficiatur irregularis, vide Anch. *in c. 1. nu. 3. de sent. excomm. lib. 46.* & vide *in v. susp. §. 6.* Inn. *in cap. cum medicinalis, num. 2.* dicit, quod

suspensus

suspensus à Pontificalibus, etiamsi celebret in Pontificalibus, non efficitur irregularis, quia Pontificalia non sunt de substantia ordinis; secus verò si esset suspensus à divinis, vel ab officio, vel executione officii, vel à celebratione Missæ, vel ab aliquo hujusmodi, & exerceret aliquid, quod esset de substantia ordinis, nam collatio ordinis non est de substantia ordinis, sed dignitatis. Dices, si est suspensus à collatione ordinum, vel beneficiorum, si confert, nonne est irregularis? Respondetur quod non, quia ista non sunt ordines, sed ordinarius carebit executione ordinum, & beneficii collatio non teneret. Hostiens. *in Sum. tit. de dispensa. § sunt autem casus, ver.* 14. cætera vide *in addit. magnis.*

INTERDICTUM.

SUMMARIUM.

1 *Quotuplex sit interdictum.*
2 *A quo possit imponi.*
3 *Quibus causis.*
4 *Quæ liceant fieri durante eo.*
5 *Quæ prohibeantur.*
6 *Quomodo absolvatur.*

AD Primum, est triplex, Nav. *ca.* 27. *n.* 166. *& infrà*, Sylvest. *in ver. interdictum*, 1. § 2. *num.* 6.

Ad Secundum, regulariter, qui potest excommunicare, potest & interdicere, idem *locis cit.* Con. Trid. *sess.* 25. *ca.* 12. *de reform. Regul.*

Ad Tertium. Nav. *ubi supr.* & Sylvest *eod. versi.* 3. §. 5. Sot. 4. *sentent. d.* 22. *quæst.* 3. *art.* 1. propter delictum populi, oppidi, vel civitatis generale, seu speciale, vel domini civitatis, vel provinciæ, vel particularium personarum, quando de facili corrigi non possunt, Abb. *in cap. petistis, nu.* 1. *de privil.* Covar. *lib.* 2. *cap.* 9. *in fi. var. resol.* D. Ant. *p. tit.* 16. *cap.* 3. §. *item*, vide Bullam Leon. X. quæ est 16. *f.* 131.

Ad Quartum, & Quintum, vide Navar. *ubi supr.* & Sylvest. *eo. ver.* 5. §. 2. ubi habetur, posse fieri multa, scilicet Sacramentum Baptismi, Confirmationis, Pœnitentiæ ægrotis, Matrimonii, Viatici, celebrare semel in hebdomada ad renovandum Sacramentum, die Nativitatis Domini, Resurrectionis, Pentecostes, Assumptionis beatæ Virginis, in festo Corporis Christi, & per totam octavam, in die Conceptionis beatæ Virginis, Covar. *in ca. alma mater, 2. p.* §. 1. *& per totum.*

Ad sextum, si est temporaneum, non indiget absolutione, Sylv. *lo. cit.* 3. *n.* 3. §. 9. *ver. secundum*, & idem de suspensione temporanea. idem *in ver. suspensio.* §. 8. *gl. in Clem.* 1. *in ver. donec, de decim.* Navar. *ibid. n.* 161. *notab.* 6. Covar. *de sponsa.* 2. *p. c.* 6. *nu.* 19. Diaz *pract. crim. Can. c.* 122. *juxta medium*, secus de excom. tempor. Doct. *loc. cit.* Abb. *in c. ex tuarum, num.* 3. *de sortileg.*

Primum dubium, an tempore interdicti prohibeatur prædicatio verbi Dei? Respondetur, quod non, similiter de electione & expositione sacræ Scripturæ, sermonibus & doctrina Christiana, *c. responso, de sent. excom.* Inno. *in c. tanta, nu.* 1. *de excess. Præl.*

Secundum dubium, an celebrans in

loco interdicto fiat irregularis? Respondetur, quòd sic, *c. is qui, §. is verò, de sent. excom. lib. 6.* secus verò si esset Ecclesia interdicta per sanguinis, vel seminis effusionem, Inn. *in c. si. n. 7. de excess. Præl.* & Anchar. *in d. c. is qui, n. 1.*

Tertium dubium, an qui moritur durante interdicto, eo posito à sublato, possit sepeliri in loco sacro? Respondetur quod sic, Innoc. *loc. cit.*

Quartum dubium, quinam admitti possint ad audienda sacra tempore interdicti, vide Nav. *loc. cit. n.* 180. Innoc. *in c. quod nonnulli, n. 2. de privil.*

Quintum dubium, quænam dicantur suburbia adhærenria, & usque ad quem locum durent, vide Ancha. *in c. si civitas. de excom. lib. 6. num. 2.* & quid de domibus separatis, & non contiguis civitati, & suburbiis, idem *ibidem*, & facit pro intellectu hujus text.

Sextum, interdictum non potest poni in Civitatem, Castrum, &c. pro debitis pecuniariis; Bonifac. VIII. Bul. 1. Clement. Bul. 35. vide Bul. Pii V. 155. quæ incipit, *Romani.* & Greg. XIII. Bul. 7. quæ incipit, *Ea est rerum.*

LIBELLUS FAMOSUS.

PRimò, libellus famosus quid, sitque pœnæ componentis illum, vel legentis, vel non lacerantis, vide glos. *in Sum. 3. q. 1. §. ob carnem. 4. q. 3. l. unica, C. de fam. libel.* Sylv. *in ver. libellus, §. 5.* Ang. *eo. vers. §. 1.* & Bullam Pii V. de hac materia, vide Cov. *l. 1. c. 2. n. 7. ver. 2. var. resol.* vide Nav. *in c. pen. dist. 6.* ubi habes, quæ peccata committantur ab illis, qui componunt libellos famosos.

Secundò, libellum famosum faciens contra Papam, vel Cardinales, sunt excommunicati ipso jure, Extravag. Martini V. similiter contra Generales Mendicantium, Cajet. *in ver. excommunicatio, c. 8.* & similiter contra Prælatos Ecclesiæ, Conc. Elibert. *in c. si qui, 5. q. 1.*

Tertiò, qui faceret libellum animo publicandi delicta juridice, & ea probandi, & ut crimina illa hoc medio publicentur, ut probata puniantur, non incurrunt aliquam pœnam, *c. quidam maligni. 5. q. 1.*

LAUDEMIUM.

PRimò, Laudemium non debetur in permutatione, donatione, datione in solutum, sed solùm in venditione, nec in nova investitura, Boer. *decis. 263.* & Guid Pap. *quæst. 92. n. 1.* & quamvis loquatur in feudo, potest tamen extendi ad omnes contractus hujusmodi, propter identitatem rationis, idem *n. 1. 2. & 6.* nisi aliter habeat consuetudo, vel pactum, *ibidem n. 12. 13. & 14.* Guid. Pap. *q. 415. n. 3.*

Secundò, quibus casibus Laudemium solvi non debeat, vide Sylv. *in ver. emphyteusis, num. 28. §. 21.* ubi enumerat quinque casus, vide Guid. Pap. *quæst. 48 n. 2.* nec debetur in remissione, quæ fit inter socios, idem *quæst. 42. n. 2.* Tiraq. *de utroque retract. tit. 1. §. 6. gl. 1. à n. 1. & infra. & §. 1. gl. 2. num. 7.* vide Vinc. de Fran. *decis. 201.* ubi habes, an debeatur in legato, & quare debeatur, an in donatione, vide Rodoan. *tract. de reb. Eccles. non alien. q. 66. & quæst. 2. c. 10. & 11. contract. censuales, §. 6.* Sylv. *in ver. dos, §. 8. n. 9.*

Ter-

Tertiò, quanta sit pars Laudemii solvenda directo domino ab emphyteuta de pretio, quo vendit jus suum, vide superiùs *in ver. emphyteuta n. 5.*

Quartò, an debeatur ex donatione, pura, vel conditionali, vel ex dotatione, vide Cap. Tolos. *q.* 278. *& in Addit.* ubi habes pulchra pro practica.

LIBRI, SEU CATASTICA.

PRimò, libri tetragiorum, & computorum Prælatorum, vel Capitulorum, & aliorum dominorum, continentes censuales debitores, & emphyteutas ipsorum, & solutionem illorum, probant contra illos debitores, & censuales, & non contra alios, nisi esset consuetudo in contrarium, quod etiam facerent fidem contra omnes, Anch. *cons.* 39. *incipiente, primò de turibus, col.* 1. Salic. *in l. exemplo, C. de prob.* Boer. *decis.* 105. *numero* 13. vide Covar. *pract. q. c.* 22. *per totum*, sed *num.* 8. dicit, quod libri rationum faciunt probationem, Novel. *de jure protim.* § *quintus, numero* 63. *&* 64. *& infrà*, sed vide Bart *in l. nuda, de donat. ff.* & si Ecclesia probat solutiones decennales, habet intentionem fundatam, licèt non doceat de titulo emphyteusis; sufficit enim ut illam alleget, & probet solutionem. Fel. *in c. cùm Bertoldus, numero* 38. *de re jud.* Caputaq. *decis.* 292. *part.* 1. & per testes probatur solutio, & possessio, etiamsi sint singulares, modò sint contestes in generali. Felin. *in caput licèt ex quadam, de test.* Caputaq. *decis.* 342. *p.* 2. Vide Gemin. *in capi.* 1. *vers. quæro an petentes, de præscrip. libr.* 6. licèt remissive, & Abb. *in c. ad audientiam, numero* 4. dicit tenementi, quod creditur libro censuali antiquo alicujus Ecclesiæ, dummodò reperiatur in loco non suspecto, & ibi conservatur, & locus non suspectus dicitur Camera Episcopi, Abb. *ibi, n.* 5.

Secundò, solutio mercedis probat possessionem contra tertium, Boer. *loc. cit. numero* 14. & quando per famam probare sufficit dominium in antiquioribus, vide Boller. *in addit. ad Maran.* 4. *par. numero* 57. & quando arrendamenta, & census solutiones non probent dominium, vide Gom. *quæst.* 2. *de exprim. valo. benef.* vide *in ver. dominium*, registri an faciant fidem, vide Innoc. *in c. de procurat.*

Tertiò, libri antiqui quomodo probent limites, seu terminos, similiter fama, & testes, & vide Abb. *in c. cum causam, de prob.* vide Pan. *in cap. pervenit, nu.* 2. *&* 3. *de censib.*

Quartò, libri non possunt imprimi sine prævia licentia, & approbatione superioris, Conc. Later. sub Leo X. *sess.* 10. *§. sacro,* & Concil. Trident. *sess.* 4. *c. de editio. librorum*, Leo X. *Bul.* 7. & Pius. IV. *Bul.* 98. *quæ incipit, cùm per. & Bull.* 108. *quæ incipit, cum inter.*

Quintò, libri mercatorum, thesaurarii, vel Consulum, quando probent, & quando non, vide Caputaq. *decis.* 155. *par.* 2. *& seq.*

Sextò, libri mercatorum probant usque ad summam ducatorum 20. Paul. III. *Bull.* 47. *quæ incipit, Volentes*, disponit, ut probent usque ad ducatos 30.

LITIS CONTESTATIO.

PRimo, litis conteſtatio eſt neceſſaria tam in criminalibus quàm in civilibus, *c.unico, de litis conteſt.* gl. *in c.dudum, il 2. de elect. in ver. reſponſione.*

Secundo, an ſit neceſſaria in appellatione ab interlocutoria, vel diffinitiva, vide Covar, *in c. Raynaldus*, §. 2. *numero 1. de teſtam.* & Maran. *in tit. de lit. conteſt.*

Tertio, an judex poſſit cogere actorem, vel reum ad litem conteſtandam, & an ſub pœnis, & an poſſit abſque ea procedere ad ulteriora, vide Maran. *loc. cit. num.* 4. ſi lis non fuerit conteſtata, corruit totum beneficium cauſæ, & poteſt dici de nullitate, quia vocatur lapis angularis totius cauſæ, *Doct. citati.*

Quarto, quando non requiritur litis conteſtatio, etiam de jure Canonico, vide Hoſt. *in Sum. tit. de offi. judicis*, §. *& utrum deſideret, nu.* 2.

Quintò, quomodo fiat litis conteſtatio in civilibus, & criminalibus? Reſpondetur, quod in civilibus fit per affirmationem, vel per negationem collitigantium: in criminalibus, quando Judex interrogat, & reus reſpondet negando, vel affirmando, & talis interrogatio, & reſponſio inducit litis conteſtationem.

Sextò, an in criminalibus ſit neceſſaria litis conteſtatio? Reſpondetur quod ſic, Abb. *in c. cùm dilectus, nu.* 3. *de purgat. Canon.* Ubi dicit, quod ſi proceditur ex officio non, ſi ad inſtantiam partis ſic, Clar. *q.* 45. *verſic. in primis*, ubi habes, quod ſi reus eſt contumax, non eſt neceſſaria, ſed condemnatur in abſentiam, ſi eſt præſens, requiritur, etiam abſque præſentia partis, nec eſt neceſſaria, ſi proceditur per viam denunciationis, Foller. *c.* 10. *num.* 17.

Septimò, an ſint neceſſaria verba expreſsè ad litis conteſtationem? Reſpondetur ultra prædicta, quod pro practica ſic proceditur, examinato reo, judex ipſo reo audiente, & præſente poteſt dicere hæc verba, & hæc omnia dixit animo conteſtandi litem. vide Mar. *de lite conteſt. n.* 12.

LEGATUM.

SUMMARIUM.

1 *An teneatur quis ſolvere legata ad dictum unius, qui aſſerit patrem ipſius hæredis, vel legatarii id ſibi dixiſſe, antequam moreretur.*

2 *An legatum ad unum uſum, poſſit Epiſcopus mutare in alium.*

3 *Utrum debeatur quarta legatorum Epiſcopo, & Parocho.*

4 *Si pater legat filiæ mille, ut fiat uxor, vel ut contrahat matrimonium, ſi fiat deinde monialis, an ea mille ſibi debeantur.*

5 *Utrum filius, cui pater, vel quiſpiam legavit ut doctoretur, ſi non admplet, & vel ſurreptitiè poſſis illud habere, quod ſibi legatum fuit.*

6 *An hæres teneatur ſolvere ultrà vires hæreditatis patris.*

7 *An uxor cui maritus legavit aliquid, ſi ſervaverit lectum vidualem, vel caſtè*

vixe

vixerit, & postea fornicetur, possit illud sibi retinere, & si nubat infra annum, perdat sibi à marito legata.

8 *An locorum Ordinarii possint exigere quartam mobilium decedentium ab intestato.*

9 *Quid facere debeat Episcopus circa legata pia, ut solvantur, & exequantur.*

10 *Quot testes requirantur de jure Canonico.*

11 *An Episcopus possit compellere haredem ad executionem legatorum, & quis Episcopus, & hoc etiam pertineat ad judicem sæcularem, & detur locus præventioni.*

12 *An legata in testamento minùs solenni debeantur.*

13 *Legatum relictum alicui Ecclesiæ, an Prælatus repudiare possit sine solennitatibus à jure requisitis.*

14 *Legatum factum pro maritandis puellis, an possit permutari pro maritandis eisdem.*

15 *Legata quis solvere debeat, proprietarius, an usufructuarius.*

AD Primum, videtur quod non, Sylvest. *in ver. hæreditas. 3. num. 6. §. 7.* Navar. *c. 17. num. 117. notab. 14.* Sylvest. *in ver. Legatum, 4. nu. 6. §. 9. c. relatum, de testam. il. 1. c. cum esses, eo tit.* D. Ant. *3. par. tit. 10. c. 4. §. 8. in princ.* Soto *lib. 4. quæ. 4. art. 3. de just. & jure*, Astens. *lib. 3. tit. 3. art. 1. q 3.* Armil. *in ver. legatum, num. 51.* Covar. *in d. cap. cum esses per totum*, ubi plus adstringit, quàm cæteri Doct. tamen negativè respondetur, nisi constaret ipsi hæredi de voluntate defuncti, prout Sylvest. *in ver. testis, §. 5, dicto 6.* & Panor. *in c. in nomine, de testib.* & Doct. citati hoc etiam admittunt, facit quod dicit Gom. *quæstio 61. column. 5. de trien. poss.* quod ex actu etiam nullo colligitur, & declaratur mens, & voluntas disponentis, *l. fin. ff. de jure codic.* vide Boer. *decis. 14. num. 14.* quando sufficiunt duo testes in testamento; hoc fallit in legato ad pias causas, ubi statur juramento Curati, vel Sacerdotis, petentis legatum pro Missis celebrandis, & quando agitur de modica expensa, Guid. Pap. *q. 589.* & Bald. *in Marg.* Inn. *in ver. testator, q. 1.* dicit, quòd legatum ad pias causas valet, etiamsi dispositio sit captatoria, Bart. & Cyn. *in l. captatorias, C. de testam. milit.* Navar. *cons. 1. de testam. & consil. 6. & 16.*

Ad secundum, videtur quod non, *Clemen. Quid contingit, de relig. domib.* ubi habetur, hoc non posse sine auctoritate sedis Apostolicæ, Staph. *de lit. grat. fol. 362. num. 15.* dicit, quod hoc est de casibus reservatis Papæ, Covar. *in cap. tua, de testament. num. 7.* clamat hoc non posse, nisi à summo Pontif. Guid. Pap. *quæstio. 559.* dicit non posse Episcopum, & ita fuit decisum in facto, licèt quidam contrarium tenuerint, Gemin. *in c. si Abbatem. vers. secundò dicit, de elect. lib. 6.* Concludivè quidquid sit, dico posse Episcopum, pecuniam à testatore in certum usum pium non ita necessarium destinatum dispensare, expendi in alium itidem usum pium magis necessarium, cui necessitati aliunde subveniri nequeat absque maxima difficultate. text. est *in l. pen. ff. de operib. public.* Covar. *loco citato, in fine.* Selva *tract. de benef. 1. par. quæstion. 6, num. 12. vers.* Sylvest. *in ver. legatum, 4.*

numero 12. Tabien. *in ver. legatum*, 2. *num.* 2. *& infrà*, ut si quis legat alicui Ecclesiæ calicem, quo ipsa non indigeat, sed caret planeta, seu casula, quæ fieri non potest ob tenuitatem redditum, tunc poterit Episcopus pecuniam, relictam pro calice convertere in casulam faciendam, nec ad hoc opus est consensu hæredis, Gom. *in qu.* 92. *de trien. possess.* dicit requiri consensum hæredis, sed hoc intellige, quando non possit adimpleri de jure, & de facto, ut Sylvest. *loc. citat. ad Clement. & Staph.* respondetur, quod illud intelligitur quando non adest causa necessaria, ita Doct. superiùs allegati, vide Abb. *in cap. nos quidem, de test. & in d. Clem. Quia contingit*, & Innoc. *in dict. capitul. nos quidem*, & quando legata relicta pauperibus possint dari filio spurio testatoris, vide Boer. *decis.* 127. *numer.* 14. & 15. imò hoc potest facere executor suis consanguineis pauperibus, Abb. *in cap.* 1. *numer.* 5. *de cohab. cler. & mul.* sed Cap. Tolos. *quæst.* 26. dicit, quod non potest mutari legatum factum per aliquem testatorem, videlicet, ut certum bladum annuatim ob amorem Christi in panem coctum daretur pauperibus, & Episcopus dedit prædictum legatum uni presbytero pro Missis celebrandis, & quod hoc non potuit facere Episcopus, patet per *cap. nos quidem de testam.* & per allegata à nobis hic, imò nec si relinqueretur multis pauperibus, posset exequutor illuddare uni pauperi (sed pluribus) & potest dare suis filiis, si sunt pauperes, addit. ad Cap. Tolos. *in q.* 128. Et similiter quando legaretur fieri aliquid quod non potest fieri, prout testator disposuit, Gemin. *in c. gratia, ver. nota bonam istam gl. de reser. lib.* 6.

Ad tertium, prima conclusio est, quod de omnibus legatis, & relictis Ecclesiis existentibus in sua diœcesi, competit quarta pars Episcopo, *c. requisisti, c. officii, de testam.* Sylvest. *in ver. canonica portio*, §. 4. & hanc quartam partem Episcopo solvere debet Ecclesia, seu locus pius, cui legatum fuit, non ipse hæres, Covar. *in d. c. officii, n.* 1. *circa ult.*

Secunda conclusio, hoc fallit in casibus exceptis, *in c. fi. eod. ut.* & Sylv. *loc. cit.* Tertia conclusio, etiam in casibus exceptis, *in d. c. fi.* debetur quarta parochiali Ecclesiæ, *Clem. dudum, de sepul.* §. *verum*, ubi quoad quartam debitam parochiis, derogatur casibus expressis *in d. c. fi.* Covar. *in d. c. fi. n.* 6. *ver.* 3. Quarta concl. Conc. Trid. *sess.* 25. *de reform.* decernit, quod si dicta quarta tam Episcopalis, quam Parochialis fuerit concessa jam ante 40. annos aliis Monast. & quibuscunque locis piis, ex quocunque privilegio, quod de cætero solvatur cathedrali, seu cathedrali Ecclesiæ pleno jure, nõ obstantibus, &c. & hoc, etiam si alibi sepeliantur, declarat. Card. *sac. Congr.* 245. & hoc ampliatur, etiamsi legatus aliquid legasset Ecclesiæ parochiali, quia non compensatur idem cum quarta debita, quin etiam ea debeatur, Cov. *in d. c. officii, num.* 6.

Quinta conclusio, ista quarta portio non est determinata quoad quotam, sed statur consuetudinibus locorum, *c. certificari de sepult.* & cessante consuetudine, erit ista Quarta de jure ordinario solvendo Episcopo, seu parochiali. Cov. *loc.*

*loc.cit. nu.*1. Sexta conclusio, circa illos casus notat os *in d.c.fi.* solùm eximuntur Monachi mendicantes, i. soli ipsi non tenentur solvere Episcopo canonicam portionem, sive quartam legatorum, & hoc intelligitur de legatis ab his, qui apud eos elegerunt sepulturam, Covarr. *loco citato numero sexto.* Abb. *in d. capit. fi. col. fin.*

Septima conclusio, consuetudine & moribus hodie introductum est, ut Monachi teneantur solvere Ecclesiæ parochiali solùm quartam ex his, quæ offeruntur eo tempore, quo funus, aut exequiæ defunctorum celebrantur, Card. *in d. Clem.* Covarr. *ubi supra.* Octava conclusio, in his standum est consuetudinibus, Covar. *loc. cit.* vide Capyc. *decis.* 23. ubi dicit, quando debeatur ista quarta legatorum. Nona conclusio, ista canonica portio, tam Episcopalis, quàm parochialis non solùm debetur, ubi consuetudo est de candelis, sed de omnibus obvenientibus Ecclesiæ sepulturæ, Abb. *in cap. relatum numero secundo de sepult.* Innoc. *in cap. 1. numero quarto, & quinto, de statu. Monach.* Tabien. *in ver. canonica portio,* §. 9. & 2.

Decima conclusio, cavere debent locorum Ordinarii, per prætextum quod ipsi incepetint exigere hanc quartam, intendant introducere consuetudinem, arbitrantes per unum, vel duos actus introduci consuetudinem, ut Sylvest. *in ver. consuetudo, n. 6. ver. 3.* Covar. *pract. q. c. 14. n. 2.* sed requiruntur requisita ad consuetudinem inducendam. Sylvest. *loc. cit.* gloss. *in c. cùm in tua, ver. consuetudo, de consuet. lib. 6.* Cov. *lib. 1. ver. resol. cap. 17. n. 8. &* 10. decis. Rot. *2. de præb. in novis.* ubi dicit sufficere 10. annor. spatium ad introducendam consuetudinem, quæ introducta est secundùm jus commune, *dec. 6, de consuetud. in novis.* & Addit. *ad decis. 2.* sed ista consuetudo est secundùm jus commune *d. ca. officii, & Clem. cutata,* ergo sufficeret spatium 10. annor. & hoc etiam valet in exactione decimarum, Cov. *loc. cit.* Gom. *in c. 2. § statuto, n. 2. de constit. lib. 6.* dixi hoc non licere locorum Ordinariis, quia hoc esset innovari, & non uti consuetudine, arg. Conc. Trid. *sess. 14. c. 14. de refor.* Nav. 23. *n.* 101. & quæ dixi *in ver. beneficii.* §. 6. *dicto 5. dubio* 1. ratio est, quia quisque posset de facto facere aliquid bis, vel ter, & quia subditi timent contradicere, tacent, & ille postea vellet allegare consuetudinem, quod abhorrent sacri Canones, *c. fi. de consuet.* Gom. *in c. 1. n. 9. in fi. de constit. l. 6.* Faciunt notata per Soto *lib. 1 q. 7 art. 2. de just. & jur.* ubi dicit, quod si vasalli urbanitatis causa, vel benevolentia domino afferunt aliqua munuscula, statim urbanitas rapitur in consuetudinem, & benevolentia in debitum, facit Hippol. *in sing. 192.* Doct. *in c. pervenit, de cens. c. si Episcopus, 16. q. 3.* Sylvest. *in ver. sepultura, n. 2. ver. notat idem, in fi.* Bar. *in l. cùm de in rem verso. ff. de usur.* sed non inconvenit, ut quæ olim fuerunt munera, potuerint consuetudine transire in debita, Navar. *cons. 4. juxta finem de cens.* & Addit. ad Cap. Tolos. *q. 214.* dicit ex Summa Ang. *in ver. testament.* §. 14. quod fratres Prædicatores, & Minores sunt exẽpti ab onere solvẽ

di di-

di dictam quartam, tamen est attendenda consuetudo, & vide practicam ibi positam circa solutionem dictæ quartæ, utrùm ab hæredibus, vel à fratribus Mendicantibus, sive aliis quibus factum est legatum, in Addit. *q.* 213.

Undecima conclusio: Quarta parochialis non debetur, nisi de his, quæ obveniunt ratione funeris, & de legatis omnibus factis Ecclesiæ, apud quam defunctus elegit sepulturam, si ergò legat Ecclesiæ, in qua ille non elegit sepulturam, nec sepelitur in ea, non debetur dicta quarta parochiæ, glos. *in capitu. 1. & in c. certificari, de sepul.* Addit. ad Capel. Tolos. *q.* 212.

Ad quartum, Panor. & Fel. *in c. in præsentia, de prob.* dicit quod sic, & idem si relictum esset causa donationis propter nuptias, Sylv. *in verbo hæreditas*, 3. *n.* 10. §. 8. *& 9. ver.* 4. *num.* 12. *ver. sextum.* idem etiamsi adderetur conditio, ut si matrimonium contrahat, relinquo centum, & si Monasterium ingredietur, quinquaginta, quia tunc etiam debet recipere centum, & ratio est, quia conditio impeditiva matrimonii spiritualis, vel Religionis ingressum, habetur pro non adjecta, sicuti illa, quæ impedit matrimonium carnale, *l. cùm tale. ff. de cond. & dem. l. 2. C. de iudi. c. vidit. tol.* & idem confirmat Sylv. *in ver. Legatum, il* 1. *nu.* 13. §. 9. idem videtur tenere Covar. *in c. vos quidem. à n. 2. usque in fi. de testament* idem Ang. *in ver. hæres*, §. 20. & Capyc. *decis.* 204. ubi dicit, quod debetur totum, & sic fuisse decisum in facto, Covar. *lib. 2. cap. 19. num.* 10.

Ad quintum dico, quòd non potest tuta conscientia filius vel retinere, quæ sibi legavit, vel reliquit pater, vel quispiam cum hac clausula, sed tenetur in conscientia restituere, etiam nulla expectatâ sententiâ, Dec. *cons.* 177. D. Ant. 2. *par. tit.* 10. *c.* 2. §. 11. Ratio est, quia illa non est conditio, sed quædam conventio, Cajet. *in Sum. in vers. pœna.* Soto *lib.* 1. *quæstion* 6. *art.* 6. *de just. & jure*, Arnob. *quod à quoquo. sign.* 30. Cagnolus *in lib. de reg. juris.*

Ad Sextum, vide Abb. *in c. tuanos, de usur. n.* 6, *n.* 2. *& in c.* 1. *nu.* 4. *de solut.* Gem. *in c. quanquam, de usur. lib.* 6. *in ver. de usura.* 6. §. 10. ubi concludit ab omnibus, quod non tenetur ultra vires hæreditatis, & si sunt duo filii hæreditatis, tenentur pro rata, & hoc etiamsi non confecissent inventarium, Guid. Pap. *quæst.* 571. *nu.* 9.

Ad septimum dic, ut ad quintum, Abb. *in c. quod à te, nu.* 3. *de cler. conjug.* Arnob. *loc. cit.* Covar. *de sponsal*, 2. *par. cap.* 7. §. 9. *num.* 1. 2. *&* 3. & an idem sit si relictum fuit sibi aliquid, cum conditione si castè vixerit, & illa transit ad secunda vota, Covar. 2. *p. c.* 3. §. 9. *n.* 13. & an idem sit, si relinquatur ab alio, quàm à marito, quoad secundam partem, videto Boer, *decis.* 186. ubi negativè tenet, si non extant liberi, vide Vinc. de Fanc. *decis.* 155. *n.* 4. & si incontinenter vixerit, perdit legatum sibi à marito factum, Sylv. *in ver. tutela*, §. *ult.* idem si ab uxore relinquatur viro cum hac conditione, quia vir tenetur illam implere. Vinc. de Fran. *decis.* 174. facit *c. gaudemus, de divort.* ubi vir & uxor ad imparia non judicantur, Covar. *loc. cit.* §. 6. *n.* 3. *&* 5.

Ad

Ad octavum, est dubium satis intricatum, quotidie practicabile, quia locorum Ordinarii cùm accidit casus, ut quis moriatur intestatus, faciunt testamentum nomine defuncti, & ipsi accipiunt quartam partem mobilium, dubitatur, an hoc eis liceat, & hoc possit comprobari. I quotidiumento juris. Ad primum, sit prima conclusio, ubi est consuetudo, hoc licet, patet ex Inno. *in ca. ad Apostolicam, de simon.* & ita dicit servari in Britannia, & Venetiis; & ista consuetudo potest rationabiliter, & ex optimo zelo introduci per duos, vel tres actus, Addit. ad decis. Rotæ. *6. nu. 7. de consuet. in novis.* sed non de loco ad locum, *ibid. num. 6.* & Conc. diœces. Saler. *in c. 1. de test.* ubi dicitur, sic consuevisse observari in diœcesi Salernitana, idem Con. Prov. Neap. c. 45. ubi subdit, quod accedere debeat expressus legitimi hæredis cõsensus. Si verò aliquẽ peregrinum, vel advenam à longissimis orbis partibus, cujus proinde legitimi hæredes non sint, vel certè ignorantur, intestatum è vita migrare contigerit, tunc jus commune servatur, juxta sac. Canones, *ut c. Ioan. c. nos, c. si hæredes, ca. tua nobis, de test. Clem. quia contingit. de de relig. dom.* sac. Con. Trid. *sess. 22. ca. 8. de refor.* Secunda conclusio coadjuvatur hoc jure communi, doctrinis, & rationibus, primò *in d. c. si hæredes,* & ibi Covar. *nu. 4.* ubi dicit, posse Episc. intra quatuor, vel sex menses, vel tempus arbitrarium cogere per censuras Ecclesiasticas hæredes exequi voluntatem testatoris, *l. si domus, §. in pecunia, & l. cùm res, ff. de legat. 1.* & Episcopus potest condere statutum, seu institutionem sub pœna excommunicationis contra executores negligentes, Fed. de Senis, *consi. 95.* Rom. *cons. 218.* Bald. *in c. ad nostram. col. 2. de jurejur.* Sylvest. *in ver. testamentum, 2. n. 3. per totum.* sed *vers. 4. & 5.* dicit, quod hoc non solum potest per censuras ecclesiasticas, sed per subtractionem emolumentorum sibi à testore relictorum, & alias pœnas arbitrarias. Facit quod notat Anch. *in c. religiosus, n 6. de testam. lib. 6.* & Abb. *in c. si hæredes, nu. 1. & 2. de testam.* ex quibus, & aliis, quæ omittuntur brevitatis causa, ego colligo tertiam conclusionem: si Epis. tantam curam debet habere, exequatur voluntas illius, qui potuit testari, quantò magis potest interpretando, exequi voluntatem illius, qui aliquo impedimento præditus non potuit condere testamentum, accedit, quod Episc. est pater, & pastor pauperum, *l. nonnulli, cum aliis, C. de Episc & Cler.* ideo debet curare, non solùm ut viventes curam habeant animarum suarum, sed ut animabus defunctorum satis fiat. Præterèa, quid facit amplius Episc. condens testamentum prædictum illius, qui absque lingua migravit è vita, quàm interpretando voluntatem illius, faciens id, quod ille miser utique feciſſet, si tempus ei suffeciſſet? Facit quod notat Anch. *in d. c. religiosus, num. 5. de test. lib. 6.* ubi dicit, quod Episcopus potest supplere defectum, & malitiam in testamentis. Bene verum est, quod cavere debeant, ne sibi aliquid illius quartæ locorum Ordinarii vendicent, vel convertant in proprios usus, nec ad amussim illam exigant, sed benigno ac paterno affectu quicquid

habere potuerint, & in suffragia pro anima defuncti expendatur, Anch. *loc. cit. n.* 1. ubi dicit, quod Episcopus mala ablata expendere in reparationem Ecclesiæ, & cum hoc fecerit, non verebuntur molestari, à tribunalibus laicorum scientib. omnia bene agi, & exequi, & ita ego practicavi in diœcesi Surrentina, & Compzana, ubi dictum fuit, adesse talem consuetudinem, & vidi Archiepiscopos præteritos hoc egisse, vide etiam pro hac materia Boer. *decis.* 30. *à nu.* 15. *& infra. & decis.* 39. *à nu.* 25. *& infrà.* ubi dicit executionem testamentorum, seu legatorum, quando suffraganei essent negligentes, devolvi ad Metropolitanum, idem *decis.* 38. *à num.* 23. *& infrà*, faciunt ea, quæ notat Gui. Pap. 361. *nu.* 1 *&* 2. facit *c.* 1. *de off. ord.* & ibi Scribentes. Quarta conclusio, ubi non adest consuetudo, non debent aliquid innovare locorum Ordinarii, prout dixi *sup. de canonica portione conclus.* 10. vide Covar. *in cap. nos quidem, num.* 7. *de testam.* & ita censuit sac. Congreg. Illustris. Cardinalium in facto. facit quod notat Covar. *lib. primo*, *c.* 17. *num.* 3. *vár. resol.* & si quis dicat hoc non debere fieri, quia videtur quodammodo tyrannicum, respondetur quod ubi adest consuetudo, debet fieri, & si omitteret Prælatus hoc facere, & peccaret, & consuetudo dat jurisdictionem. Hostiens. cum Allegatis *in sum. tit. de offic. ordin.* §. *quis posset ver. item consuetudo* & urges, hoc non consuevit fieri ab aliis Prælatis, respondetur primò, quod fortassis ibi non adest consuetudo. Secundò, quod unus Episcopus est pinguior altero, vel per usum, vel per præscriptionem, *c. conquestus, 9. quæst. 3.* Accedit, quod homines scientes hujusmodi Episcoporum laudabilem, & præscriptam observantiam, qui alias segniores erant ad confitendum peccata sua, sacrum suscipiendum viaticum, extremamque sumendam unctionem, ac denuo ad disponendum, & pro anima & corpore suo, erunt in posterum sollicitiores ac prudentiores ad sequendum, quæ dicta sunt, dicentes intra se, cum ægrotare cæperint, si nos erimus negligentes ad hæc, veniet Episcopus, & perficiet.

Ad bonum, bene consuluit circa hoc Conc. Provin. Consent. *sess.* 4. *cap. de leg. piis*, quod in omni curia Episcopali habeatur liber, in quo scribatur nomen Notarii conficientis testamentum, vel legatum testatoris legatarii, diei, anni, mensis, & testium, & quod debeat fieri statutum, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, ut Notarii spatio unius mensis afferant particulam testamenti, facientem pro relicto alicui loco pio, soluta sibi debita mercede, & hoc est quod clamant omnes Canones citati, faciunt ad hæc omnia, quæ ad hoc propositum dicit D. Tho. *quodlib.* 6. 13. Adrian. *quodlib.* 8. Sot. 4. *sent. d.* 45. *q.* 2. *art.* 3. Ang. *in ver. exequutor*, Nav. *cap.* 17. *num.* 68. ubi notatur de negligentia exequutorum, & illorum, qui in ultimo vitæ reservant facere legata, & non satisfaciunt in vita, notatur etiam negligentia Ordinariorum, quam summi Pontifices voluerunt supplere per Bullas Pii V. *Bul. sua* 96. 97. *&* 98. Pius IV. *Bul.* 58. ubi constituit, comissarios fabri-

cæ D

cæ D. Petri de Urbe ad supplendam negligentiam illorum quorum interesset, Clem. VII. *Bul.* 8. *quæ incipit, Admonet*, & Paul. III. *Bul.* 69. *quæ incipit, Cum diebus*, faciunt quæ dicit Boer. *de c.* 41. *n.* 8. ubi dicit, legata ad pias causas non debere differri, sed statim exequi, etiamsi hæreditas non sit adita, faciunt, quæ dicit Guid. Pap. *q.* 576. ex And. & Host. *in c. suscepto. de foro compet.* ubi dicit, legata ad pias causas pro anniversariis mortilegiorum, & pro anima eorum cognitionem pertinere ad forum ecclesiasticum, & Inno. *in c. cum tibi, de test.* & Bald. *in Marg. Innoc. in ver. testator. quæst.* 2. dicit, quod si quis reliquerit bona sua distribuenda pauperibus, si fideicommissarius est datus ab eo, ipse mittitur loco pauperum, aliàs Episcopus eos mittet. Nav. *cons.* 3. *de relig. dom.*

Ad decimum, vide *c. relatum, il* 2. *de test. & ibi* Covar.

Ad undecimum, ad primam partem respondetur affirmativè, per jura superiùs allegata, & hoc ampliatur, etiamsi testator hoc prohibuisset, ne Episc. se in hoc intromitteret, quia ista clausula habetur pro non adjecta, *c. tua de test.* Covar. *ibidem, num.* 6. & 8. decis. Rotæ. 868. *in antiquis.* Gom. *in c.* 2. *§. statuto, num.* 4. *de constit. lib.* 6. Io. de Selva *tract. de benef.* 1 *p. q.* 5. *nu.* 7. Conc. Trid. *sess.* 22. *cap.* 9. *de refor.* & hoc etiam ante annum. Ratio est, quia tempus ad exequendum à jure diffinitur tempus sex mensium. Covar. *in c. nos quidem, num.* 6. quoad secundam, dicitur hoc pertinere ad Episcopum originis testatoris, & domicilii, & ad utrumque, Sylvest *in ver testamentum*, 2. *§. verst. quintum*, & si non adsunt bona in loco originis, pertinet ad Episcopum domicilii, & addit. Cap. Tolos. *quæst.* 112. dicit pertinere ad Episcopum illius loci, ubi sunt bona, quoad tertium, vide *in ver. hospitale, §.* 3. an Episcopus possit prorogare terminum indultum à lege hæredibus ad implendam voluntatem testatoris, vide Abb. *in cons.* 40. *col.* 4. *lib.* 1. Feder. de Sen. *cons.* 124. sed quando aliquis legaret, ut distribuantur aliqua pauperibus, nullo dato exequutore, tunc Episcopi sunt exequutores, & illi Episcopi, in quorum Diœcesibus sunt sita bona testantium, Addit. *ad quæst.* 112. *Cap. Tolos.*

Ad duodecimum, Capyc. *decis.* 89. quod sic in legato: dubium autem videtur in hæreditate, vide ibi per extensum, & *decis.* 182. *num.* 14. & *infrà*, dicit quod si in testamento fuerit legatum aliquid obscurum, illud potest declarari coram duobus testibus. Ratio est, quia in declaratione non requiritur tanta solennitas, quanta in actu principali.

Ad decimum tertium respondetur affirmativè, Vinc. de Fran. *decis.* 14. *nu.* 18. tamen Caputaq. *decis.* 106. dicit quòd non, quando esset ad rem immobilem, & præcisè loquendo *decis.* 35. 9. *p.* 2. dicit, quod potest Prælatus repudiare legatum relictum Ecclesiæ absque solemnitatibus requisitis in alienationibus rerum Ecclesiasticarum, per Alex. *in l. legatum, num.* 2. & 3. *de legat.* 1. Nav. *cons.* 6. *de jurejur.* ego tamen hoc admitterem, quando legatum esset Ecclesiæ potius oneroſum, quam utile.

Ad decimum quartum, vide Bald. *in l.*

si habitatio, §. 1. *ff. de usufr.* Vinc. de Anna. *singul.* 304.

Ad decimum quintum, vide Covar. *lib. 2. cap. 2. var. resolut. per totum.*

LITERÆ QUINQUENNALES.

PRimò, istæ literæ, concessæ à Principe non suffragantur, nec extenduntur ad creditores futuros.

Secundò, debitor, cui datum est quinquennium, debet cavere de debitis solvendis, Guid. Pap. *quæst.* 109. *& quæst.* 97. ubi dicit, his literis non impediri executionem sententiæ in Delphinatu, sed Covar. *pract. quæst. c.* 25. *num.* 7. *ver.* 13. dicit impediri executionem etiam trium sententiarum conformium regulariter, *& lib. 2. cap.* 1. *num.* 7. 8. *& 9. var.* Gom. *resol. tract. ult. sign. fol.* 92 *col.* 1. dicit non suffragari pensionario, nec impediri executionem trium sententiarum conformium, licèt loquatur *in c. Odoardus.* de solut. sed potest dici idem de istis literis propter identitatem rationis de cessione bonorum. Vide Sylvest. *in ver. restitutio*, 7. §. 6. imò dolosus non est admittendus ad benef. *c. pervenit, de solut.* Caput. *dec.* 275. *p.* 1. & ita dicit fuisse judicatum die 14. Martii, 1552.

Tertiò, debitor cui concessum est quinquennium ad solvendum suis creditoribus, decurso quinquennio, non potest bonis cedere, secundùm communem opinionem, & gloss. *l. fin. in fin. C. qui bo. ced. pos.* Novel. *de jure protim.* §. 6. *numero* 37. *&* 38. Afflict. *in dec.* 378.

Quartò, istæ literæ quinquennales, non possunt concedi à Principe ultra quinquennium, utputa, per septennium, & si concederentur, non valerent nec quoad quinquennium, Paul. de Cast. *in l. quoties, in fine. C. de prec. Imperat. offer.* Afflict. *decis.* 107. *nu.* 3.

Quintò, istæ literæ, & quæ moratoriæ dicuntur, non comprehendunt causam dotis, Vinc. de Franch. *dec.* 219. *n.* 1. *&* 2.

Sextò, creditorum major pars potest assecurare debitorem, concedendo ei moratoriam, & compellere alios ad hoc, *l. si C. qui bon. ced. pos. Nav. cons.* 3. *de pact.*

Septimò, an ista concurrentia habeat locum in solutione pensionis, & aliorum, vide Anna *singul.* 101.

Octavò, quando cessio bonorum potest, & debet fieri, & an huic privilegio possit renunciari, vide Covar. *lib.* 2. *c.* 1. *var. resol.*

Nonò, is, qui sub spe cessionis bonorum contrahit, non admittitur ad cessionem bonorum, Addit. ad Dyn. *in ca. peccatum, in ver. venta. de re. jur. lib.* 6. facit *c. illud. de cler. excom. celebr.*

Decimò, de literis quinquennalibus vide Bul. Clem. VII. *quæst.* 31. *& incipit, Cùm ex multorum*, ubi decernit causas cessionis, vel discussionis bonorum aut dilationis quinquennalis, beneficiũ impetrantes, infra tres menses causas expedire tenentur, & de *cap. Odoardus*, vide Bul. 33. ejusdem, *quæ incipit, Cùm nuper.* & de moratoriis, & dilationibus non concedendis per quoscunque judices, vide Paul. III. *in Bul. quæst* 70. *quæ incipit, Nota sicut.*

LITE-

LITERÆ APOSTOLICÆ.

(Cautè lege, nam sunt hæc contra auctoritatem Apostolicam, & Iurisdictionem Ecclesiasticam.)

PRimò, literæ Apostolicæ an possint examinari, & revideri per Regios officiales, & super ex expediri exequatur, ad hoc ut debitæ executioni mandentur? & videtur, quod non, per Bullam Cœnæ Domini, Navar. *cap.* 27. *num.* 68. tamen Covar. *pract. quæst. c.* 35. *num.* 1. ait hoc fieri posse, & ita practicari in Hispania, & Gallia, & sic vidi practicari indifferenter in regno Neapol. & ad Bullam potest responderi, quod non fit ad impediendum, sed ad videndum, & examinandum. Primò, an contineant aliquam subreptionem, vel obreptionem. Secundò, an quod conceditur, sit jurisdictionis Regiæ, literæ Papæ tam justitiæ, quàm gratiosæ, si pertendantur, an probari possint per testes? vide Abb. *in c. cùm olim, num.* 2. *de privil.* facit quod si Papa facit aliquem Episcopum in regno, Rex potest dicere Papæ, non accepto eum in Episcopum, quia habeo eum suspectum de proditione, vel propter ejus aliquod interesse, non compellitur illum admittere, & hoc esse in viridi observantia ait Afflict. *in Prælud. Constit. reg. q.* 8. idem Joan. de Selva *tract. de benef.* 2. *par. q.* 23. *num.* 2. *ver.* 7.

Secundo, literas alicujus aperiens, & ostendens adversario, punitur crimine falsi, Diaz *Pract. crim. Can. c.* 96. Sylv. *ver. falsarius*, §. 1. Navar. 18. *nu.* 33. secus verò, quando non adest malus animus, sed potiùs ex quadam curiositate illas aperiret: quia tunc non esset nisi veniale peccatum, Cajet. *in ver. litera*, Sylv. *eo. ver.* sed tenetur ad secretum. Sot. *de rat. teg. & deteg. secr. n.* 171.

Tertiò, quid si essent literæ Judicis, & eas quis aperiret, vide *in cap. olim, il* 2. *de offic. deleg. & c. olim, de rescrip.* gl. *in c. quanto, de his quæ fiunt à Præl. sine conf. capituli.*

LOCATIO.

PRimò, de hac materia, vide plura *in ver. alienatio, & in ver. colonus.* hic verò nota. Primum, an qui conduxit rem aliquam, finita locatione videatur reconduxisse, & illo titulo possedisse; Boer. *decis.* 58. *num.* 9. dicit quod sic, per *l. item quæritur*, §. *qui impleto tempore. cum l. seq. ff. locati.* nec hoc contradicit sentenciæ Cov. relati à me, *in ver. alienatio*, §. 3 *dicto* 2. qui ibi loquitur, quando hoc fieret per plurennia, quorum uno finito incipiat alterum; hic verò non, sed elapso primo incipit iterum possidere.

Secundò, an in hac tacita relocatione, sive reconductione, veniant omnia, quæ erant in locatione seu conductione priori contenta, Boer. *decis.* 284. *num.* 14. dicit quod sic, nisi ea, quæ sunt in præjudicium tertii, utputà fidejussoris.

Tertiò, locator primò potest propria auctoritate capere possessionem rei commissæ per cessationem canonis

non soluti, gl. *in l. fin. C. de jure emphyteu.* cum ipso jure talis res emphyteutica cadit in commissum. Secundò, licèt stylo Curiarum aliquarum requiratur declaratio commissi facta per judicem competentem, citata parte, & audita, per *cap. licèt Episcopus, cum glo. in ver. vocatis, de præb. lib. 6.* Guid. Pap. *quæst.* 107. *num.* 1. & ita servatur ubique in praxi quotidiana: Facit quod notatur *infrà, ver. privatio*, §. 5. & 6. & Bald. *in Marg.* Innoc. *in verbo, emphyteuta, qu.* 2. & Innoc. *in cap. potuit, num.* 1. *de rer. permut.* ubi ait auctoritatem Judicis esse necessariam.

Quartò, dominus an teneatur resarcire domum constructam in fundo suo, quem dedit in emphyteusim, cadentem propter non solutionem Canonis? Respondetur quod non. Fallit primò, in usufructario, quo mortuo, hæres potest petere melioramenta, Guid. Pap. *q.* 438. Fallit secundò, in feudatario meliorante, vel aliquid ædificante in feudo, idem *decis.* 169.

Quintò locator, seu conductor, cessans à solutione Canonis potest purgare moram, *c. potuit, & ibi gl. in ver. cler. de locat. & cond.* sed hoc ante litis contestationem, & ut vult Guid. Pap. *q.* 122. *nu.* 1. usque ad calculum sententiæ, an, & quando purgetur mora in pœnis incursis ipso jure, vide Gem. *in c. cupientes*, §. *quod si per viginti, num.* 4. & 5. *de elect. lib.* 6. & Guid. Pap. *q.* 223. *num.* 1. fallit hoc; quod non purgetur mora, quando facta est, sive præcesserit geminata interpellatio, Capyc. *decis.* 16. *num.* 4. vide omnino Bal. *in Marg.* Innoc. *in ver. emphyteuta*, ubi ait non gaudere tempore legali emphyteutam, seu conductorem jurantem, per *l. si quis major, C. de transact.* & Anch. *cons.* 418. & Rodoa. *tract. de reb. Eccles. non alien. quæst.* 174. dicit anno 1457. se obtinuisse purgationem moræ post sententiam devolutionis in Marg. Cur. Vicariæ: tamen Caputaq. *dec.* 234. *par.* 2. dicit, non purgari moram, postquam facta executio à jure, vel ab homine, & ita dicit fuisse tentum idem *decis.* 414. *par.* 2. ergo datur purgatio moræ post sententiam ante exequutionem.

Sextò, commissum emphyteuticariæ non habet locum in pupillo, & ei non currit triennium secundùm aliam opinionem Bar. Cyni, & Dyni, quam non admittit Guid. Pap. *q.* 416. *nu.* 1. & 2. non postea restituitur, & adulto licèt currat dictum tempus, tamen restituitur, idem *ibidem, num.* 3. vide multa *in quæst.* 31.

Septimò, emphyteuta in partem solvens, & in partem non, non cadit in commissum, Guid. Pap. *quæst.* 174. & 416. *num.* 3. Tiraq. *de ultro. retr. tu.* §. 4. *nu.* 25. similiter si non solverit domino pecuniam, quam debebat priori emphyteutæ in tantum teneatur, non cadit in pœnalibus, datur compensatio de jure. Guid. Pap. *decis.* 174. *num.* 2. Tiraq. *loc. cit.* §. 3. *gloss.* 13. *numer.* 4. *bona fides. de proc.* Rodoan. *tract. de reb. Eccl. non alien. quæst.* 79, *numer.* 9. tamen Caputaq. *decis.* 182. *p.* 1. dicit, quod ex defectu unius obuli causatur caducitas, quod probat ex multis Doct. & ex Rota, & multa de conductore, vide ibi per multas

multas decisiones, & oblatio facta ad evitandam moram non valet, si non est integra, id est, si non offert totum illud, quod est liquidum, idem *decis.* 268. *par.* 5.

Octavò, emphyteuta non potest donare rem emphyteuticariam irrequisito domino, Guid. Pap. *q.* 46.

Nonò, rector Ecclesiæ recipiens Canonem ab emphyteuta pro tempore præterito, præjudicat Ecclesiæ caducitate rei, Capyc. *dec.* 18. *nu.* 10.

Decimò, locatio de rebus Ecclesiæ solùm ad triennium fieri potest, per *Extravagantem Ambitiosæ de reb. Eccles. non alien. & dixi supra in verb. alienatio,* sed non potest fieri per triennium cum pacto ad renovandum, quia esset in fraudem legis prohibentis, Tiraq. *de retract. convent. in præfat. nu.* 2. *& de utroq. de retract.* § 23. *gl.* 1. *nu.* 10.

Undecimò, quando quis cogatur locare nulli alteri quam locatori, vide Vinc. de Fran. *decis.* 123. *per totam.*

Duodecimò, an locatio facta per beneficiatum expiret morte ipsius, vide Abb. *in c. ad audientiam, num.* 2. *de reb. Eccl. non alien. & in c. novum genus, nu.* 6. *de decim.*

Decimotertiò, locatori fit remissio propter sterilitatem, & non emphyteutæ, Iason. *l. n.* 13. *& 36. de jur. emphyteut.*

LIMITES, ET TERMINI.

QUando possint præscribi, & adhærentia sibi, vide Innoc. *in c. super eo, de paro. & in c. eo.* & Abb. *ibidem,* & quomodo probentur, vide *in ver. libri, num.* 3. & cujus territorii, seu jurisdictionis sint, vide Innoc. *in cap. pen.* vide *in ver. confinia,* 13. an emphyteutæ, qui solvere cessavit Ecclesiæ Canonem per biennium, vel per tempus stipulatum, habeat locum ignorantia? Respondetur quòd sic, prout *in c. quis,* & ibi Dyn. *nu.* 4. *de re. jur. lib.* 6. & Gom. *in c.* 2. *nu.* 50. *de constit. lib.* 6. facit *c. non est in mora, de re. jud. eod. lib.* 6.

LUPANARIA, ET MERETRICES.

PRimò, lupanaria, & meretrices, Ecclesia, & totius Christianæ Reipublicæ Principes permittunt ad evitandum majus malum, D. Aug. *lib.* 2. *de ordine, & lib.* 14. *de Civit. Dei. c.* 18. D. Tho. 2. 2. *q.* 8. *ar.* 2. *in corpore,* Nav. *c.* 17. *num.* 195. *lit. A, & B,* Covar. *de sponsal.* 1. *p. c.* 4. *nu. ult.* Vide Iason. *in l. cunctos populos, num.* 57. *ver. sicut tolerat, de sum. Trinit. & fide Cathol.*

Secundò, meretrices an debeant audiri in Confessione sacramentali? Respondetur affirmativè, *c. quod quidam, de pœnit. & remiss.* sed non sunt absolvendæ, nisi certò promittant abstinere in futurum, quod probabiliter tunc credi potest, quando relinquunt re ipsa tum peccata, tum peccatorum occasiones, *ea. cum ab omni, de vita & honest. cler.* idem gloss. *in c. peccatum, in fi. de reg. jur. lib.* 6.

Tertiò, per istam confessionem satisfaciunt præcepto Ecclesiæ, prout *in c. omnis, ver. sexus eod. tit.* Ratio est, quia per confessionem, informen satisfit illi præcepto, Sum. Sacram. *quæst.* 163. &

sic satisfit edictis, quæ passim fiunt à Prælatis, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, contra non confitentes peccata sua singulis annis, & non communicantes: nam non sunt excommunicatæ, cùm adimpleant præceptum, prout *suprà*, Flor. Theol. *in* 4. *Sen. de Confess. fol.* 239. Soto. 4. *Sent. dist.* 18. *quæst.* 3. *art.* 3. nec sunt excommunicatæ, exeo, quod non communicarint, quia ab hoc abstinent ex consilio Confessarii, *c. omnis utriusque sexus*, & ibi Abb. *n.* 3. *de pœ. & remiss.* Hinc fit, teneri istas meretrices ad evitationem transgressionis dicti præcepti, & intrusionis censurarum, saltem confiteri peccata sua meliori modo, quo possunt, ut dictum est, *sup.* Abb. *in d. c. nu.* 1. Adrian. *in* 4. *sent. tract. de Confess. dub.* 4. Nav. *in c.* 1. §. *diligens, n.* 14. *de pœnit. dist.* 6.

Quartò, an promissum meretrici pro meretricio, teneatur promittens dare, & an possit peti jure actionis. Ad primum respondetur affirmativè, à D. Ant. 1. *part. Sum. tit.* 1. *cap.* 23. §. 10. Ad secundum respondetur negativè, Iser. *cap.* 1. *quibus mod. feud. amit. nu.* 11.

Quintò, rapientes meretrices, qua pœna puniantur quæritur? Respondetur quod aliquando ultimi supplicii, aliquando triremium, aliquando arbitraria. Clar. §. *raptus*, *ver. quæro nunquid, violentantes qua pœna puniantur*, vide *in ver. emptio*, §. 1.

Sextò, lenonum, & eorum complicium pœnæ quænam sint in foro Ecclesiastico, vide Paul. III. *Bul.* 47. *qua incipit, Ex ordine.*

LUDUS.

PRimò, an detur repetitio eorum, quæ lucrantur, vide Anch. *in c. peccatum, num.* 2. *de reg. jur. lib.* 6. & Pragmaticam regni Neapol. vide Pauormit. *in c. quia plerique, nu.* 35. *de immun. Eccles.* Cap. Tolos. *q.* 192. & ibi addit. D. Thom. 2. 2. *q.* 168.

Secundò, ludi prohibiti personis Ecclesiasticis, sunt aleæ, *c. Episcopus*, 35. *dist. c. inter dilectos, de excess. prælat.* Ang. *ver. ludus, nu.* 2. *ver. torneamenti, c. ad audientiam, de homi.* ubi hominis turpitudo est, *c. nec solo*, 33. *quæst.* 5. & hic potest capi ludus palæstræ, seu luctæ, ubi homines nudi solent luctare, omnis ludus fortunæ, virium, mimorum, & lasciviæ, non autem pilæ, sacchorum, & ubi adest exercitium corporis, nisi adsit scandalum vel in publico. Innoc. *in ca. lator, de homic.*

Tertiò, ludos, vel barratarias, eorumque manutenentes prohibuit magnis pœnis Jul. III. *Bull.* 3. *& Bul.* 43.

Quartò, lucratum in ludo à Religiosis, Clericis, filiis familias, mulieribus, & aliis in rebus, quæ sunt monasterii, Ecclesiæ, patris, viri, vel aliorum, non potest retineri cum bona conscientia, Sot. *lib.* 4. *q.* 6. *art.* 2. *de just. & jure.* Abb. *in c. clerici, il* 2. *n.* 4. *de vita & hon. cler.* Arch. *in d. c. Episcopus*, 35. *d.* Host. *in Sum. tit. de pœnis. & remiss.* §. *quæ sit pœnitentia*; Afflict. *dec.* 389. Sylv. *in ver. ludus*, Nav. *c.* 19 *n.* 18. D. Tho. 2. 2. *q.* 32. *art.* 3.

LIBER-

LIBERTAS ECCLESIASTICA.

Libertas ecclesiastica non dicitur violari, nisi in privilegiis universalibus concessis à Deo Optimo Maximo, vel Papa, vel ab Imperatore: unde non dicitur violari privilegium concessum alicui Ecclesiæ particulari, Innocen. & Hostiens. *in cap. noverit, de sent. excomm.* hinc fit, quod si fieret statutum, quod Ecclesia non audiatur super decimis, vel non audiatur super decem annos, vel quod Clerici non possint declinare forum laicale, hoc esset violari libertatem ecclesiasticam. Ratio est, quia primum est de jure divino, alterum Imperatoris; tertium summi Pontificis, Bal. *in Marg.* Innoc. *in ver. Ecclesia, quæst.* 1. quod notandum pro clausula Bullæ Cœnæ Domini, & praxi quotidiana, vide Panor. *in c. noverit, nu.* 2. *de sent. excomm.* vide Bart. Socin. *cons.* 55. *quod incipit, Viso decreto, col.* 1. *in fine*, ubi dicit, quod si statuto laicorum aufertur Ecclesiæ, quod si competit & jure communi, tale statutum esset contra libertatem Ecclesiæ, vide addit. ad Innoc. *in d. cap. noverit, num.* 3. §.--- secus verò; quando violaretur privilegium alicui Ecclesiæ particulari. Auth. *cassa, & irrita, C. de sacrosanct. Eccles.* & ibi Oldrad, & Cynus.

MATER ECCLESIÆ.

Matrix Ecclesia, quæ dicatur, vide Abb. *in Clem.* 1. *num.* 3. & 4. *de sent. excomm.* & text. gloss. & Abb. *in cap. venerabili, de verb. sign.* ubi Parochialem Ecclsiam posse dici Matricem asserit.

MATRIMONIUM.

Primò, qui juraverit aliquam ducere uxorem, si non subest impedimentum, eam ducere in uxorem per censuras ecclesiasticas compelli potest, *cap. ex litteris, il. secundo, de sponsal.*

Secundò, quando non dubitatur de validitate matrimonii vel sponsaliorum, possunt partes, quæ promiserunt, compelli per judicem sæcularem, ad observandum ea, gloss. *in cap. non est, in versi. uxorem, de sponsal.* Selva *tra. de benef.* 1. *p. q.* 7. *n.* 12. *Clem. de sponsal.* 1. *par. c.* 4. etamsi sine juramento promisisset, etiamsi secunda alia sponsalia, non juramento contraxerit, quia tenetur ad prima sponsalia. Ratio est, quia obligatur sub pœna peccati mortalis observare prima, & juramentum postea præstitum non potest, nec debet observari, cùm videatur fovere peccatum, *c. veniens, & c. venientes, de jurejurand.* non obstat *c. requisi. eo* Ubi dicitur, quod cùm libera debeãt esse matrimoniæ, monẽdi sunt potiùs contrahentes, quàm cogendi, cũ exactiones difficiles soleant exitus frequenter habere: quia ibi gloss. *in fine* dicit, quod priùs sunt monendi, & postea cogendi, & hoc maxima cum prudentia, quia multi sunt, qui ut libidinem suam expleant, promittunt cum juramento interdum, vel sine illo, ducere miseras puellas in uxores, & postea eas relinquunt perpetuò diffamatas. Flor. Theol. 4. *Sent. de matrim. fol.* 294. Dixi, *quando non subest impedimentum*, quia quando quis haberet justam causam re-

cedendi à contractu, posset: ut quia scivit puellam esse malæ famæ, vel aliquid hujusmodi, per ea, quæ dicit Sylvest. *in ver. Matrimonium*, 3. §. 8. Nav. *c.* 22. *num.* 65. Soto 4. *Sent. dist.* 29. *q.* 2. *art.* 3. Covar. *loc. cit. n.* 4. *& seq. & in c.* 2. *eo tit.*

Tertiò, cùm hæc materia sit locupletissima, solùm attingam ea, quæ sunt frequentiori praxi indies consideranda. Et primum, prout intelligentia *capitul. primi* Con. Trid. *sess.* 24. *de reform.* quod matrimonium potest dici tripliciter claudestinum. Primò, quando deficiunt testes; secundò, quando præsentia parochi; tertiò, quando tres denunciationes in Ecclesia. Primùm si contrahitur sine testibus, licèt cum præsentia parochi, est clandestinum, irritum, & nullum; similiter si cum testibus, & sine præsentia parochi, licèt cum præsentia alterius sacerdotis, non tamen de licentia parochi, vel ordinarii, est clandestinum, Conc. *loc. cit.* 8. *qui aliter*, Declaratio sac. Congreg. 68, ubi dicit, quod ab Episcopo debet declarari irritum, & nullum; si verò deficient denuntiationes, dicitur clandestinum, Rebuff. *pract. benef. in reg. de disp. in gr. prohib. gl.* 5. *nu.* 54. sed irritum, & nullum, & tenet matrimonium, & hoc si omissæ fuerint cum licentia Ordinarii, vel sine illa, nam Ordinarius potest remittere unam, vel duas, vel omnes denuntiationes, si id sibi expedire visum fuerit; Conc. *loc. cit. ver. quòd si aliquando*, Nav. *c.* 22. *num.* 70. *not.* 3. Covar. *loc. cit.* 2. *part. cap.* 9. *num.* 10. tamen si postea oriatur impedimentum aliquod impediens, & dirimens, filii interim nati sunt illegitimi, etiamsi matrimonii impedimentum ignoraverint antequam contraxerint, Soto 4. *Sent. dist.* 28. *quæst.* 1. *art.* 2. *col.* 3. Covar. *loc. cit. num.* 12. Sylvest. *in ver. Filii*, §. 9. *capitul.* 2 *qui fil. sint legit.* quod non esset, si non sequatur impedimentum, sed solùm peccarent mortaliter omittentes dictas denunciationes, sine licentia ordinarii, prout *suprà*. Sed notandum est, qualiter sacr. Conc. solùm annullat matrimonium clandestinum contractum per verba de præsenti, non autem sponsalia per verba de futuro, quia ea relinquit in terminis juris communis, sac. Congr. *decl.* 45. facit *c. odia, de re. jur. li.* 6.

Quartò, istæ denunciationes, quæ fieri debent tribus diebus continuis festivis, an possent fieri diebus ferialibus cum dispensatione Episcopi? Respondetur negativè, quia Episcopus non potest dispensare super constitutione Concilii generalis, Sylv. *in ver. dispensatio, nu.* 24. §. 9. gl. & Doct. *in c. at si clerici, de jud.* & Selva *loc. cit.* 4. *p. q.* 7. *nu.* 2. sed Concilium loquitur de diebus festivis, ergo non potest diebus ferialibus, accedit declaratio sac. Congreg. *n.* 15. ubi asserit, hoc non posse Episcopum.

Quintò, quando contrahitur matrimonium inter duos diversarum parochiarum, ubi debeant fieri denuntiationes? Respondetur, quod Conc. dicit, debere fieri à proprio contrahentium parocho, ubi ostendit debere fieri in ambabus parochiis, quia loquitur in plurali, & accedit declarat. sac. Congreg. *nu.* 67. & Abb. *in c. cum inhibitio, num.* 7. *de cland. desponsat.* ubi idem habetur.

Sextò, quid agendum, quando contrahi-

trahitur inter duos diversarum Diœcesum? Respondetur, quod debent fieri denuntiationes in ambabus parochiis, ubi degunt contrahentes, & Curatus parochiæ viri significare parocho mulieris (quia clarum est matrimonium debere contrahi, & solennizari in parochia mulieris, ut patet doctrinis vulgatis, & usu frequentiori) se feciſſe tres denunciationes, & nullum, vel aliquod se inveniſſe impedimentum, colligitur ex verbis superioribus Concilii, & ex declarat. prædicta, tamen Navar. *conſ. 1. de ſponſal. numer. 2.* dicit posse contrahi matrimonium, vel in parochia viri, vel mulieris, & tunc alterius parochi præsentia sufficit, & sic ait fuisse responsum à sacr. Congreg. requiritur etiam ut Ordinarius diœcesis viri significet authentico documento Ordinario, vel parocho uxoris, quatenus vir est solutus omni vinculo matrimoniali, seu legali, & colligitur ex Conc. *ead. seſſ. c. 7. de reform. matrim*, & ex Panor. *loc. cit. num. 7.* nec miretur quis quod Conc. loquatur de vagabundis, quando vagabundus reputari debet in hoc genere ille, qui est alterius Diœcesis, ob certitudinem hujus sacramenti: quamvis de rigore juris ille propriè dicatur vagabundus, qui certum non habet domicilium, gl. *in l. prima, §. prætor, de dam. infect.* Guid. Pap 202. *nu. 2.* & Bar. *in d. l.* & hoc notent locorum ordinarii, quia multi errores nascuntur ex hoc non adimpleto & sæpe habui in facto, & nisi adhibita fuisset diligentia, error profectò ortus fuisset, & si fides Ordinarii habere non poterit, sufficiet probatio testium fide dignorum, quæ capi debet per curiam Episcopalem, ubi matrimonium contrahitur, & sic frequentiori usu observatur, & rationi videtur consentaneum, impossibile enim esset in Italia, expectari fidem Ordinarii ab Hispania, vel Gallia, & quia magis credendum est voci vivæ, quam mortuæ, prout dixi *in ver. inſtrumentum*, §. 6. Facit quod dicit Gem. *in c. ſi quis juſto, §. abſens, notab. 2.* ubi dicit, quod extraneus dicitur ille, qui non est de capitulo, per *illum tex.*

Septimò, quando contrahitur matrimonium inter duos alienigenas, & non à parvo tempore in parochia habitantes, qui tamen sunt cogniti, quod sunt de comprehensis inter vagabundos, proprius eorum parochus esse intelligitur, in cujus parochia contrahunt, ita censuit sac. Congreg. *declara. 69.*

Octavò, quid agendum, quando aliqui contraxerunt clandestinè, & consummaverunt? Respondetur ex eadem sac. Congreg. *declarat. 73.* quod si nullum aliud obstiterit impedimentum, absque aliqua alia dispensatione possunt, & debent de novo contrahere in facie Ecclesiæ, servatis requisitis sacri Concilii, *ut sup.* & tam ipsi contrahentes, quàm qui præsentes fuerunt primo matrimonio clandestino, graviter sunt puniendi pœnâ arbitrariâ; pro quo faciunt quæ notat Cov. *loc. cit. 2. par. c. 6. n. 12. ver. 1.*

Nonò, quia dictum est superiùs, Episcopum posse ex causa remittere denunciationes prædictas, dubitatur quænam sint causæ hujusmodi. Respondetur primò, quod nō potest dari certa regula. Secundo quod prima potest esse, quando

propter publicas denuntiationes matrimonium posset malitiosè impediri, tunc illis prætermissis, potest contrahi matrimonium cum præsentia parochi, & coram duobus, & tribus testibus, quo facto, antequam deveniatur ad consummationem, semel vel bis erunt faciendæ denuntiationes, ita censuit sacr. Congreg *decl.* 3. & ita in facto fuit responsum à sacr. Congreg. *E*piscopo Lucensi *declarat*, 492. *in meis*, in hæc verba: *Quod expositum est sanctissimo Domino nostro, istius Reipublicæ nomine, publicas denuntiationes, à sac. Trid. Conc. directas ad malorum evitationem, quæ à clandestinis connubiis oriebantur, isthic ab improbis & malevolis arripi, tanquam occasionem disseminandi falsos rumores, & impediendi matrimonia, propterea ejus Sanctitas ex decreto etiam Tridentini Concilii, isti incommodo ita medendum esse judicavit, quoties amplitudo tua pro sua pietate ac prudentia probabilem suspicionem esse intelliget, publicis iis denuntiationibus matrimonia malitiosè impediri posse, illis omissis, coram parocho, vel alio sacerdote de ipsius parochi, vel amplitudinis tuæ licentia duob. vel tribus testibus adhibitis, per verba de præsenti matrimonium celebrandum curabit, quo facto, ante matrimonii consummationem, nisi necessaria causa obstiterit, quemadmodum etiam à Concilio statum est, semel aut iterum, iam denuntiationem fieri jubebit, sacrumque istud negotium pro Dei gloria, & animarum salute gubernabit, quam Deus*, &c. Secunda est vicinitas téporis, quo prohibitæ sunt nuptiæ, ita fac. Congr. *decl.* 15. licet Conc. Mediol. Prov. *fol.* 128. *de sac. mat.* §. *matrimonii*, causâ hanc non admittat, per rationem quam affert, sed tenendum est cum sac. Congreg. Tertia causa, quando nobilis cum ignobili, dives cum paupere, senex cum adolescétula contraheret. Nav. *cap.* 22. *num.* 70. *not.* 5. & sic habes quinque de causis posse *E*piscopum relaxare denuntiationes prædictas, ad quas aliæ possent reduci.

Decimò, dubium est quotidie practicabile, quot testes requirantur ad impediendum matrimonium, & sic necesse sit, vel summi Pontificis dispensatione, si est impedimentum circa quartum gradum inclusivè, vel *E*piscopali declaratione, si in quinto gradu, secundùm quarundam stylum Curiarum. Respondetur primò ex Abb. *loc. cit. numero* 1. *& in cap tua, num.* 3. *de cognat. spirituat.* quod si unus testis dicat, se audivisse impedimentum, quod tamen probare non possit, tunc non impediri matrimonium. Secundò, ex gloss. *in cap. quoties, in ver. credere, de test.* quod non valet testimonium de auditu, sive de credulitate, immò necesse habet dicere, quod testes viderint personas omnes in consanguinitate, designando gradus ex utroque latere, vel saltem aliquas personas in gradibus, aliter non valeret. Idem confirmatur *in cap. licet, il.* 2. *de testib.* ubi dicitur, quod testes debent esse tales, qui vel deponant, se accepisse à suis majoribus & credere ita esse, nominando personas expressis nominibus, imò nec hoc sufficere, nisi dicant se vidisse personas, saltem in uno gradu, & gloss. exponit in ult. vel in gradu proximo, ut in quarto, vel remoto, ut in primo. Tertiò gloss.

in

in cap. teſtes, in ver. audierunt, 3. q. 9. & glo. *in cap. de parentela, in ver. diverſo. 36. q. 6.* & gl. *in c. ſuper eo. de conſanguin. & affinit. in ver. fama*, dicit, quod plus facit fama, quam dictum unius, ubi juramentum intervenit. Quartò, Covar. *loc. cit. 2. p. c. 7. §. 10. nu. 2.* uſque in finem dicit duo. Primum, quod fama magis prævalet, quàm duo, quorum alter, qui de ſcientia teſtimonium perhibet, non jurat, alter verò etſi juret, tamen aſſerit ſe ita audiviſſe. Secundum, quod unus teſtis de auditu ſufficit ad impediendum matrimonium, & cauſandum, ut ſit opus diſpenſatione, ſi teſtificetur juxta formam expreſſam *in dicto c. licet, il 2. de teſt.* Nav. *c. 22. n. 83.* dicit ſufficere etiam unum teſtem, ad impediendum matrimonium contrahendum, per *cap. præterea, il 2. de ſpon.* ex quibus omnibus ego colligo has concluſiones, primam, ſi dum parochus facit denuntiationes in Eccleſia, inſurget fama quòd inter contrahentes eſt tale impedimentum talis gradus, quod tunc opus eſt diſpenſatione, iſta patet ex dictis. Secunda concluſio, ſi unus teſtis, & teſtificaretur his cum circumſtantiis. Prima, cum juramento, quòd non odio, amore, timore, vel commodo in cauſa iſta teſtificetur. Secunda, aſſignando gradus ab utroque latere. Tertia, quod audierit à ſuis majoribus. Quarta, ſe vidiſſe perſonas ſaltem in poſtremo gradu, quod tunc cauſaret impedimentum, iſta patet ex *d. c. licèt.* & ex Cov. *loc. cit.* Tertia concluſio, quando exiſteret unus teſtis, & deponeret ex auditu, & nihil aſſereret de viſu, licèt aſſignet arborem ex utroque latere, ſi nulla alia fama vel indicia accederent, non impediretur matrimonium, *c. tua nos, de conſan. & affin.* Quarta concluſio, ſi inſurgeret fama de impedimento, tamen nullus aſſignaretur gradus, quod tunc nec cauſaret impedimentum. Ratio eſt, quia fama interdum oritur ex incerto auctore, & eſſet, ac ſi multi deponerent de auditu, & nullum aſſignarent gradum, & ita eſt intelligenda prima concluſio. Quinta concluſio, cum hic non poſſit undequaque dari certa regula, relinquitur arbitrio Judicis, Covar. *loc. cit. nu. 22.* facit *c. ſuper eo, de conſang. & affin.* & ibi gl. *in ver. famam*, Navar. *in c. Sacerdotes, de pœn. d. 6. nu 27.* glo. *in c. nuper, de teſt.* Sexta concluſio, ubi adeſſet dubium, tunc Judex habebit materiam inquirendi, an id probari poſſit, nec ne, quod etiam innuit Abb. *in d. ca. cum inhibitio, nu. 1.* dicens, *Si autem aliquid rationabile objectum fuerit contra matrimonium contrahendum, contractus interdicatur expreſsè donec impedimentum probetur*, nec obſtat *c. ſuper eo, de teſt.* quia ibi mater erat bene informata, & probabat forè, prout *in d. c. licèt.* Secundò, reſpondetur cum gl. *in d. c. nuper, in fine.* quod ſufficeret, quoad præſumptionem, ſed non quoad plenam probationem, vide Innoc. *in cap. inquiſitionis, nu. 5. de accuſat.* vide Bal. *in Marg.* Innoc. *in ver. mater.* ubi pulchra dicit de hac materia, vide Vinc. de Anna *ſingul. 102.* Alex. *conſ. 82. col. 1. vol. 5.* Gram. *deciſ. 48. num. 13.* Nav. *in c. penult. num. 27. de pœnit. d. 6.* dicit unicum teſtem in hac materia facere plenam probationem; & Caputaq. *deciſ. 208.* ubi habes, quod confeſſio

conjugum unà cum fama, probat impedimentum, & quoad dissolutionem matrimonii non sufficit publica vox & fama, & testes qui inducuntur in causa matrimonii, debent esse omni exceptione majores, sicut in criminalibus, *cap. 1. de consang. & affinit. & ibi gloss. in ver. idoneus*, Caputaq. *decis. 276. p. 3.* Facit quod Cap. Tolos. *q. 171.* & ibi Addit. ubi ait in materia matrimonii uni testi dari juramentum suppletorium, & *in q. 172.* dicit matrimonium probari per unicum testem & famam, si non fiat alteri matrimonio præjudicium, & ibi Addit. & Nav. *cons. 2. de consang. & affinit*, dicit non impediri matrimonium contrahendum unico teste asserenti se ab alio audivisse, eos esse cognatos, idem, si secundus testis deponat, se nolle jurare, secus si plures deponerent, se à pluribus audivisse, vel unus tantum deponeret cum juramento.

Undecimò, ex sponsalibus antiquis oriebatur impedimentum justitiæ publicæ, honestatis, usque ad quartum gradum, *c. ad audientiam, c. sponsam, de sponsal.* Sylvest. *in ver. matrimonium, 8. §. 14.* Navar. *c. 22. n. 57.* tamen hodie non excedit primum gradum; Conc. Trid. *sess. 24. cap. 3. de refor. matrim.* Navar. *loc. cit.* & hoc quando ista sponsalia sunt valida, sec⁹ verò si nulla, quæ quando sint valida, vel invalida, vide *infrà in ver. sponsalia, nu. 3.*

Duodecimò, ex matrimonio rato, i. solùm contracto per verba de præsenti, oritur impedimentum usque ad quartum gradum, D. Tho. *in addit. 3. p. q. 55. art. 4.* Sylv. *loc. cit.* Sot. *4 sent. d. 41. q. unic. ar. 2. concl. 2.* Angel. *in ver. matrimonii impedimentum 14.* & ratio est, quoniam à sac. Conc. solùm arctatur istud impedimentum in sponsalibus & non in matrimonio rata, & à jure antiquo non est recedendum, nisi quatenus exprimatur in novo, *l. præcipimus, C. de appellat.*

Decimotertiò, ex coitu fornicario contrahebatur affinitas usque ad quartum gradum, D. Tho. *loc. cit.* sed hodie per sac. Con. Trid. *loc. cit. cap. 4. de refor.* non excedit secundum gradum; adest Bulla Pii V. incipiens, *Ad Rom. Pontificem*, sub datum Romæ 1566. quarto Kalendas Decembris.

Decimoquartò, quia superiùs metionem fecimus de testibus circa probandum graduum impedimentum in causa matrimoniali, non erit inutile scire, an testes possint esse consanguinei, vel affines ipsorum contrahentium, & hoc poterit deservire etiam pro examinatione dispensationum matrimoniorum & clericorum ordinandorum ad sacros ordines circa ætatem & alia requisita, prout dixi *in ver. dimissoriæ, §. 2. & in ver. ordo, §. 2.* & relictis disputationibus, videtur quod sic, per *c. super eo, il 2. de testib.* vide Aret. *ibidem, col. 5. cons. 13. col. 24. & seq.* & Felin. *ibi. col. 14.* facit *l. de ætate, ff. de minor.* Rebuff. *in pract. benef. & for. lit. cons. versic. 9.* & hoc clarè tenet Innoc. *in d. capitulo, super eo, de test.* imò quod etiam pater possit testificari, Vinc. Franch. *decis. 119. numero 10.* & hoc clarè tenet Innoc. *in capitulo super eo, de test.* imò quod pater, & consanguinei, & Bald. *in Marg.* Innoc. *in ver. mater*, & Caputaq. *decisio.*

decisio.31.4.p.1. vide *superius, in ver. ætas,* licet *S*peculator dicat, patruum non posse testificari super consanguinitate nepotis, Caputaq. *decisio.269.* idem Navar. *consi.8. de temp.ord.*

Decimoquintò, in multis locis adest abusus, quòd matrimonium consummetur antequam factæ sint publicæ denunciationes in Ecclesia, seu post, & antequam contractum sit per verba de præsenti, juxta formam sac. Concilii. Ideo animadvertere poterunt locorum Ordinarii tollere hunc abusum omninò, & qui commiserint, seu in posterum committent tale, puniri debent pœna stupti, ita censuit sac. Congreg. *declar.58.* & aliâ, quæ est 27. censuit, quod possint puniri pœna arbitraria, & alia *quæ est 75,* idem censuit, ideò ita debere practicari, ut factis sponsalibus, quamprimum unico contextu faciant contrahi per verba de præsenti, & accedat sacerdotalis benedictio, Hostiens. *in Sum. tit. de offi. ordin.* §. *sunt autem quædam cum suis allegatis.*

Decimosextò, licet verum sit, causas matrimoniales spectare ad judicem ecclesiasticum, prout Conc. Triden. *sess. eadem, Can. ultimo,* & hoc patet. Primò, quando tractatur de divortio ex aliqua causa, Covar. *de sponsal. 2. parte, capitulo septimo,* §.6. *numero* 8. Secundò, quia judex ecclesiasticus potest esse judex competens ad cognoscendum de adult. Foller. *in fragm.* 198. Tertiò, de dote, quando est connexa cum matrimonio, Gloss. *in capitulo, si annum, in ver. dependentibus, de jud. libro 6.* & ibi Gomes. *num.20.* & gloss. *in reg. juris, eo. libro. capitulo 1.2. & 3. de donat. inter vir. & uxor.* Sylvest. *in ver. dos,* §. 14. *ver.7.* Innoc. *in cap.1. numer. 3. ut lite non contest.* Quartò, quando vir nollet exhibere uxori affectum maritalem, Abb. *in cap. clarissimus, numero 3. de convers. conjug.* tamen judex sæcularis potest compellere partes ad servanda matrimonia, quando de matrimonio, & de sponsalibus non dubitatur, gloss. & Abb. *in cap. non est.* Vinc. de Franch. *decisio 36.* similiter potest compellere ex officio patrem ad maritandum filiam, si est nubilis, Boer. *decisio.13. num.4. & 5.*

Decimoseptimò, an Episcopus posset dispensare, ut temporibus prohibitis ad celebrandas nuptias, sponsus traducat domum sponsam, & contrahat per verba de præsenti cum benedictione annuli, etiam cum consummatione, sine copula, vide Navar. *capitulo 22. numer.71 in fin.* Cajetan. *in Sum in ver. matrimonium,* §. *septimum caput*, & est communis opinio omnium modernorum quod sic. Ratio est, quia tam *cap. Capellanus, de feriis,* quàm sac. Con. Trid. prohibuit solemnem sacerdotalem benedictionem, quæ fit in Missa, & in traductuctione solenni sponsæ in domum sponsi.

Decimooctavò, filii nati pendente judicio, super separatione matrimonii, an dicantur legitimi, vide Vinc. de Franch. *dec.130.*

Decimononò, Episcopus potest procedere per viam inquisitionis contra utentes matrimonio clandestino, Navar. *consi.7. de offi. ordin.*

Vigesimò, si aliquis priùs contaxe-

rit sponsalia cum alíqua, & postea matrimonium cum altera, parochus non deberet adesse celebrationi secundi matrimonij, nisi prius declaretur per Episcopum, prima sponsalia esse dissoluta, Navar. *consi.8. de sponsal.*

Vigesimoprimò, si matrimonium contrahatur coram parocho, & testibus, non adhibitis aliis solennitatibus, nempè tribus denuntiationibus & licentia Episcopi, tenet matrimonium, sed tam parochus ipse, quam testes possunt castigari. Navar. *consi.3. de secund. nupt.*

MARITUS.

PRimò, Maritus, qui ante matrimonium promiserat facere renunciare uxorem, non tenetur, posteaquam eam duxerit in domum suam, Boer. *decisio. 3. nu.16.* secus si hoc juraverat adimplere, quia obstaret exceptio juramenti, *capitulo 3. de pact. & capitulo secundo, de jurejuron.* & Dyn. *in cap. non est obligatorium de reg. jur. libro 6.* Quid si pactum fuerit juramento vallatum, vel quid si filia jurasset patri de non petendo hæreditatem, sed esse contentam dote, an teneatur servare dictum pactum, & quid de hæredibus ipsius filiæ jurantis, an teneatur stare dicto pacto, & juramento, ex vi pacti, an ex vi juramenti. Vide text. Glossam & Gemin. *in capit. quamvis. de pact. lib.6.*

Secundò, si nullam habuerit dotem maritus, an, & quando teneatur alere uxorem durante litigio, vel extra domum, si inde aufugerit causa sævitiæ viri: & aliqua quamplurima de hac materia, vide Guid. Pap. *q.439.* & Innoc. *in c. per vestras. de donat. inter vir. & ux.* & ubi etiam tenet, quod nulla habita dote, maritus teneatur alere uxorem, Bal. *in Marg.* Innoc. *in ver. maritus, q.1.* Navar. *in consi.50. nu.3.* videtur dicere, quod maritus cui fuit promissa dos, & non soluta, non tenetur ducere uxorem, donec ei illa solvatur, imò & acceptatam potest expellere, per *c. per vestras, de donat. inter vir. & uxor.* & ibi Panor. *num.4.*

Tertiò, an & quando uxor teneatur sequi virum, vide Sylvest. *in ver. uxor.* & quando possit eam verberare, vide *ibidem*, & Navar. *capitulo decimoquarto. nu. decimonono, notab.2. & 3.* quando maritus præsumatur mortuus, uxore volente transire ad secunda vota, vide *c. in præsentia. & ibi.* Scribentes, *de sponsal. c. cum per bellicam. 34. quæst.1.* Tabien. *in ver. impedimentum, 10.* Navar. *c.22. n.55.* Iser. *in usib. feud. in capitulo quo tempore miles. numer.6.*

METROPOLITANA ECCLESIA.

ECclesia Metropolitana non dicitur Cathedralis, vel Matrix, respectu totius provinciæ, sed solùm respectu suæ diœcesis, cujus respectu singulæ dicuntur Cathedrales, Abb. *in Clem. 1. n.8. de sent. excom.*

MISSA.

SUMMARIUM.

1 *Ubi, quando, & de quo Sancto debeat celebrari.*

2 Que

2 *Quæ vitanda in Missa.*
3 *Missarum numerus quomodo sit restringendus.*
4 *Una missa pro multis an sufficiat, ac si pro singulis & quæ pitantia, & eleemosyna sit pro ea taxanda, vel recipienda.*
5 *Quæ pœna celebrantis extra loca determinata à sacris Canonibus & sac. Conc. Trid. & de aliis defectibus.*
6 *Ubi sit audienda Missa.*
7 *An pluries liceat celebrari eadem die.*
8 *Quæ pœna celebrantis non jejuni.*
9 *An possit celebrari quotidie, vel ad id teneatur, vel obligetur.*

AD primum. Prima conclusio: Missa non potest celebrari nisi in Ecclesia consecrata ab Episcopo, *capitulo* 1. *& sicut, de consecrat. distinct.* 2. vel in Ecclesia ædificata de consensu Episcopi, licet non consecrata, *cap. nemo, ibidem*, qui consensus sufficit quod sit tacitus, & non expressus, Selva *tract. de benef. 1. parte, quæst. 6. numero ultim.* modò adsit altare portatile, nec alibi, etiam cum eodem altari portatili, sine licentia summi Pontif. Anchar. *in capitulo quoniam, numero 2. de privileg. lib. 6.* ubi dicit hanc non posse dare Episcopum, Concil. Trident. *sess. 22. capite quanta cura*, Navar. *capit. 2. numero* 82. Gom. *tract. de brevi*, ubi dicit Sum. Pontif. hoc non facilè concedere nisi magnis personis, & qui celebrat in loco interdicto, ultra irregularitatem, quam incurrit, *cap. is qui*, §. *is verò, de sent. excommunic. libro* 6. Navar. *loc. cit. numer.* 83. *capitulo ult. de excess. prælat.* & gloss. *in cap. postulasti, in* §. *quæsivistis, in ver. celebrare*, potest etiam privari beneficiis, *d.* §. *is vero.* Secunda conclusio: in Ecclesia sive Capella diruta, antiqua, etiam discooperta sub dio, modò sit clausa, & cum altari portatili, & non adsit periculum aliquod, eò vel maximè, quando illuc accederet aliqua processio, vel festo suo die magnus populorum concursus, Navar. *loco citato.* Tertia conclusio, Debet celebrari in illo altari, ubi celebrari petitur, alias non satisfit intentioni petentis, Navar. *loco citato, numero* 134. & horis Canon. *capitulo* 5. *numero* 3. & Tabien. *in ver. Missa numero* 53. Quarta conclusio, licèt de jure antiquo Episcopus potuerit dare licentiam celebrandi extra Ecclesiam cum suis requisitis, per *capitulum, concedimus, de consecrat. dist. prima, & d. capitulo quoniam, &* ibi Anchar. & Navar. *loco citato*, hodie tamen secus per Conc. Trid. *loco citato*, nisi sit Oratorium ad divinum cultum tantùm dedicatum, ab ipsis Ordinariis designandum, & visitandum. Quinta conclusio; potest Episcopus, & debet dare licentiam alicui dominæ Marchionissæ, vel cuicunque nobili, ut possit facere Missam celebrare in Oratorio propter ætatis, & valetudinis incommoda, vel in aula sui Palatii, in loco honesto, & opportuno, ad usum sacræ Missæ extruendo, quod occlusum & obseptum sit ut decet, ita sac. Congreg. *declar.* 130. *& alia quæ est* 88. stante aliquâ necessitate, modò sit in Oratorio, aut Altari, tantum ad divinum cultum dedicato, & *alia quæ est* 92. dicit, quod dicta licentia, tam in Oratorio, quàm in Ecclesia, & de novo ædificata debet dari cum clausula, sine præjudicio Ecclesiæ

parochialis ; & præjudicium intelligitur circa Sacramentorum administrationem, & alia, quæ ad jus parochiale attinent, in aliis verò non: ita sac. Congreg. *declar.* 98. & ista conclusio, sive licentia non expirat morte concedentis. Navar. *in capitulo placuit, numero* 164. *de pœnit. distinct.* 6. Rota *in antiquis, Decis.* 180. *de rescript.* & 182. *vel* 87. *eodem*, & sac. Congreg. *declarat.* 169. *in meis* censuit, quòd licentia celebrandi Missam in Oratorio alicujus laici, non debet revocari sine causa. Sexta conclusio, qui est obligatus dicere Missam in aliquo certo loco, non satisfacit alibi eas celebrando, Navar. *de hor. Canon. capitulo* 5. *numero* 12. & an anima habeat majorem valorem Missæ, si celebretur, ubi sepultum est corpus ejus, quàm alibi, vide Innocen. *in cap. fraternitatem, de sepult.* ubi videtur dicere quòd sic, & ibi Abb. *numer.* 4. & ita audivi sensisse Gregor. XIII. sum. Pontif. Nav. *cons.* 8 *nu.* 10. *de testam.*

Ad secundum. Prima conclusio, excepta nocte Nativitatis Domini, qua unica tantùm Missa potest dici de media nocte, *in cap. nocte sancta, de consecrat. distinctione prima*, reliquæ verò in aurora, usque ad meridiem. Ioan. Andr. *in capitulo primo, de celebrat Miss.* Sot. 4. *Sentent. distinctione* 13. *quæstione* 2. *articu.* 2. *in fine*, Navar. *capitulo* 25. *numero* 85, & circa horam, vidi nonnullos decipi, & à nullo Doctore figillatim poni: ideo dicam particulariter, quòd in mense Ianuarii, Februarii, Novembris & Decembris, usque ad decimam nonam; in mense Martii, & Octobris usque ad 17. in mense Maii, Junii, & Julii, usque ad 16. horam, secundum calculationem Meridiani Italiæ, confectam per Fratrem Cornelium Genuensem Ordinis Servorum anno 1590. licèt ista hora antè, vel post possit ad quantulum alterari, Nevarr. *loc. cit.* & hoc ratione necessitatis communicandi infirmũ morti proximum; D. Anton. 3. *parte. titulo* 13. *capitulo* 6. §. 4. sic etiam in adventu Episcopi, gloss. *in capitulo fi. de privileg. lib.* 6. *in fine*, imò si Missa potest celebrari hora nona, & hora nona tempore hyemis est ferè circa horam decimam sextam, fit, quòd his horis poterit celebrari, & hoc more Romano, sive Italico; secus verò, more Hispanico, & Gallico, ubi computatur horologium à media nocte ad meridiem. Vide Nav. *cap.* 3. *de hor. Canon.* & facultatem celebrandi Missas, vespertino tempore, revocavit Pius V. *Bull. sua* 4. *quæ incipit, Sanctissimus.* Secunda conclusio; debet celebrari eodem die, quo petitur, alioquin suffragium protelaretur in detrimentum animarum, juxta ea, quæ dicit Selva *loc. cit* 1. *part. quæst.* 5. *num.* 93. Ang. *in ver. exequutor*, §. 24. Sylvest. *in ver. testamentum.* 2. Arm. *in ver. exequutor*, §. 6. Sot. 45. *d.* 45. *quæst.* 2. *art.* 3. ubi habetur de magno executoris peccato, legata pia exequi retardantis. Tertia conclusio, si contigerit anniversarium die Dominico, vel alia celebri solennitate, non debet mutari in sequentem diem, ut fit in festo omnium Sanctorum, sed fiat die præcedenti, ut citiùs occurratur pœnis defunctorum, quas in purgatorio sustinent, Selva *loc. cit.*

Ad

Ad tertium. Prima conclusio. Missa regulariter semper debet convenire cum officio, patet *doctr. vulgatis*, *& in Rubr. Missalis novæ impressionis, seu reformationis*, Ang. *in ver. Missa, n. 33.* Secunda conclusio: Debet celebrari de illo sancto, de quo petitur celebranda, ut de defunctis, & de vivis petitur; Viguerius *in instit. Theolog de Sacram. Eucha. c. 16. §. 3. ver. 18. littera A. in fine*, Tabien. *loco cit.* & Angel. *numero 34.* Tertia conclusio, Si fundatur aliqua Capella, ut in ea quotidie celebretur Missa de Domina nostra, an hoc onus possit admitti? affirmativè respondetur per *c. significatum, de præb. & ibi.* Abb. *numer. 4.* sed non teneretur Capellanus ibi quotidie celebrare, Armil. *in ver. Missa, numer. 97.* Navar. *c. 25. num. 13.* Silva *loc. cit. q. 6. num. 13.* benè verum est, quod deberet Episcopus mutare hoc onus ut celebretur secundùm ordinem Rubricæ Missalis: dedecet enim die Nativitatis Domini, vel die Palmarum, vel die resurrectionis celebrare de Domina nostra, *c. quidam. & c. cùm creatura, de celebra. Miss. & ibid.* Abb. *ubi suprà, num. tertio, & in cap. consuluisti, num. 1. de celebrat. Miss.* Roman. *consilio 339.* Armil. *ubi supr. num. 32.* & sic habes in Sum. quia Missa debet celebrari eodem loco, tempore, & Sancto, prout petitur, aliàs non satisfieret intentioni petentis, exceptâ sextâ ferâ Majoris hebdomadæ, & in Sabbato Sancto, *d. cons. d. 1.*

Ad Secundum principale. Sit prima conclusio, non potest hodie celebrari certus Missarum numerus, nec cum certo candelarum, vel Evangeliorum numero, Concil. Trident. *loc. cit. §. quorundam*, nec cum magna orationum multitudine, ultra septem. Sot. 4. *Sent. dist. 13. q. 2. ar. 4. col. 8.* nec pro vindicta, *Can. dictum, 1. q. 1.* Abb. *in d. c. quidam, de celebrat Miss.* hinc fit, non posse celebrari Missas, quæ vulgò de gratia dicuntur, cùm sint superstitiosè inventæ, nec conveniant universali ritui Ecclesiæ: non enim videtur satis convenire, ut extra suos dies celebretur Missa Resurrectionis; Nativitatis, seu Passionis Domini, hinc etiam fit, Missas 31. & 41. non prohiberi, nec septimum, & tertium pro defunctis, quia reperiuntur fundatæ auctoritatibus sacræ Scripturæ, non oriuntur ex superstitioso cultu, *Genes. 23.* Abraham fecit exequias Saræ uxori suæ multis diebus, *Genes. cap. 50.* Filii Israel septuaginta diebus planxerunt mortem Jacob, & similiter fecit Ægyptus, & *Deuter. cap. 3.* Hebræi planxerunt mortem Moysis triginta dies, *capit. quia alii, 13. quæst. 2.* Ambros. pro Theodosio *in epist. consolatoria ad Faustinum*, Tertullian. *libro de Corona militis*, Chrysost. *hom. 41.* Augustin. *lib. de cura pro mort.* vide Francis. Sonnium. *tract. de doct. Christ. in expositione Symboli Apostolorum*, & sic patet quod nec Missæ quæ vulgò dicuntur divi Gregor. prohibentur, & hujus sententiæ fuit Magister meus in publica lectura. Bene verum est, quod non deberent dici tot pro illis Sanctis, & tot pro alijs, sed juxta seriem rubricarum, vide Covar. *in c. ultim. numero primo, de testam. cap. quia alii, 13. quæst. 2. Eccles. cap. 52.* Secunda conclusio. Lumina non possunt esse ex sævo, vel oleo, quia esset contra ritum

universalem Ecclesiæ, gloss. *in cap. fi. de celebrat. Miss.* & est ad figuram ignis, qui ardebat in altari Dei optimi max. *Levit. cap. 6.* Astens. *lib. 4. tit. 14 art. 1. quæst. 4.* idem celebrare sine igne, Panorm. *in c. sanè, & in c. literas, numero 1. de celebrat. Miss.* Tertia conclusio: locorum Ordinarii non debent admittere aliquem ad celebrandum in sua Diœcesi, qui est vagus, vel ignotus, Conc. Trident. *loc. cit. §. neminem c. tuæ de cler. pereg.* licèt posset dispensare, ut celebret, si alias sibi constet, illum fuisse ritè ordinatum, *c. fi. eod. tit.* Sylvest. *4. p. quæstione septima, numero 17. versi. 96.* Quarta conclusio: pro Missis novis nihil detur, nec permittatur quæri importunas atque illiberales eleemosynas quæ potiùs exactiones, quàm postulationes dici possunt, *c. ad Apostolicam, de simon.* Conc. Trident. *loc. cit. §: atque ut multa.*

Ad Tertium principale: sanctissimè (more suo) sac. Concil. Trid. *sess. 25. cap. 4. de reform.* statuit taliter, & sit prima conclusio: Si missarum celebrandarum numerus, ex variis relictis defunctorum, sit tam magnus, ut pro illis singulis diebus à testatoribus præscriptis nequeat satisfieri, vel eleemosyna hujusmodi pro illis celebrandis sit adeò tenuis, ut non facilè inveniatur, qui velit huic se muneri subiicere Episcopi in diœcesana Synodo, & Abbates, & Generales ordinum, in suis Capitulis generalibus, pro sua conscientia, re diligenter perspecta, statuant, quicquid ad Dei honorem, & Ecclesiarum utilitatem magis viderint expedire, ita ut semper commemoratio fiat illorum, qui legata ad pios usus reliquerunt; quibus verbis datur facultas Episcopis, ut vel augeant eleemosynas, vel Missarum numerum diminuant, quod etiam habetur in Concil. Provinc. Neap. *c. 24. de celebrat. Miss.* Secunda conclusio. Ad quam taxam possunt reduci Missæ, tam diebus ferialibus, quàm festivis, non potest dari certa regula, benè verum est, quòd in Conc. Provinc. Surrentino, ubi præsidebat Archiepiscopus satis doctus, & pius cum tribus Suffraganeis, & multis Abbatibus, cui & ipse interfui, fuit conclusum, ut pro Missa diei festi solverentur duodecim Ducati Aurei, & diei ferialis sex singulis annis, vide Sot. *4. senten. distinct. 1. quæstio. 2. articulo 1.* & Flor. Theol. *eod. lib. tract. de valore Missæ, articulo 2. concluf. 2.* isti dicunt, quod pro unaquaque Missa potest taxari valor unius argentei; sive Carleni, sive Julii, sive Reali, Sot. *libro 9. quæst. 3. articulo 1.* Tertia conclusio: quando in Ecclesia esset magnus Missarum numerus, & presbyteri, seu sacerdotes illius non sufficerent pro illis celebrandis, sunt aliunde adjutores vocandi, Sot. *loco citato, colum. 2.* Navar. *cap. 25. numer. 134. notab. 22.* Quarta conclusio. Si Missarum numerus est continuus, vel onus perpetuum, & non potest huic oneri particulariter satisfieri, ob carentiam Sacerdotum, tunc practicari potest doctrina sac. Concilii *ut supr.* si verò veniret indies hæc Missarum multitudo, tunc aliunde vocandi sunt auxiliatores: sed si non adest copia celebrantium, quia est oppidum, vel terra, in qua sunt pauci Sacerdotes, sacr. Congreg. *declar. 4.* ita censuit, Episcopus ob multitudinem populi

pulsi potest compellere rectorem ad sibi adjungendum alios Sacerdotes pro Missis, atque aliis divinis Officiis celebrandis cum moderamine multitudinis Missarum. Si verò esset impossibile adjungendi alios Sacerdotes, tunc recurrendum est ad remedium, cujus meminit Illustrissimus Carolus Boromæus Archiepiscopus Mediolanensis in actibus ejusdem Ecclesiæ, ubi instituit ut in qualibet Sacristia constituatur una cassa, sive arca cum duabus clavibus, & ibi reponantur eleemosynæ, quæ veniunt in dies, & omnes celebrantes faciant collectas in Missis pro illis, quorum intuitu dantur, & qualibet secunda feria officium defunctorum, & Missa cantata pro eisdem generaliter celebretur, & quod singulis mensibus arca illa aperiatur, & eleemosynæ inter servientes dividantur, & sic etiam constituit Reverendissimus Archiepiscopus Surrentinus in suo Archiepiscopatu, & hoc comprobatur auctoritate & rationibus Doctorum, qui asserunt, quod id quod non potest fieri per Missarum celebrationem, saltem fiat per orationes, & divina officia, Tabien. *loco citato*, Angel. & Armil. & alii citati. Quinta conclusio, an quis possit Missas, quas tenetur celebrare, per alium facere illas celebrati, vel possit aliquid sibi retinere pro vestimentis, quæ accommodat celebrantibus, vide Navar. *cap.* 35. *nume.* 91. *nota b.* 24. Sot. *lib.* 9. *de just. & jure. loco citat.* Viguer. *loco cit. de sacram. Euchar. cap.* 16. §. 8. *littera A, in fin.* D. Anton. 2 *p. tit.* 2. *c.* 4. §. 5. & non satis tutus manet in conscientia ille, qui tenetur aliquid per se facere, si facit id per alium, per ea quæ dicit Navar. *cap.* 17. *num.* 44. D. Ant. *loc. cit.* Abb. *cons.* 99. *n.* 3. *in* 2. *vol.* & regula, qui per alium, &c. est fictio juris, nam Episcopus residens per Vicarium, in sua Diœcesi non dicitur verè residere. Ex his patet sexta conclusio, quod Missa debet celebrari eodem die, eodem loco, & de quo petitur, & per eandem personam, nisi excuset probabilis consuetudo, vel impedimentum, & hac diminuendi Missarum numerum facultate Prælati debent parcè uti, & cum moderamine, de quo Navar. *cons.* 9. *nume.* 10. *de celebr. Miss.* & nos hic tetigimus, ut videlicet per alia opera bona suppleatur ante Missam, in Missa, & post Missam.

Ad Quartum, relictis disputationibus sit prima conclusio: Missa celebrata pro multis, non prodest singulis, ac si pro singulis celebrata fuisset, ista est communis apud Doctores cit. Nav. *cap.* 25. *num.* 9. *nota.* 25. Scotus *quodlib.* & Abb. *in d. ca. fraternitatem, num.* 4. Roman. *cons.* 339. gl. *in cap. tempus in ver. baptizantis*, 13. *q.* 2. *& ibi* Archid. Scotus *Quodl.* 2. *ar.* 14. Secunda conclusio, non potest Sacerdos accipere, nisi unam eleemosynam, sive pitantiam, pro celebranda una Missa, licèt sit exigua eleemosyna, seu pitantia: dat rationem, quia paupertas non excusat, & clericus pauper potest facere aliquod aliud artificiolum, *ca. clericus victum*, 91. *d.* & ista prima opinio est, Nav. *loc. cit.* & Diaz. *Pract. crim. Cano. ca.* 50. Secunda opinio est Sot. 4. *Sent. d.* 13. *q.* 2. *ar.* 1. *& li.* 9. *de just. & jure, loc. cit.* & Flor. Theol. *in* 4. *sent. tract. de valore Missæ, ar.* 2. *con* 2. dicunt quod

posset accipere duas pitantias, sive eleemosynas quando essent insufficientes, ut quia unus dat dimidiam partem unius argentei, sive Carleni, & alter dat aliam dimidiam.

Tertia opinio est Melchioris Cani, *li.12.ca.14.f.885.*ubi dicit, quod omnis opinio in hoc necesse est consentiat, sacerdotem, sive pro paucis, sive pro multis celebraret, cibum vitæ necessarium expetere suo jure posse, ego censerem cum 1.opinione, cujus etiam fuit Magister meus, quamvis non omitterem duas alias opiniones, & maximè, quando Sacerdos protestaretur, dicens eleemosynam illam non sufficere, & quòd orabat Deum pro illa persona, quæ dat eleemosynam, & sic hodie videmus communiter dari Carlenum unum pro qualibet Missa, & hoc primò intelligi debet de sacerdote, qui non haberet aliunde victum: nam si haberet beneficium sufficiens, non excusaretur, propter hoc in Monasteriis pinguibus tertiò servanda est locorũ consuetudo approbata.

Tertia conclusio: Taxanda eleemosyna pro Missis celebrandis, patet ex dictis *superiùs*, §.3.*concl.*2.& sac. Congreg. *declar.*235.censuit in hæc verba: *pro mercede Capellani sufficiunt* 50.*aurei*, & Nav. *cons.*8.*de celeb. Miss.* dicit non satisfacere pluribus celebrando unam Missam, etiam de licentia superioris, etiamsi pro una Missa, & pro alio collecta diceretur, nisi eleemosynæ essent adeò tenues, &c.

Ad Quintum, si extra locum sacrum, si non jejunii si in die sæpius, si sine aqua, igne, vel in pane fermentato, vel in calice ligneo, vitreo, lapideo, vel stanneo, contra alicujus diœcesis ordinationes, si in altari non consecrato, vel fracto, sine vestibus sacris, si cum aliqua superstitione, si evomuerit ob ebrietatem, si ob negligentiam sanguis, vel corpus Christi in terram ceciderit, si aliqua sortilegia in ipsa commiscuerit, & alia. Diaz. *in pract. crim. Canon. à cap.* 29.*usque ad* 39. Nav. *ca.*25, *nu.*81. *nota.*16. *& infrà*, Paul. Grill. 2. *ca.*11.14.*&* 15.

Ad Sextum. Prima conclusio, quisque tenetur audire missam diebus saltem Dominicis, & majoribus festis in parochia sua, Concil. Trident. *sess.* 22. *capitul. quanta cura*, §. *moveant*, Navar. *capit.*21, *num.*5.*&* 6. Secunda declar. sac. Congreg. 6. dicit non posse Episcopum cogere populum multis pœnis, etiam causa notabilis negligentiæ, aut contumaciæ ire ad audiendam missam in parochiam suam, & idem *decla.*112. ubi asserit, esse admonendos, & non cogendos populos, ut frequent parochias suas circa audiendam Missam.

Ad Septimum, vide Navar. *cap.* 25. *num.* 87, *notab.*20. & alios Doctor. qui asserunt posse Sacerdotem pluries eadẽ die celebrare, cùm adsit causa, & cũ suis requisitis; tamẽ hoc erat de jure antiquo, quando erat penuria Sacerdotum, sed hodie non liceret plus quàm semel celebrare, Soto 4. *Sent. distinct.*13. *qu.*2. *art.* 2. *col.*5. & ita censuit Magister meus in publica lectura, & qui secus faceret; posset puniri, Diaz *loc. cit. c.*30. & audivi quendam ob hoc condemnatum fuisse ad remigandum, & Nav. *in cons.*3. *de celebr. Miss.* dicit licere, ubi est magna Sacerdotum penuria.

Ad

Ad octavum, Diaz. *loc. cit. cap.* 29. dicit esse arbitrariam pœnam, attentâ personæ & excessus qualitate, tamen Boer. *decis.* 4. *nu.* 2. dicit esse pœnam depositionis, per *cap. si constituerit, de accusat.*

Ad Nonum respondetur negativè, Boer. *in tract. de auctor. magni Cons. p. Franc. nu.* 53. Nec obstat *cap. significatum, de præbend.* quia ibi loquitur de eadem Missa celebranda quotidie, & non de persona celebrante singulis diebus, per *ca. quotidi, de consecr.* bene verum est, quòd semel in hebdonada potest quiescere, juxta communem consuetudinem, & per ea, quæ *superius* diximus. §. 1. *ver. ad tertium. cons.* 3. Nav. *cons.* 6. *de præb. & cons.* 9. *nu.* 8. *de celebr. Miss.*

MIRACULUM.

SUMMARIUM.

1 *Quid sit miraculum.*
2 *Quæ requirantur ad verum miraculum*
3 *Quando debeat, vel possit publicari.*
4 *Quare fiant miracula.*
5 *Quid de prædicantibus falsa miracula.*
6 *Quomodo probentur.*
7 *Quando differant inter prodigium, & virtutem.*
8 *Quomodo differant inter gratias.*

AD Primum, vide D. Tho. 1. *qu.* 105. *art.* 7. & Lexicon Theologicum *in ver. miraculum*, & Panor. *in c. cum Martha, nu.* 7. *de celebrat. Missar.*

Ad Secundum, requiritur primum ut si aliquod arduum, & difficile, ut saturatio quinque mille hominum, cum quinque panibus, & duobus piscibus. *Ioan. cap.* 6. ubi ait, *Vnde ememus panes ut manducent hi?* & Marci 8. *Quis potest hos saturare in solitudine?* ubi arduum, & difficile demonstratur. Secundum, ut insolitum, ut sistere Solem, & Lunam, *Iosue* 10. *&* 4. *Reg. cap.* 20. *& Isa. capit.* 38. ubi est magna difficultas, an constiterint omnes cæli, vide pro hac materia Sot. 4. *sen. d.* 48. *qu.* 2. *art.* 2. Tertium, ut præter consuetudinem, ordinem, & vires naturæ, *Ioan. capit.* 9. de cæco nato, ubi facit lutum, quod non solùm non est illuminativum, sed obcæcativum. Quartum, ut ratò, D. Aug. *tra.* 24. *in Ioan.* ubi ait, quotidiana viluerunt; gl. *in c. legitimus, in ver paucitate*, 93. *d.* Quintum, ut fiat ad bonum finem, D. Aug. *lib. de util. creden. ad Honoratum cap.* 16. D. Tho. *loc. cit. art.* 7. *ad secundum, & 2. 2. ar.* 1. *&* 2. vide Addit. Ant. Franc. in Pan. *in d. ca. cum Martha, nu.* 7. *lit. B.* patet in languido *Ioa. cap.* 5. Vade, & ampliùs noli peccare, & de paralytico sive hydropico, *Luc. ca.* 13. Remittuntur tibi peccata tua. Sextum, quòd fiat statim, illicò, protinus, repente: nam si fieret successivè, non diceretur miraculum. D. Th. *loc. cit. art* 8. Beda, & Hier. *super Luc. c.* 4. de socru Simon. imperavit febri, & statim, & ita de Lazaro statim, ita de filio viduæ statim, & alia quam plurima. Nec obstat illud *Mar. ca.* 8. de cæco illuminato paulatim, & successivè, quia etiam parvula temporis mora fuit sanatus.

Ad Tertium, non potest miraculum publicari, teneri, haberi, seu venerari, sine auctoritate & approbatione Romanæ Ecclesiæ, *capit.* 1. *de reliq. & vene-*

rat.

rat.sanct. & requiritur etiam approbatio Ordinarii, Con. Trid. *sess.25.capite. de invoc.& venerat.sanct.in prin.* Ratio potest esse, quia miracula possunt fieri per malos homines,& dæmones, *ca. teneamus*, 1.*qu.*1.gl.*in d.cap.1.in ver. miracula*, D.Tho.*ubi suprà.Mat.cap.7.& cap.* 24. *Hier.ca*,23.*Deut.ca.*13.D.Aug.*lib.*10.*ca.* 16.*de civit.Dei*,*& Hom.9.in Apoca. & tract.*110.*in Ioan.* Alex.de Ales,*2.p.q.*43. *mem.*10.*propè fi.*D.Tho.*super c.*1.2.*Cor. lect.*3,*in cant.aur. super Luc.* 1. referens Athan.*in vita S.Hilar.super Mat.c.*7.& ibi Chrys.*super c.*8. *Luc.* Sanctus Max. *in homil.*1. *Dom. Adventus.*D. Th. *super c.6.ad Eph.*5.*propè fi.*Beda.*in c.*3.*Io.*super illa verba,*Dilexerunt homines magis tenebras,quàm lucem*, Alcuinus *ibidem*, *& ibi gl.interlin.*D.Th.2.2.*q.*161. *art.*3.*&* 1.*par.q.*61.*art.*2.*ad secundum* D. Aug.*lib.* 8.*super Gen.ad literam*, Mall.malef.*quæst* 61.*art.*10.*ad octavum.*Syl.*lib.*1.*c.ult.p.*3. *de strig.*Comp.Theol.*lib.*2.*c.*1. Soto 4. *Sentent.dist.*43.*qu.*2.*ar.*3.D.Th. *in Addit.*3.*p.q.*77.*art.ult.& super c.*15. 1. *Cor. lect.*8.*quib.*in locis habes , an miracula possint fieri à dæmonibus , vel à malis hominibus,velà viris sanctis,etiam nondum canonizatis ab Ecclesia Catholica;& cognoscuntur.Primò, ex fine ; secundò,ex modo; tertiò , ex tempore; quartò,ex locis.D.Hier.*in Matt.*8.super illa verba,*Venisti ante tempus*, &c. glo. ord.*super Luc.*8.&ibi Chrys.&Niceph. *in histor.Eccl.lib...* Innoc.*in c.1. de reliq. & venerat.Sanct.*Viguer.*in Inst.Theolog. tract.de virtute Dei, c.*10. & an hodie sint necessaria,vel utilia miracula , vide Greg.*in hom.Ascens.*Ioan. Gerso. Cancel.Paris.2.*q.*& sic quando succeduntin aliqua diœc. si,sint cauti Reverendissimi Ordinarii,ne miracula promulgent, nisi priùs id per testes legitimos fuerit sufficienter probatum,& processus, sive aliquid hujusmodi mittatur ad summum Rom.Pontif.*gl.cit. & c.venerab.de test.& ibi gl.*Nav.*c.*18.*n.*5.*notab.*5.,& sic ab ipso sum.Pontif. expectetur determinatio, vide Bul.Leo.X. quæ est 15.& incipit, *Supernè.*ubi etiam non possunt publicari,sine Sedis Apost.licentia, & Ordinariorum approbatione.

Ad,quartum,miracula fiunt primò ad confirmationem sanctæ prædicationis, *Marci ult.*& hæc potest facere etiam homo peccator,D.Thom,Secundò, ad propagationem fidei,D.Greg.*in Homil. Ascens.*Tertiò,ad ostendendam sanctitatem alicujus viri,ut de B. Stephano *Actor.*9.dicitur, faciebat prodigia,quia plenus gratia.Quartò,ad ostendendam sanctitatem loci,ut *Gen.*23.*& Exod.*3, Quintò,ad conservationem fidei, & ad fovendam charitatem fidelium, quæ alioquin refrigesceret. *Mat.c.*24. 1. *Cor. cap.*14.*Qui prophetant hominibus, loquuntur ad ædificationem , & exhortationem.*D.Th.1.*Cor.c.*12.*lect.*2.& sic ad augendam plebis Christianæ devotionem. Sextò,ad gloriam Dei,*Actorum cap.* 4. *Io,ca.*9.*Psal.*123.Septimò,ad confirmandam veritatem sacrarum imaginum, prout in septima Synodo generali,quæ est secunda Nicæna, sub Constantino & Iren. Imperatoribus, ubi agitur de imagine Crucifixi,percussa pugione emittenti magnam sanguinis effusionem, ex Athanasio,& ex imaginibus SS. Cosmæ,

mæ,& Damiani,& sic videmus diversis in locis sacris hisce nostris temporibus fieri miracula circa corporum infirmitates,& ista possunt peti à Deo. Flor. Theol. 4.*Sent.tract.de Suffrag.art.2.difficul.2.conclus.2.*D.Th.*in 2.ad Thessal.c. 3.lect.2.circa ult.*

Ad quintum,prædicantes falsa miracula sunt excommunicati Papali excommunicatione, Nav.*capit.vigesimo-septimo,numero* 113,*excom.*30. licèt ipse & Cajet.& Auctor Sum.Concil.Later, *in fi.*§.*ambiguum.*dubitent,hanc censuram,sicut alias factas in dict.Conc.fuisse usu receptas.

Ad sextum,vide Gemin.*capitulo* 1.*numero* 3.*de confes.libro* 7.Bald. *in l.solam, col.fin.Cod.de testib.* Addit. Zachar. in Abb.*in capitulo cùm Marthæ, numero septimò, de celebrat. Miss. in litera B.*& Syn.*de Cath.instit.titulo vigesimo octavo, num.*19.

Ad septimum,vide D.Th.2.*Cor.*c.12. *lect.4.in ver.signa Apostolatus.*

Ad octavum, miracula vera fiunt propter illa quæ dicta sunt *in* 4.§.gratiæ verò possunt fieri magis communiter, & gratia sanitatum commemoratur seorsum, *d. Mo.*226. 178.*articulo* 1.*ad* 4. & sic interdum fiunt quædam mira,seu stupenda in quibusdam Ecclesiis, sive imaginibus sacris,quæ videntur miracula,& revera non sunt talia:sed potiùs gratiæ, vel dona, D.Thom.*loc.c.lect.* 2.& ex his poteris colligere, quòd non sunt vera miracula , quando quis progressu temporis sanaretur,vel quid modicum infirmitatis, nam vera miracula, vel nihil,vel totum operantur,ut de paralyt.*Io.*5.ubi D.Aug. totum hominem sanum fecit in Sabbato.*Deut.* 32. *Dei perfecta sunt opera,*& Gen.c.1.*Vidit cuncta quæ fecerat,*& *erant valde bona,*& insuper quod ea quæ fiunt à malis hominibus, vel dæmonibus prædicantibus falsam doctrinam , non sunt verè miracula,&sic erunt illa,quæ faciet Antichristus,& si quæ sunt,quæ circumferuntur à nostris pseudo prophetis recentioribus hæreticis falsa dogmata prædicantibus.

Hic nota de nonnullis miraculis,sive ignotis prodigiis,signis , & portentis quæ solent apparere in aëre,ut refert Plin.*lib.*2.*cap.*59.*nat.hist.*Ioseph.*de bello Judaico.Machab.lib.*2.c.5.& 11.de aliis similibus phantasmatibus , & spectris, quæ interdum solent apparere noctis tempore,circa sepulchra mortuorum, an fieri possint naturaliter,vel per malignos spiritus;vide Ammon. *in prædicam.* & Suessan.*libro primo,Meteorol.Com.*43. & 84.cætera fusiùs vide in Doctoribus citatis.

MONIALES.

SUMMARIUM.

1 *Monialis, quot annorum debeat esse, quando vult susc ipere habitum monachalem.*
2 *Quot annorum in professione emittenda,*
3 *Ubi,& quoties examinanda,seu exploranda ejus voluntas.*
4 *Clausura,& septa monasterii ad quem pertineant.*
5 *An possint habere proprium moniales.*

6 *Quot recipi possent in quolibet monasterio.*
7 *Quæ vita, circa Sacramenta, & alia.*
8 *Quoad ingressum monasteriorum quomodo liceant.*
9 *Abbatissa quot annorum esse debeat, & quomodo eligi debeat.*
10 *An puellæ possint intromitti, & recipi in monasterium, & quæ conditiones requirantur.*
11 *Quanto tempore ibi permanere possunt.*
12 *An mulieres suspectæ possent ibi conservari.*
13 *An in quolibet monasterio debeat fieri liber monialium.*
14 *An aliqua posset fieri monialis, vel professionem emittere in monasteriis exemptis Regularium, absq; licentia Ordinarii.*
15 *De dote quid constituendum.*
16 *An moniales professæ exire possint à Clausura, & quando.*
17 *Monasterium earum an possit transferri, & quando.*
18 *Quæ dos debeat monialis, quando non relinquitur à patre dos determinata, vel non fuit data sufficienter.*
19 *Ubi monasteria monialium construenda, & quomodo earum necessitatibus providendum.*
20 *Qua ætate, & quo tempore moniales virgines habeant seu benedici, consecrari, & velari.*
21 *An possint variare in electione Abbatissæ publicato scrutinio.*
22 *An sint cogenda ad habitum suscipiendum, vel professionem emittendam, & an impediendæ.*
23 *An possint ingredi monasterium strictius*

AD primum, requiritur ætas duodecim annorum, Concil. Trid. *sess.* 25. *c.* 17. *de Regular.* & priùs debet explorari sua voluntas ab Episcopo, sive ab alio, prout *ibi*, & Pius V. *Bulla sua* disponit, ne occasione hujus explorationis Episcopus, vel ejus Vicarius, possit Monasterium ingredi, sed ante clatra Monasterii id efficiat, & Conc. Mediol. Provinc. 5. *tract. de Monial. fol.* 130. §. *cum dicit*, quòd in Ecclesia monasterii exteriori, vel in alia proxima, præsentib. duabus matronis ætate gravibus, honestisque, debet puella examinari, & illæ duæ matronæ non debent esse consanguine, vel conjunctæ puellæ, ita sac. Congreg. *declar.* 456. & 458. & 271. & hoc idem, antequam dicta puella, jam induta habitu monachali, solenniter profiteatur, agendum est, ut patet *in eadem sess.* & *c.* & ita censuit sac. Congr. *declar.* 167.

Ad secundum, non debet ad professionem admitti puella Monialis, ante decimumsextum annum expletum, nec nisi per annum post susceptum habitum in probatione steterit, *ea. sess. c.* 15. & Conc. VI. Constantinop. *cap.* 40. *ex can.* 18. *Basilii Magni*, ita auctor Sum. Concil. & si aliqua ante dictum tempus professionem emiserit, ejus professio ab Ordinario debet nulla declarari, *declar.* sac. Congr. 355. & 368. dicit elapso tempore novitiatus ad professionem admittendæ sunt, si habiles inveniuntur: sin secus, à Monasterio eiiciantur, & debet eis præfigi terminus ab Ordinario quindecim, aut viginti dierum ad deliberandum, an velit profiteri, quod si nolint, remit-

remittendæ sunt ad domus consanguineorum, vel affinium, & hoc *declarat.* 285. vide Panor. *in c. quia ingredientibus, num. 4. de test. & in c. ut clerici, num. 1. de Regular.*

Hic est primum dubium, quid si uno die ante annum probationis aliqua professa sit, an teneat ista professio. Secundum, quod si probare vellet vi aut metu ingressam esse Religionem, & professionem emisisse, quomodo & quando probare debeat. Tertiò, quid debeat fieri de dote promissa, vel de bonis asportatis ad monasterium ab ipsa puella, si inde exierit, nolens profiteri, & in Religione perseverare. Quartum, an sint cogendæ profiteri, si sunt tacitè professæ.

Ad primum respondetur, quòd requiritur annus integer, & expletus, adeò quòd si defecit una dies, nulla est professio, etiamsi in anno bissextili non adderetur dies una, non valet professio, quæ debet fieri in ultimo instanti anni, quod clarè dicit. d. sac. Concil. *loco cit. ca.* 20. ubi requirit annum expletum, gloss. *in c. si. in vers. per annum, de regular.* Syl. *in ver. religio, 3. n. 19. ver. 3.* faciunt quæ dicam *in ver. professio, dicto 7.*

Ad secundum respondetur, quod si metus, vel vis suspicaretur, vel dubitaretur ante susceptionem habitus vel professionem emissam, vel post utrumque; si primum, Ordinarius ex ea diligentissimè quærere debeat, an Deo religiosè inservire, atque inter Moniales, apud quas est, professionem emittere, an Deo nubere velit, & hoc debet fieri necessariis interrogationibus, & quid-quid respondet, debet describi à publico Notario, præsentibus testibus idoneis, ita censuit sac. Congregatio *declar. 272.* quod si habitum suscipere, & professionem emittere liberè asseruerit, ad utrumque admitti potest, si secus, ad domum consanguineorum, vel affinium remittatur, prout *supra*: si secundum, practicetur capitul. decimum nonum, sess. vigesima quinta, ubi dicitur, quod infra quinquennium tantùm, &c. & vide *in ver. professio*, pro quo etiam facit *declarat.* sac. Congregatio. 410. & ne miretur quis, *si in capit. illo de cimonono*, solùm videatur loqui de religiosis masculis, quia respondetur, primò idem esse propter identitatem rationis, prout *in capitulo decimoquinto. eadem sess.* Secundò, quia masculinum concipit fœmininum, gloss. *in cap. si quis suadente, ver. si quis, decimoquinto, quæstione quarta*, Gom. *in capite secundo, numero 66. de rescrip. lib. 6. & in q. 9. de instr. resign.* & Foller. *pract. crim. 1. par. 2. p. num. 18. de metu*, vide *in ver. metus, & in ver. professio, nu. 14.* vide Abb. *in c. 3. nu. 3. in fi. de statu monach.*

Ad tertium, tam dos, quàm omnia, quæ sua erant, discedere à monasteriis volentibus, nec habitum suscipere, nec professionem emittere, puellis sunt restituenda sub pœna excommunicationis, *ea sess. cap. 16. de Regular. argum. cap. si beneficium, de Regular. lib. 6. cap. 1. 17. quæst. 2.* sed durante anno probationis, victus & vestitus potest à parentibus, seu propinquis, aut curatoribus de paternis bonis ministrari. Faciunt quæ notat Vinc. Franc. *decis. 14. in nit.* facit quod dicit idem *decision. 52. numero 1.*

& 2. quod si maarimonium sit declaratum nullum, donationes factæ inter sponsos restituantur, nulla facta distinctione scientiæ, vel ignorantiæ, & valet argumentum à matrimonio carnali ad spirituale, ut patet doctrinis, & jurib vulgatis.

Ad quartam, sac. Congregat. *declar.* 250. censuit, moniales, quæ ejus Ordinis sunt, qui requirit professionem, si tacitam professionem emiserint, licèt palàm & expresè id factum non fuerit, tamen cogendæ sunt ut profiteantur, facit *cap. 2. de Regular. libr. 6. & Clem. 2. eo. tit.*

Ad tertium principale jam patet ex dictis ad primum in ultimo.

Ad quartum, maximis sub pœnis præcepit sancta Synodus *ea. sess. cap. 5.* Episcopis, ut monasteriis sibi subjectis adhibeant clausuram optimam, & circa monasteria exempta, tanquam Sedis Apostolicæ delegati, & si aliquis exemptum Sanctimonialium monasterium ingredi ausus fuerit absque licentia (quia tunc clausura censetur violata) potest per Ordinarium censuris ecclesiasticis puniri, & declarari, prout *in dicto ca. Abb. in cap. primo, numero primo, de statu monach.* & monialibus è monasterio exeuntibus etiam cum causa probabili requiritur in eo consensus superioris Regularis, & Episcopi ejus loci, sac. Congregat. *declarat.* 400. meis. Vide Bul. Pii X. *quæ est octava, & incipit, Circa pastoralis.*

Ad Quintum, cautum erat de jure Decreti, Religiosos non posse habere proprium, *cap. non dicatis*, 12. *q.* 1. ubi D. Aug. *in ser. 3. de com. vit. cle. & in epistol.* 60. *ad Monachos*, dicit, non dicatis habere proprium aliquod, sed sint vobis omnia communia. Aug. *tract. 6. in Ioan.* & habetur *Can. quo jure*, 8. *dist.* Ambros. 47. *dist. ca. sicut hi*, Chrysost. *super Luc. capit. 6.* ubi dicit à Deo percepimus omnia, quod meum dicimus autem, & tuum, mendacii sunt verba, & Poeta:

Si duo de nostris tollas pronomine rebus,
Prælia cessarent, pax sine lite foret.

Postmodum de jure Decr. *in c. cùm ad monasterium, ult. de statu mon.* dicitur, nec Abbatem, nec Papam posse dispensare in hac proprietate. Accessit jus novissimum sac. Conc. *eod. sess. cap. 2.* ubi dicitur nemini Regularium licere tenere, vel possidere bona immobilia, vel mobilia, cujuscunque qualitatis, tanquam propria, aut nomine Conventus, sed statim ea superiori tradere, & incorporare decernit. Hic sunt multa dubia, & primum, an liceat superioribus monialium concedere licentiam eis, ut possint habere aliquod proprium pro suis necessariis, ut putà, in infirmitatibus, vestitu, victu, & hujusmodi. Secundò, an mobilia saltem.

Ad primum, Con. *loc. cit.* quoad immobilia, seu stabilia respondet negativè, accedit declarat. sac. Congreg. 154. ubi censet, monialibus non licere possidere proprium, & quod eis legatum relictum donatum datum ve fuerit, vel etiã e arum labore, vel industria partum, tradi debet Abbatissæ, quæ ex eo primum Monialis ipsius, cujus causa id quæsitum est, necessitati providebit, reliquum conferri debeat ad usum Monialium reliquarum Conventus. Ad

Ad secundum, Concil. *ibid.* concedit, ut superiores possint permittere Moniales habere usum mobilium, cum hoc, ut eorum supellex statui paupertatis, quam professæ sunt, conveniat: sed quid sit usus iste mobilium, dico breviter, præter pannamentorum includi etiam pecuniarum usum, quas lucrantur suis exercitiis, ad hoc ut possint emere vestes, libros, & alia hujusmodi, & hanc licentiam posse dare Ordinarium, vel superiorem eorum, affirmat Gō. *tract. de Brevi. nu.* 18, & dat rationem, nam propter hoc non videntur habere proprium, cùm ex debita obedientia semper debent esse paratæ illa dimittere ad libitum suorum superiorum, ita Ioan. Andr. & Abb. *in capitulo secundo, & in d. c. cum ad Monasterium, de statu monac. & in capit. edoceri colum. 2. de rescript. & Consil.* 88. *il. primo, & in capit. Ioannes, numero 6. de regul.* Sed hodie est dubium, an possint permitere iidem superiores, ut moniales habeant annuos census, sive redditus, & videtur quod sic, quia sunt pecuniæ, & usus mobilium: sed contrarium est tenendum, quia annui redditus, inter immobilia à jure censentur. *Clement.* 1. §. *cumque annui redditus, de verbor. signifi.* & ibi gloss. *in d. verfic.* imò nec usum eorum, quia sunt immobilia, seu stabilia: fallit in annuis redditibus, qui cum persona extinguuntur, quia isti non computantur inter immobilia, Gom. *quæst. 1. colum. tertia, de trien. possi. f.* Abb. *in consil.* 13. *colum.* 4. *lib.* 2. sed nec istos possent habere. *Declarat.* sac. Congreg. 390. & sic respondet in facto. Aliud dubium, an possit concedere usum pecuniarum quæ sunt in bonis. Respondetur negativè, quia numerandæ sunt inter immobilia, Cal. *in capit. cum causa, de re judic. juxta finem,* Tiraq. *de utroque retract. in gl. 7. §. 1. fal.* 108. *num.* 113. Foller. *pract. crim. 1. par. 2. num.* 13. *fol.* 65. & sic solum habetur ex his omnibus, quod superiores tantummodo possunt concedere usum mobilium, sed non dominium, sed utantur actu, i. dum indigent aliquibus rebus necessariis, Flor. Theol. *tract. de domin. art.* 1. 2. & 3. *fol.* 213. Hinc fit quòd mobilia non possunt donare, nec consummare, sed iis tantummodo uti. Soto *lib.* 4. *quæst.* 1. *art.* 1. *pag.* 2. etiamsi sit monialis feudataria, nam feudum, durante ejus vita, manet quoad commoditatem apud Monasterium, Capyc. *decis.* 10. *nu.* 17. & *infra.* hoc intellige, juxta dicta *in ver. alienatio,* §. 3. *conf.* 7. & 8. Nav. *in c. cui portio,* 52. *q.* 2. sive de regular. *com.* 1. *ver.* 13. *principale, n.* 13. & *in c. non dicatis, co.* 2. *c.* 1. *n.* 2. *ver. per regulam.* Cald. *consi.* 2. *de regul.*

Ad sextum, sac. Conc. *ibidem c.* 3. statuit, quod is tantùm numerus monialium constituatur, & conservetur in posterum, vel quæ ex redditibus propriis monasteriorum, vel ex consuetis eleemosynis commodè possent sustentari, vide *in c. periculoso,* §. *sanè, de statu Reg. lib.* 6. & *ibi.* Anch. *nu.* 3. *versi. quintò nota.* Idem confirmat sac. Congreg. *declarat.* 216. & Pius V. *in Bulla sua* 9. *folio* 13. & *in eod. loco* Addit sac. Conc. nulla talia loca, tam virorum, quam mulierum erigentur sine Episcopi, in cujus Diœcesi erigenda sunt, licētia priùs obtentâ, quod coadjuvatur jure cōmuni, & intelligitur

de omni Ecclesia,& loco sacro, *capitul. nemo,de consecr.distinct.1.* Sylv. *in ver. Ecclesia,secundo,*Selva.*tract. de benef. 1. par.quæst.6. in princip. & per totum.*Nav. *in cap.statuimus,44.ver.3.19.q.3.*& circa numerum monialium etiam in monasteriis exemptis jurisdictio ordinaria est, idem.*nu.57.& in c.nulla,18.q.2.n.7. ver. 2.in c statuimus,n.45.ver.3.*idem de elemos.Greg.XIII.*Bulla sua,*& Nav. *loc. cit.* ubi habes numerum certum posse, & debere ab Ordinariis etiam in exemptis cum suis superioribus præfigi,ultra quem sub pœna peccati mortalis, non possunt aliæ recipi.

Ad Septimum,sub præcepto peccati mortalis obligantur confiteri peccata sua singulis mensibus,& prima Dominica cujusliber mensis sumere sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum, hoc habetur *in Clem.1.§.sanè, de statu mon.* & gl.*in ver.mensib.*idem Sot.4.*Sent. distinct.18.q.1.art.3.col.5.*& Oldradus *cōs.* 222.Cajet.*in q.1.in addit.3.par.* D. Tho. tamen Conc.*sess.prædicta,c.10.*dicit, ut admoneantur Sanctimoniales, saltē semel singulis mensib. confessionem peccatorum facere,& sacrosanctam Eucharistiā susscipere,& verbum *admonere,*non dicit obligationem sub reatu peccati,*sess. vigesimaquarta,§.præterea.de refor. matrim.* Ad d.Clement.respondetur, quod quantum ad hoc, est reformata per jus novissimum. Hic sunt multa notanda. Primò,circa vestes. Secundò,circa locutiones. Tertiò,circa commatres. Quartò,circa tonsuram capillorum.De primo dicitur,quòd non possunt portare vestes diversi coloris,*Can.alt.20.q.1.arg.6. pen.de vita & honest.Cler.*nam si prohibentur hæc Clericis sæcularibus,quantò magis Monialibus, quæ arctiori vita astringuntur,*c.si.21.q.4.*gl.*in Clem. 2. in ver.partita,de vita & honest.cler.* & cùm loquatur de vestib. extenditur etiam ad caligas,& sandalia,similiter & de tonsura capillorum,*argum.de toto ad partem & è contrà.* Circa secundum, Monialis non potest,nec debet loqui sola cum aliquo,sed associata cum duabus, vel tribus,*cap.in decima,10.q.1.*facit *cap. Monasteria,de vita & honest.cler.* ubi Clericus frequentans Monasteria Monialiū, sine manifesta & rationabili causa, potest arceri ab Episcopo,& nisi desisterit, potest suspendi,similiter de Laicis,quia possunt ab eo excommunicari,Nav.*c.25 n.110.Notab.32.* & frequentia intelligitur ex duabus vicibus,Gloss.*in d.c.in ver frequentare,*Abb.*in cap.monasteria,nu.5. de vita & honest. cler.*& refert Host. aliter sentientem,Gom.*in c. mulieres, n. primo,de judic. lib.6.* similiter, & de literarum inscriptione, quæ intelligitur prohibita sub prohibitione locutionis, prout dictum est *in versicul. excommunicatio*, circa frequentiam locutionum clerici cum Monialibus, non est restringendum ad dictum prædictæ glossæ, quia frequentare non intelligitur, etiamsi tribus annis duodecies alloqueretur, Abb. & Host *in d.c.* Nav. *in c. statuimus,com.4.de reg. num.61. ver. quibus addo,* & frequentia intelligitur sine causa rationabili, & manifesta.idem *cons.10. de statu mona.* Hic dubitatur,an Episcopus possit ponere in edictis, ne etiam mulieres, non solùm viri alloquan-

quan-

quantur, vel scribant ad moniales, vel quibuscunque existentibus in monasteriis, & Navar. *loc. cit. ver.* 3. dicit, ita esse edictum Romæ, quod etiam in aliis locis deberet observari, prout Beneventi & Surrenti servari vidimus, & rationabiliter, quia mulieres interdum solent esse internunciæ ad maleficium. De tertio non possunt sibi facere commatres per sacramentum Baptismi, vel Confirmationis, vel hujusmodi, *c. pervenerit, il.* 1. 18. *quæst.* 2. adest ratio, quia compatres, & commatres assumuntur in partem sollicitudinis infantis, quam impertiri non potest monialis, cùm non sit patrona sui ipsius, sed sub obedientia superioris, quod idem censendum est de regularibus masculis, *c. pervenit, 12. q.* 2. Navar. *loc. ci. num. ero 65. ver.* 2. De quarto, vide Abb. & gloss. *in Clem. attendentes, nu.* 2. *de statu mona.* & Abb. *in cap. si quis ex clericis, numero.* 3. *de vita & honest. clerio. & in c. uxoratus. num.* 4. *de conver. conjug.* Circa tonsuram capillorum Monialium, quare fuerit inventa rationabiliter. vide D. Hier. *epist. quadragesima octava ad Sabinianum*, & Cardin. Baronium *in annotationibus Matyrologii die* 20. *Septem. in ver. ad turpitudinem*, dum agit de sancta Paula.

Ad Octavum. Conc. Trid. *sess. ead. c.* 5. disponit, ingredi autem intra septa Monasterii, nemini liceat cujuscunque generis, aut conditionis, sexus, vel ætatis fuerit, sine licentia Episcopi, vel superioris in scriptis obtenta, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, quæ est Episcopalis, cùm non fiat reservatio, & Concil. 1. Matisconense, *Can.* 1. & Pius V. excommunicat omnes mulieres, etiam Ducissas, ingredientes septa Monasteriorum, etiam Monialium, virtute facultatum Apostolicarum, quas revocat, & est Bulla 22. *fol.* 930. Navar. *capite vigesimoseptimo numero* 150. *notab.* & est reservata Papæ, & Greg. XIII. Bulla 75. cum reservatione excommunicat omnes Prælatos intrantes claustra Monialium, in casibus non necessariis, idem confirmat in alia Bulla, quæ est 36. *fol.* 1239. ubi excommunicat omnes ingredientes vigore licentiarum Papæ, vel Ordinariorum, nisi in causis necessariis, & urgentibus. Sed hic dubitatur primò, an qui ingrediatur absque licentia, etiam ut ibi malè aliquid faceret, esset excommunicatus Papali excommunicatione? videtur quod non, quia Bulla solùm loquitur de ingredientibus vigore facultatum Papæ, vel Ordinarii, tanto minus, quod ingrederetur, ut nihil malè ageret, quia solùm esset excommunicatus excommunicatione sac. Con. & sic vidi practicari à doctis & piis viris, vide Tiraq. *de retra. convent.* §. *secundo. gl. unica, nu. trigesimo*, licèt Nav. *loc. cit. versi. quarto*, videatur dicere, quod plus peccat, qui non virtute facultatum, sive licentiarum, quàm sine illis ingredietur, sed vidi Neapoli absolvi ingredientes, & cum maleficio, sed posset esse, quod illi Confessarii absolverunt illos cum facultate Episcopali, per *c. liceat*, Con. Trid. *sess. vigesimaquarta*, non omisso quod quidã Modern⁹ scribens quosdã casus ventilatos in Archiepisc. Bononiensem, teneat, Episcopos non posse absolvere ingredientes Monasteria, sine

licen-

licentia, *per d.c. liceat*. & vidi liter. Illust. Car. Montiselparis, quibus idem affirmabat esse de mente Congregationis. Sed ego censerem oppositum, cum potestas Episcoporum, quæ aliàs est favorabilis, & ideo amplianda, videatur satis restringi. *c. odia, de reg. iur. l. 6.*

Secundò, an sit causa necessaria ingrediendi, ut quia mater, aut soror aut consanguinei ingredi vellent visere filiam, aut sororem, gravi morbo laborantem, sac. Cong. *dec.* 489. respondere negativè, & quòd Episcopus non posset dare hanc licentiam, etiamsi sit in periculo moris, nec minùs, quando filia, aut aliæ vellent suscipere habitum, vel emittere professionem, nec viduis, quæ vellent in Monasterio manere in habitu laicali, licèt promittant inde nunquam egredi. Ratio est, quia in nullo casu prædictorum est causa necessaria, de qua Conc.

Tertiò, ista causa necessaria, vel casus urgens, de quibus Bulla Pap. Greg. à quonam debeat arbitrari? Respondetur ab Episcopo, & superiore, ita sac. Con. *loc. cit.*

Quartò, an procuratores possint ingredi septa Monasterii, possit dare licentiam Episcopus, sac. Congreg. *declar.* 115. respondet, quòd non, nisi causa evidentis utilitatis, dummodo eorum ætas, & morum gravitas ea sit, quæ ipsos commendet. Dubitatur primò, an Episcopus possit ingredi Monasteria sibi subdita, sine licentia obtenta à superiore ipsorum monasteriorum, & Na. *in d.c. statuimus, n.* 40. dicit, quòd non, imò nec sua monasteria potest ingredi, nisi in casibus necessitatis, & comitatus seniorib. & religiosis personis. Nav. per Bul. Greg XIII. *n.* 62. *loc. cit. & consi.* 9. *de statu mona.* Sed circa ingressum Episcopi in monasterium exemptum cum licentia superioris illius, ego censerem secus, quando ingrederetur ob causam necessariam circa clausuram, quia ad ipsum pertineret, prout dictum est *superiùs*, §. 4. *per c. Bonif. sess.* 25. Con. Trid. Secundò dubitatur, si quis ingrederetur cum licentia Episcopi, & ibi haberet rem cum aliqua Moniali, an esset excõmunicatus. Respondetur ex Nav. *cons.* 34. *de sent. excom.* quod non, de jure cõmuni, sed quia hoc videtur obstare dictæ Bul. potest dici quod Nav. loquitur de ingrediente cũ licentia Episc. in casu necessitatis; licèt ibi malum patret: Bulla verò loquitur de ingrediẽte cũ licentia Episc. sed non in necessitate. Tertiò dubitatur, an per illa verba Con. (*cujuscunq; ætatis*) prohibeatur ingress⁹ infantulorum discretione carentiũ? Respondetur ex Nav. *in d.c. statuimus, n.* 57. quod non, sec⁹ verò de amẽtib. pauperibus, quia isti possent esse causa peccandi, illi autẽ non. Quartò dubitatur, licentiã loquendi cũ Monialibus exemptis, vel ingrediendi eorum Monasteria, quis debaet dare? Respondetur ex Nav. *loc. cit. n.* 60. *ver.* 3. quòd à superioribus ipsorum, & non ab Episcopo, nisi sint sibi, vel Papæ immediatè subjectæ: tamen ego vidi observari contrarium Neapoli, ubi etiam Medici veniebant pro licẽtiis ad Archiepisc. Neopolitanum, causa ingrediendi Monasteria exempta pro medicatione.

Ad Nonum, vide *in ver. Abbatissa.*

Ad Decimum sac. Congreg. *declar.* 80. dicit, puellæ educationis gratia licèt

sacro

sacro vestitu indutæ non sint, non prohibentur in monasteriis monialium retineri, & alibi dicit de puellis, quæ non educationis causa, sed propter inopiam, tenuesque facultates domi suæ tutò ali nequeant, quod possunt collocari in monasteriis, modo à propinquis eis victus suppeditetur, & hoc *declarat* 156. sed cum istis conditionibus debent ibi manere loquendo de omnibus. Primò, sine ancillis. Secundò, ut si semel egrederentur, non ampliùs possint illuc reverti. Tertiò, tenentur ad clausuram observandam, quemadmodum ipsæ moniales. Quarto, quod recipiantur cum licentia in scriptis superiorum. Quintò, & de consensu Abbatissæ. Sextò, quòd si ob ægritudinem curandam, de licentia tamen superioris, ut *suprà*, de consensu Abbatissæ, & Monialium exierint à Monasterio, rursum in eo admitti debent, cum licentia superioris, & de consensu Abbatissæ, & Monialium. Septimò, quòd utantur eo vestimento, quòd virginali modestiæ & pudori conveniat, & eadem conditiones debent observare viduæ, quæ ibi manent, licèt istæ viduæ de cætero non sint recipiendæ in monasteriis, nisi moniales fieri voluerint, & sac. Congreg. *declarat.* 159. & 214. & 475. & 122. & 57. censuit.

Octavò, quod non sint super numerum præfixum.

Nonò, quod quolibet semestri eis anticipata solvatur portio pro alimentis.

Decimò, quod sit locus separatus à loco ubi degunt aliæ moniales professæ, & novitiæ pro dormitione, & laborato, ita sac. Congreg.

Ad Undecimum, ead. Sac. Congreg. *declarat*, 468. censuit, quòd puellæ educationis causa in Monasteriis Monialium permitti debent usque ad decimumquintum annum suæ ætatis, & alia, quæ est 475. Hic posset esse dubium, qua ætate puellæ causa educationis possint recipi in monasteriis. Ad hoc respondetur, me non invenisse circa hoc declarationem aliquam, sed memini Reverendiss. Archiepiscopum Surrentinum, virum pietate insignem, dixisse mihi, non debere recipi, nisi ad minus septem, aut octo annos expleverint, & fundatur ratione, quia non deceret in monasteriis teneri infantulas quasi in cunis, vel cum obstetricibus, & potest à simili deduci per ea, quæ dicit sac. Cong. *de cler. recip. in semi. cap. fi. sess.* 23. qui debent esse 12. annor. vel in ætate requisita ad sponsalia, quæ est 7. annorum expletorum, Covar. *de sponsa.* 1. *par. cap.* 1. *num.* 2. *cap. licèt, de sponsa.* & sacra Congreg. censuit, non recipi puellas minores septenno & minores vigesimoquinto, prout vidi in licentiis, quæ propter talem causam ab ipsa sac. Congregatione dari consueverunt, & inter cæteras, unam sub datum Romæ, octavo Novembris 1599. Secretario Reverendissimo Domino Bernarduno Episcopo Aversano.

Ad Duodecimum, sac. Congreg. censuit in hæc verba, *Mulieres, quæ sunt in discordia cum marito, & ejus sævitiam timent, si extra culpam sunt, quamdiu justam causam timendi habuerint, debent, si sunt in monasteriis, tolerari, imposterum verò hujusmodi mulieres non debent recipi, declar.* 159. Si verò mulier aliqua vene-

rit in suspicionem marito, quod timet, ne ab eo aliqua vis ei inferatur, debet permitti, ut possit ingredi Monasterium Monialium, si modò constitutiones Monasterii non repugnant, & accedat consensus Superiorum, Abbatissæ, & Monialium, & causa cessante ingressus, debet inde exire, & si semel exierit, nunquam postea in idem Monasterium ingredi poterit, & tenetur ad clausuram, sicut aliæ moniales, & stare sine ancillis, &c. ita sacr. Congregat. *declar.* 130. & hoc fovetur jure communi, prout habetur *in cap. de benedicto.* 32. *quæst.* 1. Selva, *tract. de benefic.* 4. *par. de quæst.* 7. *num.* 18. *versicul.* 104. & Navar. *consil.* 5. *de divort.* dicit Episcopum hoc posse; & licèt Apostilla ibi dicat, sacram Congregationem dedisse quandam formulam circa hoc, & ideo succedente casu, recurrendum esse ad eam, tamen ego vidi formulam, & est, ut primò conveniat constitutioni monasterii; secundò, de consensu Abbatissæ, & Monialium; tertiò, sine ancillis; quarto, ut servet clausuram, ideo censeo succedente casu repentino, posse Episcopum hoc facere, quia in casibus repentinis periculosis, non potest ita facilè haberi recursus, & ita vidi practicari in multis civitatibus. Hoc potest consolidari argumento eorum, quæ dicit sac. Concil. Trident. *sess.* 23. *cap.* 1. *de refor.* ubi agit de absentatione Prælatorum à suis Ecclesiis, cum licentia, prout ibi in scriptis, nisi urgens necessitas, vel repentina causa adesset.

Ad decimumtertium, sac. Congr. *declarat.* 410. *in* §. *singula*, dicit: *Singula Monasteria habeant librum professionum, tacitè, vel expressè, & coadjuvatur jure communi. quia professio debet fieri scriptis, cap. fin.* 20. *quæst. prima, & gloss. in cap. nullus, in ver. expresse, de elect. libro* 6. & nunquid scriptura sit de necessitate professionis? Franchus ibi dicit, quod non, sed ut scriptura propria obviet ei, qui contravenerit, gloss. in utroque loco, & sic vidi practicari à Reverendissimo Archiepiscopo Surrent.

Ad decimumquartum. Primò patet ex superiùs dictis ad primum, *in fine*, ubi diximus sac. Con. *sess. cit. cap.* 17. disposuisse, bis esse explorandam voluntatem puellæ, antequam suscipiat habitum, & emittat professionem, & hoc ab Episcopo, vel ejus Vicario, &c. & non distinguit de puella ingrediente monasterium subditum Episcopo, vel exemptum à sua jurisdictione, & cùm lex non distinguit, nec non distinguere debemus, ergo ad Episcopum pertinet; & accedit dilucidatio sac. Congregationis 261. ubi censuit in hæc verba. *Primùm Moniales subjectæ jurisdictioni Regularium exemptorum, sine licentia Ordinarii egressæ fuerint è Monasteriis, debent ipsæ, & earum superiores, de quorum licentia de Monasteriis egressæ fuerint, per censuras Ecclesiasticas & alia juris remedia ab eorum Ordinario puniri, non obstantibus quibuscunque privil. &c. Secundum, si superiores earundem Monialium alicui Monialium habitum dederint tanquam ab Ordinario examinata fuerit, contra decreta sac. Con. Trident. faciunt. Tertium idem si prædictæ Moniales professionem emiserint, antequam iterum ab Ordinar. examinentur, contra ejusdem Conc. decreta faciunt. Quartum, quod casus si*

eveniat

evenerit, tenetur Ordinarius explorare voluntatem earum, quæ habitum tantùm susceperint, antequam in Religione profiteantur. Quintum, ab illis verò virginibus sacris, a quibus non modo habitus est susceptus, sed jam facto est professio, etsi examinatæ non fuerint, tamen ab eis nihil scisciari debet Ordinarius, sed eas permittere in suo statu manere. Sextum, & proni à Con. Trident. statuitur, in Abbatissas, & Præfectas animadvertere potest, debetq; idem Ordinarius, & debet etiam moniales & earum superiores moneri ne vilis virginibus sacrum habitum, ac multo minus partiantur in religione profiteri, nisi prius earum voluntas perspecta, & explorata sit ab eodem Ordinario, quo facto, contra facientes poterit idem Ordinarius coercere, non solum pœnis à Con. Trident. statutis, & præscriptis, sed etiam ecclesiasticis censuris, & alus juris remediis, non obst. quibuscunque privilegiis &c.

Ad decimumquintum, *in cap. quoniam, de simonia*, inhibetur penitus ne pro monachatione aliquid recipiatur, sub quibusdam pœnis, ut ibi, & *in Extravag.* Vrbani IV. *sub tit. de simonia, quæ incipit, Sanè*, sub Papali excommunicatione, & reservatione inhibetur ipso facto incurrenda, ne tam à maribus, quam à mulieribus volentibus ingredi Religionem, Ecclesias, Monasteria, &c. in eorundem personarum receptione, aut ante vel post illam, quoscunque pastus, prandia, seu cœnas, pecunias, localia, aut alia etiam ad vsum ecclesiasticum, seu quemvis usum pium alium deputata, vel deputanda, directè, vel indirectè petere, vel exigere, quoquo modo præsumant, & *inferiùs*. Illa dumtaxat, quæ personæ ipsæ ingredientes purè, & sponte, plena libertate, omni pactione cessante, dare, vel offerre Ecclesiis, &c. cum gratiarum actione receptari; & in Concil. Lateran. sub Innoc. III. *cap. sexagesimoquarto* & sanctus Anton. *tertia part. tit. 24. capitul. 70.* Sylvest. *in verbo excommunicatio, septimo numero* 81. & Navar. *capitulo 27. numero* 106. & gloss. *in dict. Extravag.* referunt, Felinum audivisse à fide dignis, quòd Vrbanus non intendebat comprehendere Moniales, quæ consueverunt aliquid recipere vigore consuetudinis, & Clemens VII. concessit, ut Moniales nullam simoniam incurrerent, propter pacta, & conventiones, quas in dotibus Monialium in commodum earum victum contraherent, ita Navar. *loco citato*, & habetur *in compēdio privilegiorum, in ver. Moniales, numero ultimo*, vide Caiet. *in Sum. in ver. excomm. cap. septuagesimo tertio*, & Sylvest. *in ver simonia, numero decimoquinto, ver. octav. in fine.* & consuetudo totius ferè mundi hodie introduxit, non recipi moniales in monasteriis, nisi prius sufficiente dote assignata; tamen quicquid sit, de iure sac. Congr. *in dilucidatione 216.* circa hoc negotium, in hæc verba censuit: *De dotibus cùm de eis nihil certum statuendum sit, prout qualitas personarum & temporum postulabit, est faciendum, nec quod datur Monialı ingredienti Monasterium, debet nomine dotis nominari, sed dicendum est, quòd id attribuitur pro alimentis ingressæ in Monasterium, & quod non possit determinari certa quantitas dotis*; ultra dicta patet,

nam variantur tempora, variantur & pretia rerum, quibus utuntur, tam in vestitu, quam victu dictæ Moniales, Abb. &. Felin. *in cap. cum causa. de testibus*, & & memini temporibus elapsis pro dote Monialis, in quibusdam locis ad maximum dari centum nummos aureos, nunc verò alibi dantur quingentum, alibi mille, alibi bis centum, & sic de singulis *argum. cap. non debet, de consanguin. & affin. & l. exigendi, C. de Procurat.* Gomes. *quæst. 5. de trien. poss. & quæst. de trien. qu. 5. de idiom.* & sic debet attendi locus, tempus, & modus, prout dixi *in ver. emptio*, sumptus verò faciendi ab ipsis Monialibus, in professione, & velo sumendo, ab Ordinario debent taxari, & definiri de rebus necessariis, sac. Cong. *declarat* 458. sed quid dicendum est, cum aliqua puella jam sit intromissa Monasterium monachationis, & postea non habet modum dotis, debet necne ex eo ejici, sac. Congreg. *declarat* 58. censuit quòd non, sed in futurum nullæ talis conditionis debent admitti, & sic locorum Ordinarii, antequam eas intromittant, debent facere cautum Monasterium de dote sufficienti, vera, & secura; & ita practicabat Reverendissimus Archiepiscopus Surrentinus, & fit ubique, vide Sot. *libro 9. quæst. 6. art. ult. ad quartum, de justit. & jure.*

Ad decimum sextum, egredi tam tacitè, quàm expresse professas Moniales à claustris monasterii prohibitum erat de jure communi, *in capitulo periculoso, de statu regul. libro 6.* nisi fortè tanto & tali morbo evidenter earum aliquam laborare constaret, quòd non posset cum aliis, absque gravi periculo; seu scandalo commorari, sed quia hoc salutare decretum abierat iam in desuetudinem, de qua jure optimo conquerebatur Io. Nic. Gimont. *de grat. expect. c. 1. à num. 14. & infrà*, Conc. Trid. *sess. prædicta, cap. 5.* Decretum Bonifac. VIII. de quo sup. annotat, & reducit in viridem observantiam, & pius V. *in Bulla sua, quæ est centesima, f. 1070.* ubi Papali excommunicatione ita decernit: *Non licet Monialib. exire claustra monasterii, nisi ob infirmitatem Lepræ, vel Epidimiæ, cum licentia suorum Superiorum, & Ordinarii locorum, sub pœna excommunicationis, & privationis omnium dignitatum, officiorum, administrationum, & habitationis in futurum ad prædicta, tam concedentes licentias, quàm comitantes, quàm receptatores, quàm ipsa, & earum superiores.* præcipit hanc Bullam singulis mensibus publicari, & Navar. *cap. 27. num. 150. notab. 65.* addit licere etiam ratione magni incendii egredi à monasteriis cum licentia superioris, & meminit Bullæ Pii V. prædictæ, & Greg. XIII. idem statuit sub gravissimis pœnis, & censuris *Bulla sua 36. fol. 1237.* Decrevit & idem Pius V. *in alia Bulla 8. fol. 930.* ut deinceps non recipiantur Conversæ, quæ non volent emittere professionem, & sub perpetua clausura permanere, quæ modò professæ non sunt, nec profiteri volunt, dimissio habitu domum suam remittantur, & Gregor. XIII. *Bulla 13. fol. 1205.* ubi dicit inter cætera: *Declaramus etiam, nullis Monialibus, etiam tertiariis, licere habere ostium, per quod ex Monasterio introire possunt ad Ecclesiam exteriorem ipsarum Mo-*

Moniales, ad quam laici solent adire, ad audienda sacra, neque licere his egredi à janua Monasterii, quæ est pro clausura ipsius Monasterii, etiam ad claudēdam aliam exteriorem januam, per quam patere solet aditus secularibus, venientibus ad rotam, vel ad clatrum. De Abbatissis, & aliis officialibus, Monialibus, vide *in ver. Abbatissa.* Dubitatur primò, si quæ Monialis exiret à Monasterio de facto, & sic illi exeunti occurrat aliquis qui comitatur illam, persuadens ei regressum, vel comitans per desertum, vel viam non tutam, ut salvet ejus honorem, vel vitam, an iste esset excommunicatus? Respondetur quòd non, quia non comitatur eam exeuntem, sed ut salvet eam, *argum. c. place. de consecr. d.* 4. Navar. *loco citato num.* 5. 1. §. *in quibus.*

Secundò dubitatur, an causa exeundi à Monasterio causa lepræ vel incendiâ magni, extendatur ad quemlibet morbum, etiam non contagiosum, de quo medici docti, & pij judicant aliquam morituram, nisi exeat monasterium in aliquem locum salubriorem, Navar. *in in d. cap. statuimus, num.* 49. *ver. quæst.* ita dicit concessisse Gregor. XIII. modò accedat consilium utriusque medici, & superiorum licentia, quotiescunque contigerit aliqua infirmitas periculosa. Similiter Monialis electa in Abbatissam in alio Monasterio, potest exire ab illo suo, & ire ad illud, vel ob timorem belli ab infidelibus. Navar. *loc. cit. nu.* 48. *ver.* 4. nota tamen; in utroque casu vidi practicari oppositum, & habitus fuit recursus ad sac. Congreg. Sed vide *in Additionibus magnis.*

Tertiò dubitatur, an possint aliquæ conversæ exire à Monasteriis eleemosynarum causâ? Respondetur quòd sic, ubi Monasteria consueverunt ex eleemosynis ali, similiter, stante necessitate monasterii Moniales possent tenere dictas Conversas in domibus contiguis monasteriis, ex quibus possent exire, & ingredi dictas domos, ut utilitas poscet, Pius V. & Greg. XIII. *in Bulla cit.* Nav. *loc. cit.*

Quarto, dubitatur, quod si aliquis concomitaretur novitias, non professas tacitè, vel expressè, an esset excommunicatus? Respondetur quòd non, nec ipsi comitantes, nec ipsæ exeuntes, etiamsi ob malum finem exirent, & concomitarentur, Navar. *loc. cit. num.* 47. *ver. circa.*

Ad decimumseptimum, sac. Conc. *loc. cit. cap.* 5. §. *& quia*, præcipit Monasteria Sanctimonialium, existentia extra mœnia Urbis, vel Oppidi, transferri ad nova vel antiqua Monasteria intra Urbes, vel Oppida, si ita videbitur expedire, & sac. Congreg. *declarat.* 123. dicit, istam translationem faciendam esse ad aliud Monasterium ejusdem Ordinis, & hoc quando immineret scandalum, vel propter supereminentem aeris pestilentis causam, *declar.* 124. quæ Monasterii translatio debet fieri simul cum introitibus, & redditibus quos illud habebat. Sac. Congregatio *declarat.* 504. Cardinali Ferrerio.

Ad decimumoctavum respondetur, quòd Monialis debet dotari de paragio de bonis patris, secundùm consuetudinem monasterii, quòd ingressa est, quod ei sufficere debet quod cæteræ *Monia-*

niales habent, Afflict. *dec.* 384. & Vincen. de Franch. *dec.* 44. *n.* 2.

Ad decimumnonum, vide Concil. Agathense, *c.* 19. & refertur *in cap. monasteria*, 18. *quæstio.* 2. ubi procul à monasteriis monachorum jubentur ædificari, & in Concil. Mogunt. *Can.* 20.

Ad vigesimum, vide *cap. votis Deo, c. placuit, cap. Virgines, cum similib.* 20. *q.* 1. *& distinct.* 77. & an Episcopus possit in hoc dispensare? vide Selvam *tract. de benef. quarta parte, quæst.* 3. *num.* 16. *versic.* 82.

Ad vigesimumprimum respondetur, quòd sic, accedendo electioni majoris partis, modò ista variatio fiat in continèt i, id est, antequam divertant ad extraneos actus, Anchar. *in cap. indemnitatibus, numero sexto. notab.* 10. *& 11. de electio. libro sexto, & text. ibi cap. publicato, de elect.* & distingue cum Dyno, *in cap. quod semel, numero duodecimo, de regul. jur libro sexto*, & ibi Addit. *litera P.* vide Hostient. *in Sum. tit. de electio, §. utrum mutari possit, num.* 21. vide *in ver. electio, §.* 3. idem Gem. *in cap. indemnitatibus, §. sanè, notab.* 5. *& text. ibi.*

Ad. vigesimumsecundum respondetur ex Concil. Trident. *sess.* 25. *cap.* 18. *de Regul.* sed an liceat blandis verbis, vide Panorm. *in cap. ad vestram, numero tertio, de Reg.* Navar. *cap* 27. *numero* 150. *notab.* 55. *& in versic. meus.* & hoc habet locum etiam in eo qui cogit puellam ingredi monasterium, etiam ut ibi in habitu sæculari usque ad ætatem nubendi educetur; Navar. *consilio* 6. *de Regul.* cætera vide *in additionibus magnis.*

Ad vigesimumtertium, vide Abb. *in cap. ea quæ, numero septimo de statu monach.*

MONACHI SEU REGULARES.

SUMMARIUM.

1. *An possint ædificare Monasteria propria authoritate.*
2. *An aliquando requiratur licentia Papæ.*
3. *Quando possint constringi ab Ordinario, & subjaceant ejusdem censuris & pœnis.*
4. *Quo ordine procedant.*
5. *De eorum institutione.*
6. *Qui ad habitum assumendi.*
7. *Quando possint absolvi ab Episcopo.*
8. *Quando possint renunciare, & se obligare.*
9. *Religiosi an possint transire ad partes infidelium absque licentia superiorum, vide Ioan.* 22. Bul. 3. fol. 35.
10. *An Ordinarius possit ordinare aliqua circa Regulares, respondetur præter ea de quibus* in ver. excommunicatio, de de causa materiali, ver. 4. *quod potest ordinare, ne exeant soli à Monasteriis, sed bini, vel terni*, c. quod Dei timorem de statu monach. *Navar.* Cons. 4. de Regul. num. 29. & 39.

AD primum, prohibetur omnibus Regularibus accipere locum, vel domum de novo (quatuor, &c.) mendicantium ordinibus exceptis, sub excommunicatione latæ sententiæ, *c. unico, §. confirmatos, & §. sanè, de relig. dom. libro* 6. *& in capitulo unico, de excess. prælat. eod. lib.* prohibetur omnibus Regularibus acquirere, seu recipere nova loca

loca, vel domus absque speciali licentia Papæ, Clemen. *Cupientes, de pœn.* excommunicatur pro hac eadem causa, *prout dict. cap. unico, de excess. prælator.* Novissimè Concil. Trident. *sess. 25. cap. 3. de refor. Regul.* disponit in hæc verba: *Nec de cætero similia loca, tam mulierum, quàm virorum erigantur sine Episcopo, in cujus diœcesi erigenda sunt, licentiis priùs obtenta*, vide Concil. Agathen. *cap.* 18. & est *in cap. de monachis*, 18. *quæstio* 2. & Concil. Chalcedon. *can.* 4.

Ad secundum fac. Congreg. *decl.* 141. censuit in hæc verba: *Monachi non possunt ædificare monasterium in parochia, in qua id non habent sine cognitione, & licentia Papæ*, & practicatur sic, quod Episcopus dat assensum monachis ædificandi Ecclesias, & monasteria reservata beneplacito, assensu, & confirmatione Sedis Apostolicæ impetranda infra tantum temporis curriculum, & sic practicantur hodie illi textus, qui videntur imponere cēsuras in contrafaciētes.

Ad tertium, vide *in versiculo excommunicatio in causa materiali. §. Episcopi possint excommunicare Regulares.* sic etiam, quando ipsi Regulares alloquerentur Moniales subditas Episcopo absque licentia ipsius, nam tunc posset eos carcerare, & punire, prout *loc. citato, ver.* 2. & 7. vide Boer, *decis.* 211. & Guid. Pap. *quæst.* 58. & Concil. Trid. *sess.* 7. & *cap.* 24. & *sess.* 21. *cap.* 8. & *sess.* 24. *capit.* 14. *de refor.*

Ad quartum, videto Boer. *in tract. de auctor. in cap. par. Franc. à num.* 86. & *infrà*, & vide *inferiùs in versiculo processiones*, §. 2. *versic.* 4.

Ad quintum, videto eundem Boer. *tract. de vit. & stat. erem.* & Sylv. *in ver. Religio.* 1. *per totum.*

Ad Sextum, vide Concil. 6. Constantinop. *actio* 16. *Can.* 43. ac Bullam Sixti V. de qua *in ver. clericus*, §. 6.

Ad septimum, videro text. gloss. & Abb. *in capitulo Monachi, num.* 1. & 2. *de sent. excommunic.*

Ad octavum, respondetur, regulares non posse renuntiare, sive bonis, sive contractibus, sive beneficiis, sive aliis rebus, nec se obligare nisi intra duos menses proximos ante professionem, sine licentia Episcopi, seu ejus Vicarii, ita sac. Concil. Trident. *sess.* 25. *canone.* 6. *de reformat. Regul.* ex quo oritur dubium, quod si obligatio seu renunciatio fiat ante, vel post duos menses, an sit irrita, & nulla? & videtur quòd sic.

Primò, quia Concil. dat formam, quam non licet alterare, prout dictum est, *superius in ver.* Abb. §. 1. *conc.* 10. & *in versicul. professio.*

Secundò, quia imminet periculum fraudis, prout dictum est *superius in versicul. Clericus*, §. 6. & *in versicul. renuntiatio*, §. 3. *facit c. unum, de oblig. ad ratiocin.* debet intelligi morali, & non mathematico, more, arg. text. & gloss. *in c. continebatur, in versic. proxima*, & *in capit. attestationes, in versic. circa, de desponsat. imp.* & Concilium utitur adverbio, *intra*, & sac. congregat. censuit non valere, si fiat post susceptum habitum probationis, ut refert Apostillator *in consilio* 71. *Nav. de Regul.* & ipse tenet non valere, si fiat ante susceptum habitum ab ingressura Religionem.

MO-

MODERAMEN.

PRimò, quia sæpe sæpius de moderamine inculpatæ tutelæ fit mentio, circa defensionem personæ, & deservit pro capitulo, *si quis suadente*, 14. *quæst.* 4. ideo ad hoc, ut sciatur volui hic inserere quæ requirantur ad moderamen, & primò vide Boer. *decis.* 168. *à num.* 4. *& infrà*, ubi ait tria requiri, Primò, modum; ut verba verbis, baculum baculo, ensem ense &c. Secundò, tempus ut statim, & non ex intervallo. Tertò causa, ut fit injuria talis, Gram. *decis.* 38.

Secundò, si in rixa interdum excedatur aliquantulum, non ideò videtur, quòd non possit dici etiam moderamen, juxta ea quæ dicit gloss. *in cap. significasti, in ver.* 22. *moderamine, de hom.* & Foller. *Pract. Crim.* 4. *par. num.* 27. *& in Fragmentis, c. de vi, num.* 57. *&* 58. & Sylvest. *in ver. excommunicatio,* §. *sciendum est,* 4. Navar. *cap.* 27. *num.* 82. *notab.* 15. Gom. *in cap.* 1. *num.* 54 *de constit. libro* 6. & gl. *in cap. olim, de restit. spol. in fine.* & hoc nota pro practica quotidiana, nam vidi clericos duos rixantes, quorum alter gladio vulneravit alterum in rixa, cum pauca sanguis effusione, & fuit judicatus casus Episcopalis à viris doctis, & piis, & adest ratio, prout Foller. *loco citato*, nam in rixa considerari potest moderamen, per regulam, quia primi motus non sunt in potestate nostra, & occupat ira animum, ne possit discernere verum; de hoc vide Anchar. *in c. dilecto. de sent. excomm. libro* 6. ubi latissimè de hac defensione differit, vide *Afflict. in constit. Pacis cultum, in fin.* ubi ad moderamen ait requiri æqualitatem virium, & interdum ætatis, & instrumenti, nam plus valet pugnus fortis, quam ensis debilis, & *juvenis* quam senis, baculi quàm ensis.

MONOPOLIUM.

PRimò, monopolium, seu conventicula sunt illicita, & prohibita, *l. unic. C. de monopol.* Abb, *in cap. super quibusd. num.* 8. *de verb. signif.*

Secundò, monopolia in urbe fieri prohibuit Pius III. Bulla sua 15.

METUS.

PRimò metus reverentialis verborum, minarum, verberum, & hujusmodi est causa sufficiens ad rescissionem actus, Abb. *in c. causam matrimonii, de offic. deleg.* Bar. *an l.* 1. §. *quæ onerandæ ff. quarum retract. non datur,* Afflict. *dec.* 69. & Vinc. de Franch. *decis.* 119. *num.* 5. Bald. *in marg.* Innoc. *in ver. preces,* & Innoc. *in cap. petitio, de jurejur.* & Abb. *in c. cùm virum, num.* 8. *de Regul.* & quid de persuasione dolosa, vide Dyn. *in c. sciens, nu.* 8. *de reg. jur. lib.* 6. ubi dicit persuasionē plus esse, quàm violentam coactionem, & sic inducit rescissionem contractus, & habilitationem à juramento, ut patet vulgatis juribus.

Secundò, quando iste metus possit allegari à Regularibus ad rescissionem professionis, vide Navar. *in l. non dicatis, num.* 71. *& infrà, & in cap. statuimus,* 19. *quæstio* 3.

Tertiò

Tertiò, de quo metu debeat intelligi. Respondetur non de omni, sed quando metus est causa principalis, sine qua non fuisset contractum, nec emissum votum, vel professio; secus verò, quando esset metus reverentialis solus, gloss. *in c. præsentes, in ver. addo tertiò*, sed si comminationibus patris quis suscepit habitum Religionis, sufficit, Innoc. *in c. relatum, num. 3. de his quæ vi metusve causa fiunt.* & metus gravis, & non levis, irritat utrumque matrimonium, spirituale & carnale, Covar. *de sponsa. 2. p. c. 3. §. 6. num. 7.* & Caputaq. *de c. 221. p. 2.* dicit quando præcesserunt verbera, vel minæ, tunc sufficere metum reverentialem, Butr. *in c. 1. de sponsa. impub.* Soto *lib. 7. q. 2. art. 1.* Navar. *loc. cit. num. 21. notab. 20.*

Quartò, metu mortis negans Christum Dominum nostrum inter Turcas, vel alios infideles, an sit suspectus de hæresi, vel excommunicatus. Penga, *Schol. 22. & 42.* in Direct. inquisit. dicit quod non, vide *superius, in verbo, Casus in quibus, §. renegati, & §. apostata.* & Afflict. *in consti. Apostatantes, n. 6.*

MEDICI.

PRimò, Medici vocati ad infirmos, debent ante omnia inducere ipsos ad confessionem sub præcepto peccati, valet consuetudo in contrarium, *c. cum infirmitas*, & ibi Abb. *n. 1. & 7.* Bulla Pii V, *quæ est 3. f. 923.* cætera de Medicis, vide Navar. *c. 25. à n. 60. & infrà.*

Secundò, Medicus Principis vocatur illustris, ita Bar. *in l. 1. C. de comit. & Archiat.* Iason. *in rub. de procur.*

NEFANDUM CRIMEN.

CLericus committens nefandum crimen, pœnas quas pati debeat, vide Diaz *pract. Crim. Can. c. 20.* & alias impositas à Pio V. in Bulla relata à Navar. *in ca. 27. nu. 249.* & quomodo intelligatur illud verbum, *exercentes*, vide *ibidem*, & de pœna ipso facto incurrenda in foro interiori circa beneficiatos, videto quæ dixi *in ver. Privatio, §. in hac materia*, vide Afflict. *in Constitutione, Legum asperitas, numero 10. cum seq. tit. de adulter.* vide Abb. *in c. Archiepiscopatu, de rapt. nu. 1.* vide Prag. Regni, quæ est Ferdinandi, & incipit: *Hac lege nostra perpetuo.* Boer. *Dec. 316.* Corn. *consi. 77. lib. 2. lit. C.* vide Foller. *in d. Pract. num. 24.* vide Fabium de Mont. *in sua Praxi arbitraria, 4. p. de crim. Sodomit. fo. 199.* & quid faciat indicium ad torturam, an sola dispositio patientis, vide Foller. *ubi supr. num. 57.* & Boss. *in tract. crim. c. de indic. ad tortur. num. 160. f. 108.* & in hujusmodi crimine proceditur ex processu informativo, Fab. de Mont. *nu. 503.* adest alia pragmatica in Regno. incipiens, *Congrandissima ragione*, edita per Card. Granvellanum.

NOTARIUS.

PRimò, quomodo probetur quem fuisse Notarium, & alia quædam de Notariis, vide Inno. *in c. veniens, de verb. signif.* cætera de peccatis, & defectibus Notariorum, vide Sylv. *in ver. Tabellio*, & Nav. *ca. 25. à nu. 52.*

Secundò, Notarius an possit corrigere errorem suum in pertinentibus ad partes, vel ad substantiam contractus, respondetur quod sic in continenti, non ex intervallo, Bart. *in l. si faciat, ver. quandoque est. ff. de reg. jur.* Felin. *in c. litteris, ver. 1. num. 2. de fide instrum.*

NUNTII.

PRimò, Nuntii Apostolici an possint cognoscere de causis personarum, etiam ecclesiasticarum, Episcopis subjectarum? Respodetur, quod non nisi Episcopo priùs requisito, eòque negligente, & quod dixi de Nuntiis, idem de Legatis etiam à latere, & Gubernatoribus ecclesiasticis debet intelligi, fac. Concil. Trident. *sess. 24. ca. 20. §. Legati quoque, de refor.* & quomodo possint procedere contra Clericos bannitos, vel cum bannitis conversantes, vide Bullam Sixti V. quæ accumulativè de hac materia edita est.

Secundò, Nuntiis, seu Juratis Curiæ cum creditur, quando referunt se citasse de commiss. Judicis de stylo Rot. secus de jure. Felin. *in cap. 1. num. 13. vers. 4. conclu. de judic.* Caputaq. *dec. 245. p. 2. & decis. 266.*

Tertiò, Nuntii Apostolici, & alii non possunt à principibus, ad quos mittuntur procurare favores, aut uti illis ad obtinendas dignitates. Pius IV. *Bulla 124. quæ incipit, Et si Romanum.*

OBLATI.

PRimò, oblati, Conversi, & Monachi, qui dicantur, & discrimen inter eos, vide Panor. *in cap. non est, num. 1. de Regular.* & oblati perpetuò alicui Ecclesiæ sunt exempti, sicut & conversi, quia sunt assumpti ad sortem Domini, *capit. qui sunt. 12. quæst. 1.* Innoc. *in cap. recepimus, num. 3. de privileg.* & oblati dicuntur, qui se, & sua bona, nihilo sibi retento, monasterio obtulerunt, licèt habitum regularem, ut conversi, non recipiant, Nav. *cons. 94. de regul.*

Secundò, isti vocantur etiam Conversi, sed an admittantur ad electionem Prælatorum, vel an voveant continentiam, vide Gemin. *in capit. ex eo. §. in Ecclesiis, vers. quid de conversis, de elect. lib. 6.* quòd non.

ORDO.

SUMMARIUM.

1 *In ordinibus ecclesiasticis requiritur primò ætas.*
2 *Idoneitas scientiarum personæ, & natalium.*
3 *Series, & de gradus successorius.*
4 *Tempus, & ubi.*
5 *An ordinatus non servatis interstitiis, sine dispensatione, sit suspensus vel irregularis.*
6 *An surdus omninò possit promoveri ad presbyterium.*
7 *An requiratur tactus in ipsa ordinatione, id est, ut ordinatus in quolibet ordine opus sit, ut tangat vasa, libros, & alia instrumenta, quæ tangenda porriguntur in quolibet ordine.*

CIrca Primum, in prima tonsura, & aliis tribus minoribus requiritur ætas septem-

septem annorum completorum, *cap. in singulis, 77. distinct.* Sylvest. *in ver. etas, nume. 2.* in Acolytatu ætas duodecim annorum completorum, *d. cap. in singulis.* in Subdiaconatu ætas viginti duorum annorum, in Diaconatu vigintitrium, in Presbyteratu vigintiquinque, quos sufficit fuisse inchoatos, Navar. *ca. 25. num. 116.* Sylvest. *loc. cit. num. 4.* glos. *in Clem. unica, in ver. in decima octava, de etat. & qualit.* & si quis promoveretur ante istas ætates, esset suspensus ipso jure ab executione ordinis, & si interim exercet, esset irregularis, patet per omnes Scribentes, & vide *sup. in ver. dimissoriæ, ad quartum.* Reb. *tit. de clar. ad sac. ord. mi. prom. glos. 2. num. 1. & 2. capitul. fin. de tem. ordinat. lib. 6.*

Ad Secundum, in prima tonsura requiruntur quatuor. Primum, ut sciat rudimenta fidei, i. Doctrinâ Christianam, & ea, quæ sunt necessaria ad salutem: Secundum, legere, & scribere. Tertium, conjectura probabilis, ne faciat hoc initiandus causa vitandi judicii sæcularis. Quartum, quòd sit confirmatus, & de hoc Episcopi debent habere fidem authenticam, vel à compatrinis, vel à parocho. Conc. Trid. *sess. 23. cap. 4. de reform.* sed non requiritur, ut sit legitimus, Nav. *ca. 25. nu. 108.* licèt Rebuf. *in for. lit. prima, tonf. nu. 11.* dicat, quod debet esse legitimus, & Catechesis Neapolitana *lib. 1. cap. 7. num. 1.* & Vinc. de Fran. *decis. 189. n. 12.* & qui non haberet ista requisita, esset irregularis, Navar. *cap. 27. nu. 205.* Vide Anch. *in ca. nullus, nu. 2. de etat. & qual. lib. 6.* ubi dicit, Episcopum non posse dispensare cum penitus illiterato ad primam tonsuram, & hanc primam tonsuram potest Episcopus conferre subditis suis, etiamsi esset extra suam jurisdictionem, etiam sine consensu Episcopi territorii, cum sit jurisdictionis voluntariæ. Rebuff. *loc. cit. nu. 12.* & Cov. *lib. 3. cap. 20. num. 9.* licèt habeat difficultatem per *cap. de reformat.* Conc. Trid. *sess. 6.*

Ad Tertium, ad minores ordines promovendi ista debent observare. Primò, afferre Episcopo suo testimonium sui parochi de bonitate morum, & testimonium magistri scholæ, in qua erudiuntur, quatenus vacent literis Grammaticalibus, ibique sint assidui, *ead. sess. ca. 5.*

Secundò, isti minores ordines non debent dari omnes simul, nisi aliud videbitur Episcopo magis expedire, sed per temporum interstitia, *ead. sess. cap. 2.* & qui eos reciperet, vel omnes simul, vel duos, vel tres ab sque Episcopi dispensatione, esset suspensus ab exequutione, & si exerceret, esset irregularis. Ratio est, quia promoveretur ante tempus, ut patet *superiùs, in ver. dimissoriæ, §. 4.* Sixtus V. *in sua Bulla circa ordines*; tamen quia Gregor. XIV. revocavit eam, & reduxit illam ad terminos juris communis, & nec per sac. Con. Trident. nec per jus commune quis est suspensus, si ordinetur non servatis interstitiis, nec si minister efficeretur irregularis, Navar. *conf. 4. de temp. ordin.* & ideo cessat dicta doctrina, quod notare debent locorum Ordinarii, ne sint nimium indulgentes in conferendis his ordinibus simul, sed imitari sanctos Patres,

qui experiebantur Clericos, primò, dando primum gradum, & postea dabant alium, & memini Reverend. Archiepiscopum Compzanum dixisse mihi, Papam Grego. XIII. noluisse secum dispensare, nisi ad duos minores ordines una die, ad reliquos in sequenti, quamvis ille tunc promotus esset ad Archiepiscopatum. Tertium, præterea Concil. requirit quatuor requisita in ordinibus. Primum, ut serviant Ecclesiæ. Secundum, reverentiam erga superiores, & presbyteros, Hostien. *in sum. tit. de tempor. ordin.* §. *& qualiter, num.* 2. Tertium, crebriorem communionem, quàm antè. Quartum, bonorum morum exemplum, quæ omnia reperiuntur in sac. Scriptura, *Matth. cap.* 5. & Paul. *ad Tit. capit.* 2. *& in capitul. non oportet, 1. primò. 93. distinct. & in cap.* 177. *distinct. & in ca. tales*, 23. *dist.* recordentur etiam, quòd Christus Dominus noster non simul usus fuit istis quatuor ordinibus minoribus, sed distinctis temporibus, ut habetur ex Magistro Sent. *in* 4. *dist.* 24. videant Bullam Sixti V. de hac materia quæ satis urget.

Primum dubium, an quis posset sumere primam tonsuram, & quatuor minores, animo non ascendendi ad altiores gradus. Respondetur affirmativè, Navar. *cap.* 25. *n.* 108. ad Conc. respondetur, quod intelligitur, quando fieret in fraude vitandi judicii sæcularis, secus si velet quis servire Deo, contentus isto statu minorum ordinum.

Secundum dubium, an quis præsumendus sit hoc facere in fraudem, vel causa humilitatis, ut D. Franciscus de Assisio, & alter de Paula? respondetur quod cùm versetur in dubio, optimum est cons. Navar. *in tract. de Hor. Canon. c.* 7. *num.* 16. ut ad primam tonsuram & ad minores ordines non admittantur aliqui, nisi ipsi, vel si ipsi non sunt adulti, eorum parentes juraverint, se velle ad majores ordines ascendere: nam multi sunt, qui ut deludant utrumque forum, solùm accipiunt minores ordines, vel primam tonsuram, ut laxiorem ducant vitam, vide Covar. *pract. quæst. cap.* 31. *per quinque column. & capit.* 32. sed ad hoc providit Sac. Conc. *sess.* 23. *cap.* 6. *de refor.* & dictum est *in versi. Clericus*, & vide Catechis. Roma. *de Sacram ordin.* & an possint compelli per Episcopum Clerici ad sumendos alios ordines, vide *in* 3 *p. in ver. Ordo*, & Hostien. *in Sum. tit. de ætate & qualit.* §. *ordo, versi. circa hoc quæritur.* Quartò, requiritur idoneitas literarum, ut saltem intelligant linguam Latinam, Conc. *eod. lo. in princip. c.* 1. & hoc non potest esse, nisi fecerint dictata, seu Latinas compositiones per omnes regulas Grammaticales, & audierint aliquot lectiones humanitatis, quia tunc intelligitur lingua Latina aliquantulum, & notandum est verbum saltem ostendens, quod plus requireretur, & qui linguam Latinam ignorant, sunt irregulares, & Navar. *cap.* 27. *num.* 105. *notab. primo in fine*, & si quis promotus esset ad ultimum gradum ordinum minorum, non potest nisi post annum accipere Subdiaconatum, nisi necessitas, aut Ecclesiæ utilitas judicio Episcopi aliud exposcat, quo fit, ut si quis promoveretur ante dictum tempus sine Episcopi sui dispensatione, esset

esset suspensus ab exequutione, prout dixi *sup.* vide *ead. sess. c. 2. in ult.* contrarium est verius. Navar. *cons. 4. de temp. ord. prout dixi suprà*, quia licèt Sixtus V. aliter sensisset, tamen Greg. XIV. revocavit. Et quænam dicatur utilitas sive necessitas Ecclesiæ, vide *in 3. p. in ver. utilitas, sive necessitas Ecclesiæ*, & Host. *in Sum. tit. de ætate & qual. §. ordo, ver. circa hoc quærit.*

Tertium dubium, an prima tonsura, minoresque ordines possint conferri clerico conjugato, vide Anchar. *in c. cum nullus, nu. 3. de ætate & qualit. lib. 6.* & gl. *in c. conjugatus, in ver. ad sacros, de conversi. conjugat.* ubi videtur, quod non, nec beneficia retinere, *c. diversis factis, de cleric. coniug.*

Ad ordines sacros promovendi, primò ultra ætatem, ut suprà, requiritur examen sufficiens circa literas; patet hoc *dicta sess. cap. 12. in ver. dignos dumtaxat.* & *c. 14.* dicit diligenti examine præcedente, & *c. 13. ibidem*, vult ut instructi sint literis, & his quæ pertinent ad exercendum ordinem, i. ut sciant quænam pertineant ad illum, quem volunt suscipere, & ista idoneitas literarum est adeò necessaria, & de jure divino, quòd Papa non potest dispensare in eo, ut dicit Felin *in c. si quando, col. penult. vers. sed dices, de rescr. pr.* Gom. *in cap. 1. num. 113. de Constitut. libro 6.* Navar. *cap. 27. n. 105. notab. 2.* dicit Papam ratò, aut nunquam in hoc defectu dispensare directè, nec minus potest Episcopus, Selva *tract. de benef. 4. par. q. 7. num. 8. vers. 28. & fin. de temp. ordin. lib. 6. calliteratos*, 99. *distinct.* Diaz *pract. Crim. Can. c. 18.* Soto *4. Sent. distinct. 25. q. 1. ar. 4. concl. 3.* Asten. *lib. 1. tit. 3.* & ad summum in presbyterio requiritur & sufficit, ut sciat cantare, legere, construere, & intelligere verba illius idiomatis in quo est missaturus; gloss. *in Clem. 1. de concess. prab.* Gem. *in c. pauper. de præb. 6.* Navar. *in c. 1. §. caverat, num. 19. de pœn. distinct. 6.* sed Con. Trid. *sess. 23. c. 14. de refor.* plus requirit, nempe circa sacramenta ministranda, & ad alios docendum. Et ratio est, quia in promovendo ultra ætatem requiruntur scientia, & mores, scientia ad docendum, ætas ad gubernandum, mores ad instituendum. Gem. *in c. licèt Canon. notab. 3. de elect. lib. 6.*

Ad quartum, requiritur bonum testimonium, & sic sumitur informatio à Parocho cum commissione sui Ordinarii, factis publicationibus in Ecclesia Parochiali, quæ transmittitur ad Episcopum, ut *in eadem sess. cap. 5.* & ista informatio capitur; Primò, de natalibus si est legitimus. Secundò, de ætate. Tertiò, de morbis, ut si habeat aliquem defectum Cano. de quo vide *in tit. de corp. vit.* Quartò, de tit. si habet beneficium, seu pensionem, seu patrimonium, sive emolumēta, seu reddit⁹ in Ecclesia receptiva, prout dixi *superiùs in versiculo, dimissoriæ.* Quintò, debet eis imponi, ut inserviant Ecclesiis, quibus ascribentur, & licèt sacra Congreg. *declar. 139.* censuit neminem teneri deservire Ecclesiæ, in qua non habet Beneficium, & Abb. *in cap. auctoritate, numero 3. de institut.* posset intelligi, quando Ecclesiæ non fuerint adscripti, vel assiduè, vel sufficiat saltem diebus festis, & Dominicis,

icis, *argum. c.* 14. *ead. sess.* ubi curare debent Episcopi, ut promoti ad ordinem presbyteratus faciant sacrum saltem diebus festis solennibus. Sextò, prædicere eisdem dicere maximè si saltem cùm assistunt altari Dominicis & solennibus diebus, sacram communionem percipiant. Septimò, sumpto uno ordine sacro, non potest alter accipi nisi expleto anno, vel cum dispensatione Episcopi, & si secus, est suspensus, ut suprà. Hic oritur dubium, ubi trepidare vidi quemdam Reverendissimum Episcopum, cui ipse scripsi de hoc, dicit Conc. non debere assumi ad ordinem Presbyteratus aliquem, nisi ad minus annum integrum versatus fuerit in Diaconatu; ponamus quòd hoc Sabbatum quatuor temporum quadragesimæ veniat die decima Martii, & anno futuro die quintadecima Februarii, hic non est annus integer; ergo iste, qui vult promoveri, debet habere dispensationem sui Prælati, ut infra annum posset promoveri, vel expectare usque ad Sabbatum sanctum, sive ad Sitientes. Respondetur primò, annum non numerari Solarem, prout Plato *in Tymæo*, *colum.* 13. sed annum ecclesiasticum, qui computatur ordine Lunari, ut patet *l. prima*, §. *hoc interdictum ff. de aqua quot. & æstiu.* Gom. *in cap. cum multis, numero* 80. *de rescript. libro* 6. Et ratio est, quia annus numeratur multis modis, sicut dies apud diversas mundi Nationes & Provincias, ut notat Covar. *libro* 1. *cap.* 12. *var. resol.* Tiraquell. *de utroque retract. tit.* 2. §. *gloss.* 10. *à numero* 1. & per multa Archid. Io. Andr. & Gemin. *in cap. si propter, de rescript. libro* 6. & sic sufficit 4 quatuor tempora anni præsentis, quia dicitur annus integer ecclesiasticus. Fallit, si promovendus non haberet ætatem, nam tunc non sufficeret annus Lunaris, sed requiritur Solaris, *arg. c. licèt Canon, de elect. libro* 6. *c. commissa, ibidem.* Staph. *de lit. grat. fol.* 128. *numero* 2. vide præterea rationale divinorum off. *libro* 7. *capit.* 7. ubi habetur, annum Lunarem computari spatio duodecim Lunationum. Faciunt quæ notat Covar. *lib.* 3. *cap.* 4. *in princip.* ubi dicit, dictiones debere intelligi secudum usum magis communem provinciæ, & sensum magis vulgarem, sed annus ita intelligitur in partibus nostris. Facit quod dicit Anch. *in c. si propter, numero* 6. ubi dicit, quis dicatur annus vulgaris, vide *cap. quæsivit*, §. *festum*, & ibi gloss. & Abb. *numero* 4. *de verb. signif.* & *in c. majores, numero* 4. *de baptismo*, & Sozomenum *in histor. tripar. libro* 9. *capit.* 39. Accedit novissimè Illustriss. Cardinalis Cæsar Baronius *in observatione Martyrologii in ver. Luna*, ubi declarat, quare potiùs Ecclesia utatur anno Lunari, quàm Solari festivitatibus; vide Bedam *de temp. rat. ca.* 21. vide Gemin. *in c. si propter, vers. quæro qualiter, de rescrip. libro* 6, ubi vocat hunc annum, annum cæremonialem, & iste est qui incipit in festo, & finitur alio festo, & iste est apud omnes gentes, *cap.* 1. *de consec. dist.* 1. Aliud dubium, an possit quis promoveri ad ordines sacros ad titulum Ecclesiæ receptivæ: vide *superiùs in ver. dimissoria*, §. *ad quintum, vers. hic est dubium.* Aliud dubium, an Episcopus possit dispensa-

pensare cum clerico illegitimo ad quatuor minores ordines, & ad beneficia simplicia? Respondetur posse, *c.1. de fil. presbyter. lib.6. & ibi gloss. in ver. beneficium.* Navar. *cap.25.nu.69. & cap.27.num.101.* ubi dicit, quod solùm ad unum simplex beneficium potest Episcopus dispensare; Soto 4. *Sent. dist. 25. quæst. 1. art.3.col.2.* sed potest habere pensionem absque dispensatione Episcopi, & Papæ, Gom. *q.21. de ann. possess.* sed non in titulum, hæc in beneficiis, quæ patres eorum obtinent, vel aliàs obtinuerunt, nec beneficium in Ecclesiis, ubi eorum patres habet, vel habuerunt, nec etiam dissimile, nec in illis Ecclesiis ministrare, Conc. Trid. *sess.25.c.15. de refor.* ad ordines sacros solùm Papa dispensat, Doct. *loc. cit.* similiter ad Commendam, Gom. *q. 5. de trien. possess. col.13. in princ.* sacerdotii probatio non sufficit, nisi etiam de aliis ordinibus doceatur, Boer *decis.171. nu. 14.* sed vide *in ver. Bullæ, & in ver. dimissoria.*

Ad quintum respondetur quod non, nec de jure communi, nec per sac. Con. Trident. Navar. *consil. 4. de temp. ordin.* sed ego dicerem quòd peccat saltem, Nav. *consil.6. eod. tit.* nec urget Bulla Sixti V. quia fuit revocata, sed potest poni alia pœna, vel suspensio ab Episcopo.

Ad sextum respondetur quod sic, licèt peccet, Navar. *consil.6. de corp. vitiat.*

Ad septimum respondetur quod non, & ista est magis communis. Sot. 4. *Sent. d.24. quæst.1. art.2.* Navar. *consil. 3. de sacr. non iter.*

OECONOMUS.

PRimò, quando provideri debet in Parochiali vacante, vide *in ver. Parochia. §.2.* Et quis dicatur œconomus, dicit quod ille, cui res Ecclesiæ gubernanda mandatur, *l. jubemus, C. de sacros. Eccl* Glos. *in c. avaritiæ, in ver. œconomus, de elect. li.6.*

Secundò, quando in beneficio juris patronatus; vide *in ver. jus patronatus, §. 5. c. cum vos, de offi. ordin.*

Tertiò, ubi, & quando Episcopus ponit œconomum, vide *in ver. beneficium, §.3. consil.5.*

Quartò, quando possit eum ponere Capitulum, vide Rebuff. *tit. de devolut. nu.80.*

Quintò, quanto tempore duret œconomia, vide gl. *in c. nemo de election. lib.6. in ver. durante.* Navarr. *cap.25.num. 126.* ubi habet, quòd solum per sex menses, sed Rebuff. *loc. cit. num.77.* dicit, quod etiam ultra poterit durare, si de beneficio non fuerit provisum, ut quia adhuc vacat sedes Episcopalis, vel non sopitur lis, vel quid simile.

Sextò, an iste œconomus faciat fructus suos, Gloss. cit. dicit quod sic, sac Conc. Trid. *locis cit.* ponit hoc in arbitrarium Ordinarii, sed cum hodie omnes fructus tempore vacationis beneficii sint Reverendæ cameræ Apostolicæ, ut dictum est *in versi. beneficium, §. 7.* tantùm fructuum vacantis beneficii tribuitur œconomo, quantũ arbitrabitur Reverendiss. Nuntius Apostolicus pro servitio ita quod videtur satis arctata

pote-

potestas Episcoporum tradita à sa c. Canonibus & à sac. Trid. *sess.* 24. *cap.* 18. *de refor.* & aliis in locis, & audivi, & vidi solum assignari singulos aureos, pro singulis mensibus, & emolumenta currentia interim.

Septimò, œconomi, seu ministri Ecclesiarum non possunt alienare res Ecclesiæ sine consensu *Episcopi*, ita Conc. Aurelian. *tertium*, *Can.* 18.

Octavò, quando parochus, sive rector, sive quispiam obligatus ad residentiam adesse causa inimicitiarum, vide *in ver. privatio*, §. 4. *dub. primo.*

Nonò, quando parochus abesset causa infirmitatis, vide *in ver. residentia*, §. 9.

Decimò, quoties vacet aliquod officium, sive dignitas, potest Episcopus in ea, sicut in prædictis omnibus ponere œconomum, sed dubium est an iste œconomus debeat habere eundem locum in ordine, quem habebat, in cujus locum ille fuit constitutus œconomus? respondetur quod sic, per regulam *de subrogatis*, ita tenet Addit. *ad quæst.* 90. *Cap. Tolos.*

Undecimò, œconomo, seu Vicario dato Ecclesiæ parochiali vacanti, quæ portio fructuum est assignanda? Respondetur, quod non omnes fructus, sed congrua merces, nec Episcopus potest ei omnes fructus assignare, nisi quando essent necessarii, ut putà, quia exigui & tenues. Navar. *cons.* 5. *de offi. ordin.* Conc. Trid. *sess.* 24. *cap.* 18. *de reform.*

ORGANUM.

SUMMARIUM.

1 *An res sit laudabilis.*
2 *Quo tempore incepit eius usus in Ecclesia Dei.*
3 *Quid in eo cavendum.*
4 *Quid significet.*

AD primum, organa in Ecclesia Dei satis sunt ornamento & adjumento, quia David, & Prophetæ sæpè sæpius meminerunt de hujusmodi instrumento. Præterea quia prodest, ubi sunt pauci canentes in Choro.

Ad secundum, non est res adeò antiqua in Ecclesia Dei, ita Cajet. 2. 2. q. 91. *art.* 1. *ad* 4. Navar. *de hor. Canon. cap.* 16. *num.* 46. dicit, quòd tempore D. Thomæ Aquinatis hujusmodi usus nondum fuerat introductus in *Ecclesia*.

Ad tertium, sacr. Concil. Tridentinum *session.* 22. *ca. quanta cura*, § *ab Ecclesiis*, ita decernit. *Ab Ecclesiis verò musicas eas, ubi sive organo, sive cantu lascivum aut impurum aliquid miscetur, locorum Ordinarii arceant*, & Navar. *loco citato num.* 42. & 43. dicit, non debere cantari, Credo, & Gloria, in organo diebus festis, sed voce, & quoad Symbolum Nicænum, ita observabat Illustrissimus Carolus Borromeus Archiepiscopus Mediolanensis, & Iosephus Donzellus Archiepiscopus Surrentinus, & hoc non sine ratione, quia ita simplices possunt addiscere articulos fidei, cùm frequentiùs eos audiant decantari, ita Conc. Tolet. 3. *Can.* 2. & Conc. Agthen. *capit.* 9.

Ad

Ad quartum, Iacobus Valent. *in exposit. Psalm. 3. col. 3. litera D.* dicit, Organum significare corpus Ecclesiæ mysticum, quia sicut Organa habent diversas voces, quæ tamen omnes sunt ordinatæ sub una quadam proportione, & melodia: ac omnes qui sunt diversa membra, subordinantur sub uno capite Christo, juxta illud Pauli, *Caput nostrum Christus est, & nos sumus invicem membra de membro*, D. Paul. *primæ Corinth. cap. 14.*

ORATORIUM.

ORatorium quid sit, & discrimen inter ipsum, & Ecclesiam, an possit fundari absque consensu Episcopi, an habeat immunitatem ecclesiasticam, ut in eo possit celebrari, vide Anchar. *in cap. auctoritate, num. 2. de privileg. libro 6.* vide *ver. Missa*, §. 2. *conf. 4.*

PAPA.

PRimò Papa incipit summum Pontificeatum à die benedictionis seu Coronationis, nam priùs dicitur electus, gloss. *in Proœm. Clem. in ver. Pontificatus*, & ibi Abb. *num. 9.*

Secundò, Papa non potest reddi suspectus, ne recusari. Hostiens. *in cap. querelam, de elect.* ut refert Abb. & ibi Felin. *in cap. inquisitionis, num 14. de accusat.* nec licet ab eo appellare ad futurum Concilium, sub pœna excommunicationis Bullæ Cœnæ Domini: sed nec posset ab eo appellari ad præsens Concilium, si nunc temporis celebraretur. (*Hæc qualiter sint intelligenda docet rectè Azor in 2. p. institutio nummoralium lib. 4. c. 52. dub. 2.*

PAROCHIA.

SUMMARIUM.

1. *Quæ requirantur ad hoc, ut aliqua Ecclesia sit Parochialis.*
2. *Quomodo ei provideatur, & quo ordine.*
3. *Ad quid teneatur Parochus.*
4. *quot limites ipsius.*
5. *Quid circa oblationes.*
6. *Quomodo uniantur, & multiplicentur.*
7. *Quando dandi sint Parocho Coadjutores, vel Socii.*
8. *Quod juramentum præstare debeat Parochus suo Episcopo.*
9. *Quæ requirantur in erectione novæ Ecclesiæ Parochialis.*
10. *An Parochiani possint instare contra suum Parochum.*

AD Primum, Parochia est Ecclesia, ad quam convenit populus ad recipienda Sacramenta, & ad audienda sacra diebus festis, debentur ei decimæ & oblationes, ibi sunt sepulturæ, ibi audire debent Parochiani verbum Dei, & rudimenta fidei, & hæc omnia probantur *in Clem. unica, de bap. & ejus effect. cap. omnis utriusque sexus de pœnit. & remiss. c. Capellanus, de feriis*, Conc. Trident. *sess. 24. c. 8. de refor. matr. ca. unico, de sac. unct.* & Conc. Trid. *sess. 24. c. 13. in fine, & c. 4. & c. 7. de reform. c. ut dominicis; de paroch. & in toto titulo, de decim. & in titulo, de sepult.* quib. habes quænam sunt jura Parochialia, & quænam sunt ea, quæ

constituant Ecclesiam Parochialem, vide Innocent. *in rubric. de paroch.* & Abb. *ibi numero* 2. hinc fit, quòd Ecclesia non dicitur Patochialis ex eo solum quòd ibi reperitur fons Baptismalis, *Clem. unica, de Baptis.* Gom. *quæstio* 2. *in reg. de idiom.* Staph. *de lit. grat. fol.* 79. *num.* 4. nec si est fons baptismalis, & sepultura, sed tria saltem simul conveniat oportet, ad hoc ut Ecclesia dici possit parochialis. Primò, fons baptismalis. Secundo, sepultura. Tertio, cura fori pœnitentialis, & quòd unum tantummodo habeat Sacerdotem, *cap. sicut in unaquaque* 21. *q.* 2. Card. *in Clem.* 1. §. *fi. de relig. dom.* Gom. *in dict. quæst.* & quòd ad probandam Ecclesiam esse parochialem, requiritur tempus non minus quadraginta annorum, & e contra, Gom. *de grat. expect. numro* 64. & in his habet solùm locum *c. licet Canon. & in cap. commissa, de elect. libro* 6. Concil. Trident. *sess.* 7. *cap.* 12. *de reform.* Diaz. *in Pract. Crim. Can. c.* 48. Selva. *tract. de benef.* 3. *p. quæst.* 42. *num.* 3. *& infrà*, Navar. *cap.* 25. *num.* 118. *not.* 8. *&* 9. vide Oldrad. *consil.* 203. *incipiens. Factum tale*, & Felin. *in capit. nostra, in* 10. *corollario de rescript.* vide Abbat. *in ca.* 16. *de sepult. & in cap. extirpandæ*, §. *qui verò, num.* 10. *&* 11. *de præb.*

Ad secundum, cùm Parochialis Ecclesiæ vacatio contigerit, statim in ea Ordinarius habita notitia vacationis, Vicarium, seu œconomum cum congrua ejus arbitrio fructuum portionis assignatione constituat, qui onera ipsius Ecclesiæ sustineat, donec de Rectore provisum fuerit Concil. Trident. *sess.* 24. *cap.* 18. *de reform.* Porrò Ordinarius ponet edictum publicum ad valvas Ecclesiæ cathedralis, seu Parochialis vacantis intra triduum, quo vocantur omnes, qui volent examinari, trâsacto constituto tempore, omnes qui venerunt ad concursũ, examinentur coram Ordinario, & examinatoribus Synodalibus, non paucioribus quàm tribus, & qui examinatorum judicio magis idoneus reperietur, Ecclesiæ præficiatur, Conc. *loco citato*, hoc est, primum dubium.

Primum, quanto tempore edictum debeat manere affixum ad Ecclesiæ valvas, Respondetur quòd Conc. videtur innuere, quòd per spatium decem dierum. Vel secundò potest dici, quòd hoc est arbitrium Judicis, & à simili dicit Bartol. *in Extravag. Ad reprimendum, in ver. publica*, & edictum ipsum priùs debet legi publicè, & postea affigi, vide Marant. *6. par. memb.* 1. *nu.* 96.

Secundum dubium, an sit necessarium hoc edictum, & concursus ad examen, & videtur quòd non, quia Conc. *loco citato*, dicit, si Episcopo, aut Synodo Provinciali pro regionis more videbitur magis expedire, per edictum etiam publicum vocentur, & c. ergo videtur hoc necessariò fieri, tamen Pius V. *Bulla sua* 32. *fol.* 972. & Sac. Congr. *declar.* 71. censuit, collationem Parochialis factam sine examine per concursum, esse nullam & irritam, & præfatas parochiales eo modo collatas vacare, earumque collationem ad Sedem Apostolicam spectare. Adde, si collatio pertineat ad Ordinarium, infra sex menses, si ad Papam, infra quatuor, si juris sit patronatus, infra duos, à die confectæ examinis, fieri debere, ita *in dicta Bulla*

Bullæ, quæ incipit, In conferendis.

Tertium dubium, an hoc edictum, seu hic concursus poterit differri ultra decem alios dies: & videtur quòd non; quia Concil. ita disponit: tamen Pius V. *Bulla citata*, & Con. Cusent. *Provinc. sess. 3. fol. 75.* & Mediol. *fol. 9. col. 1.* disponunt, quòd decem dies, ultra alios decem dies, poterit prorogari, sed non ultra. Facit quod notat Gem. *in cap. cupientes, §. quod si per viginti, notab. 1. de elect. libro 6.* de dilatione. Sed posset quæri an posito edicto ac elapso 1. & 2. decennio, si quis est legitimè impeditus, & non potest concurrere, possit protestari ut prorogetur plus. Respondetur ex Gloss. & Gemin. *in cap. cupientes, §. quòd si per viginti, versic. nota istam gloss. de elect.* quòd sic à simili text. nisi mora fuerit longa, quia vacatio dicitur Ecclesiæ periculosa, prout dicitur *inferiùs, versic. nonum dubium*, quòd idem affirmat, *ibi §. insuper, vers. & etiam Doctores*, quòd nota pro practica.

Quartum dubium, an hoc locum habeat in parochialibus reservatis Sedi Apostolicæ? Respondetur affirmativè, per *dicta Bulla*, idem si esset affecta, vel reservata generaliter, vel specialiter, etiam vigore indulti, seu privilegii, in favorem *S.* Romanæ Ecclesiæ, Cardin. Abbatum, vel Capitulorum, etiam per obitum, seu resignationem in Curia, *loco citato*, *declar.* sac. Congreg. 266. etiamsi ad Patriarcham pertineat collatio, & Parochialis vacaret in Diœcesi Episcopi, qui est Provinciæ ipsius Patriarcha, *declarat*, 174. Selva. *loco citato*, 3. *p. quæstio* 33. *num.* 3. *arg. cap. regenda.* 10. *qu.* 1. *cap. perlectis*, *ver. ad Episcopum*, 25. *dist.* Decis. Rotæ 4. *de conces. præb. in noviss. cap. omnes Basilicæ*, 16. *quæst.* 1.

Quintum dubium, utrùm sit ponendum edictum, & debeat fieri concursus ad parochialem resignatam in Curia? Videtur quòd sic, quia Conc. non distinguit, tamen oppositum est veriùs, ita censuit sacr. Congregr *declar.* 89. ubi dicit, verba Concilii, quòd vacantiæ omnes, etiam per resignationem examine per concursum facto, ab ordinario debent conferri ei, quem judicaverit aptiorem, non habet locum in resignationibus factis in manibus *Papæ* in favorem. Ratio decisionis est, quam affert *Clem. unica, de rer. permut.* modò adsit idoneitas, & sufficientia personæ, in cujus favorem facta est resignatio, *c. si pauper clericus, de præb. libro 6.* Staph. *de lit. grat. in 6. form. expect. num 2. & in form. 9. à num.* 13. secus verò non.

*S*extum dubium, an hoc habeat locum in resignatione facta coram Ordinario? Ad hoc respondetur primò, quòd nullæ resignationes beneficiorum possunt hodie admitti coram Ordinario per Bullam *Pii* V. nisi cum quibusdam conditionibus, prout *inferiùs in versiculo resignatio. S*ecundò, quòd etiamsi admitterentur, non possunt admitti nisi simpliciter, & non in favorem certæ personæ, prout dicam *loco citato*, tamen quicquid sit, dico quòd si resignatio facta esset simpliciter, idem erit observandum, scilicet cum edicto & examine per concursum, si in favorem certæ personæ, tunc dicendum, prout dixi in resignatione facta in manibus Summ. *Pontif.* &

ita censuit sac. Congregre. *declarat.* 394. in hæc verba: *Scribantur litteræ ad Episcopum Aurienſem, in reſignatione facta in favorem certæ perſonæ, non eſſe neceſſarium examen per concurſum, ſed ſatis eſſe reſignatorium, ab examinatoribus in Synodo deputatis, ſimul cum Ordinario probari idoneum*; & hoc confirmatur per rationem *dictæ Clem. c. ſi beneficia de præbend. libro 6.* nec debet fieri concurſus, in proviſionibus factis in forma digna, *declarat.* 326. nec in proviſione facta alicui familiari Papæ, qui de conceſſione ejuſdem examinatus & approbatus fuit Romæ, *declarat.* 281.

Septimum dubium, verum quando Parochialis eſſet juris patronatus, debet fieri edictum & examen per concurſum, prout ſuprà? Reſpondetur negativè. Conc. *loc. citato*, §. *ſi verò*, ubi diſponit, Epiſcopum debere inſtituere ſine edicto, & concurſu, eum quem digniorem inter probatos ab examinatoribus judicabit, & ita cenſuit ſacr. Congr. *declarat.* 288. in hæc verba: *Examen per concurſum non debet fieri in vacatione Parochialium, quæ ſunt juriſpatronatus laicorum, ſed ſufficit, quòd deputatus à patronis examinetur ab examinatoribus Synodalibus, & inſtitutio debet fieri infra bimeſtre à die præſentationis confecto examine, Bulla cit.*

Octavum dubium, an hoc habeat locum in Eccleſia parochiali; quæ actu non habet parochianos, reſpondetur, prout *in verſi. beneficium.* §. 4. *circa ultimum.*

Nonum dubium, ſi plures fuerint examinati per concurſum, tamen fuit admiſſus unus, & alter rejectus, qui prætendit proviſum fuiſſe minùs idoneum, & appellaret, quæritur primò, an iſta appellatio debeat admitti. Secundò an ſuſpendatur exequutio per hanc appellationem. Reſpondetur primò, quòd Concilium videtur admittere appellationem, & devolutionem, ſed non ſuſpenſionem executionis. Reſpondetur ſecundò, Bullam citatam admittere appellationem illius, qui fuit rejectus, vel ad metropolitanum, vel ad antiquiorem Epiſcopum, ſi primus collator, vel erat Metropolitanus, vel exemptus, vel ad Papam, ſed interim proviſio debitæ mandetur executioni, & pendente appellatione proviſus ab Eccleſia non removeatur. Sed an hoc habeat locum in collationibus omnium beneficiorum, verbi gratia, duo litigant de quodam beneficio, fertur ſententia pro uno, alio appellante, an poſſit judex, non obſtante appellatione, ponere in poſſeſſionem appellatum, id eſt, illum, qui habuit ſententiam in favorem, & videtur quod ſic, ad hoc ne beneficium diu vacet poſſeſſore. vide Capit. Toloſ 400. & ibi Addit. faciunt *cap. ne pro defectu de elect.* & ea diximus *in ver. œconomus*, §. 10. *& in ver. benef.* §. 3. *con.* 5. Ratio eſt, quia vacatio eſt periculoſa Eccleſiis, *cap. qui poſſit, de elect. libro 6.* & quia appellatio non debet differre rem perituram tempore, quia multa poſſent medio tempore perire Eccleſiis, ſi non adeſt adminiſtrator. Præterea, quia poterit apparere appellatio non legitima, & ſic rata remanebit ſententia vel proviſio, ita firmat Gemin. *in cap. avaritiæ, verſ. quid ſit confirmatio,*

eodem

eodem titulo, & lib. & verſ. ſed quid ſi eſt appellatum, diſputat, an teneat iſta poſſeſſio, & tenet ex multis quod ſic, maximè ſi fuit poſitus in poſſeſſionem antequam inhiberetur à Judice ad quem, quod corroborat ex multis Doctoribus, facit *c. quam ſit, eodem titulo, & libro ca. cupientes, eod.* ubi vocat periculoſas iſtas vacationes, idem confirmat *in ca. fin. ver. ſed dicit Lapus, de elect. lib. 6.*

Decimum dubium, qua praxi uti debeat Ordinarius in hoc concurſu? Repondetur ex Concilio *loco citato*, §. *tranſacto*, inſtanti die præfixâ conveniunt examinatores coram Ordinario & ipſi examinandi una cum notario ſolùm in loco ſecreto, & ibi examinantur factis interrogationibus ſedulò ſuper Sacramentorum adminiſtratione, & ex majori parte ſuper practica, propoſitis etiam aliquot caſibus conſcientiæ, his ſic actis, omnia ſcribantur quæ acta ſunt ſeriatim, & examinatis excluſis, fit ſcrutinium, inter examinatores, & Ordinarium, utrùm ſint omnes æqualiter idonei, vel unus magis, quia ſi primum Epiſcopus eligeret, quem voluerit, & hic poteſt cadere gratificatio, ſi ſecundum illum eligeret, qui eſt magis idoneus, ſed ubi eſſet tanta presbyterorum penuria, quia non pollerent tanta idoneitate in tali re, id ageret, quod commodius & melius agi poterit, Epiſcopus. Ita ſacr. Congreg. *declarat* 488. *in meis*, Epiſcopo Piſtonenſi. Quod ratione poteſt comprobari, nam Gemin. *in c. ubi periculum*, §. *cæterùm*; *ver. quæro quia, de elect. libro 6* dicit, quis dicatur idoneus. Solutio, dic, quòd idoneus dicitur ſecundùm quod humana natura concedit poſſibilitatem, quia ſecundùm celſitudinem dignitatis nullus inveniretur, *cap. non vos*, 40. *diſtinct.* nam plus in uno quàm in altero requiritur ſufficientia, ſive idoneitas, poſtmodum proceditur ad capiendam informationem, ubi talis praxis eſt ſervanda, quando collatio pertinet vel ad Ordinarium, vel ad alium, puta ad ſummi Pontifi cis obſervationem, vel devolutionem, vel ad alium, facto examine, capitur informatio, pro qua vel mittitur unus ex examinatoribus, vel committitur alicui presbytero probatæ vitæ, & prudenti, quæ capi debeat de ætate, quæ debet eſſe viginti quinque annorum, *cap. 12. ſeſſ. 24. in principio.* Navar. *cap. 25. num. 116.* quæ ætas etiam requiritur in Commenda curata, Gom. *in quæſt. 5. colum. 3. de idiom.* Gemin. *in cap. nemo, in . notab. de elect. lib. 6. & ibi gloſſ. in verb. Sacerdotio.* Secundò, de morib. & doctrina (ſed de hac in examine. Quartò, de prudentia, ita Innocent. *in c. dudum, num. 2. de elect.* &c. his peractis, Ordinarius faciat collationem. Si verò ad Papam, vel ad alios collatio, ſeu inſtitutio pertineat, Ordinarius ei mittat, vel copiam examinis facti per concurſum, & informationem clauſam & ſigillatam, vel ſolam approbationem, fidem, ſeu teſtimonium tam examinis, quàm informationis munitam ſubſcriptione, & ſigillo ipſius Ordinarii, & examinatorum, *capitulo, poſt ceſſionem, & ibi gloſſa in verſ. lutteras, de probat.* & ita vidi practicari, & practicavi multis vicibus. Si verò inſtitutio ab alio, quàm ab eo Epiſcopo erit facienda, tunc Epiſcopus ſolùm ex dignis eligat digniorem, vel eum, qui ſibi fuit oblatus à patrono, quem patronus ei præſentet, qui inſtitu e-

re debet jam approbatum, & examinatum ab Ordinario, ita Conc. *loc. cit. §. cùm verò institutio. &c.*

Undecimum dubium, apprimè caveant ipsi concurrentes, ne quicquid prorsus hujus occasione, nec antè, nec pòst dent examinatoribus, nec ipsi accipiant, alioquin simoniæ vitium utrique incurrunt, à quo non absolvuntur, nisi dimissis beneficiis, quæ antè habebant, & sunt inhabiles ad futura; ita Conc. *ibi, §. caveant*, cum quibus, an, & quando possit Episcopus dispensare, vide gloss. *in cap. de simoniac. in ver. remanere, & in cap. ex insinuatione, in vers. elegerunt, de fin.* Ioann. de Selva. *tract. de benef. tertia par. quæst. 31. numero 4.* Navar. *cap. 25. num 112. & cap. 23. nu. 110.* Sylvest. *in vers. simonia. §. decimotertio*, Rebuff. *in pract. de benef. in titul. quot modis beneficia acquirantur, numero 9.* tamen si acciperent quid modicum, ut puto valoris trium Carlenorum, sive Iuliorum, non inciderent in labem simoniæ, quoad forum conscientiæ, modò hoc non accipiant, ut faveant examinando, sed gratiosè, cùm fuerit alias idoneus. Navar. *consilio quinquagesimotertio, de simonia.*

Duodecimum dubium, an concursus debeat fieri in Ecclesia receptiva, ubi sunt plures Sacerdotes, tamen unus est eorum caput, putà Archipresbyter, ubi est cura animarum? Respondetur, quod sic, vide *superiùs in vers. benef. §. quarto, versic. dico quartò principaliter, dub. primo.* qui alibi vocatur Archipresbyter, sive Parochus, vel Plebanus, vel Rector, vel Curatus, Navar. *in capit. primo, in gl. numero nonagesimoquarto, & & infrà, de pœnit. distin. sexta.* Hoc valet in terminis, de quibus dicitur, & practicavi, & practicatur, ubi cura animarum residet penes ipsum Archipresbyterum, vel quocunque nomine censeatur, secus verò, ubi sunt plures, ut Collegium, & ibi est unus Rector, ut caput, & Canonici, vel Hebdomadarii, ut membra: nam tunc non requiritur edictum, vel examen, prout in Parochiis, & ita servatur Beneventi: & Neapoli, *in cap statutum, & ibi glossa in vers. collegiatus.* Gemin. *in vers. quæro an semper, de elect. libro sexto*, ubi text. vult, quòd assumptus ad Ecclesiam collegiatam, ut Rector, vel caput, licèt illa collegiata curam habeat animarum, & licèt habeat parochialem, non subest, *capitulo licèt Canon. eodem titulo, & libro*, tamen vide ibidem Gemin. *versiculo, & hæc faciunt*, ubi in favorabilibus veniunt ista appellatione parochialium, & exemplificat in Archipresbyteris Ferrariæ, & Mutinæ tempore Interdicti.

Ad tertium, parochi officium est. Primò prædicare, secundò, exponere ea quæ in Missa leguntur, Tertiò, declarare decretum matrimonii, idque observare. Quartò, pueros rudimenta fidei, & obedientiam docere. Quintò, vim & usum Sacramentorum exarare populo. Sextò, sacra eloquia & salutis monita explanare, Septimò, jejunia, dies festos, & alia populo commendare. Octavò, oves suas agnoscere, pro his sacrificium offerre, Sacramenta administrare & bono exemplo pascere. Nonò, pauperũ & aliarum miserabilium personarum curã

paternam

paternam gerere. Decimò, *Missas* frequenter celebrare. Undecimò, in suis Parochiis residere. Duodecimò, hospitalitatem servare. Decimotertiò, libros habere, videlicet. Primum librum baptizatorum, secundum, Confirmatorum, tertium, Matrimoniorum contractorum, quartum, numerum animarum suæ parochiæ omnium, quintum, ubi scribat omnes ordines, instructiones, & edicta facienda indies ab Ordinario circa ea, quæ pertinent ad officium suum, & ubi scribantur omnes pueri, & puellæ ad doctrinam Christianam convenientes. Librum etiam, in quo scribantur omnes, qui in suis moriuntur parochiis, nomina, cognomina, & dies, ista omnia habes in Concilio Tridentino variis locis, quæ brevitatis causa omittuntur, & per se quisque videre poterit, & in Conciliis Mediolanensibus, *fol.* 202. *& folio* 13. & in Conciliis Benevent. *de sepult. cap.* 3. & præcipuè debet invigilare, utrum Paschæ tempore omnes confiteâtur peccata sua, & communicent, prout *in cap. omnis utriusque sexus, de pœnit. & remiss.* & si qui defuerint, facta octava, renuncient Ordinario, & si in parochia vigeret aliquis concubinatus, & peccatum usuratum, & huiujmodi circa infirmos, ut confiteantur peccata sua, antequam medicinam suscipiant, *in c. infirmitas, eod. titulo*, Bullæ Pii V. quæ est. *fol.* 924. & multa alia, quæ brevitatis causa omittuntur, & qui extra parochiam tempore Paschatis confessi fuerint peccata sua, vel communicaverint, petat ab eis schedulam, sive tesseram, vel aliam probationem. Navar. *in cap. pen.* § *sacerdos, num.* 86. *de pœnit. distinct.* 6. & ita observatur in bonis Cathedralibus.

Ad quartum, fac. Conc. Trident. *sess.* 14 *cap.* 9. *de refor.* ait, jure optimo fuisse distinctas parochias, ut quisque suarum ovium curam haberet, ordo Ecclesiasticus non confundatur, nam omnia, quæ à Deo sunt, ordinata sunt, D. Paul. & Dionys. Areop. *de Eccles. & cælesti Hierarch.* ad hoc facit, *in cap.* 1, 13. *quæst.* 1. *cap. pastoralis, de his, quæ fiunt à prælat.* & hoc convenit etymologiæ vocabuli, quia Parochia Græcè, Latinè portionem cutæ significat, Abb. *in dict. Rub. numer.* 1. Selva, *tract. de benef.* 3. *p. quæst.* 42. *num.* 3. Gemin. *in cap. licèt, Canon. de elect. in* 6. Roman. *in cons.* 356. & hac ratione Conc. Trident. *sess.* 24. *capitulo* 13. § *in iis.* præcepit, quòd ubi Ecclesia parochialis certos non habet fines, sed promiscuè petentibus Sacramenta administrantur; ut distincto populo, unicuique suum perpetuum peculiaremque parochum assignent Episcopi, vide Abb. *in repetit. dict.* §. *quis vero, numero* 10. *cap.* 1. 80. *distinct. & cap.* 7. 99. *distinct.*

Ad quintum, oblationes, quæ fiunt in parochia, sunt Parochi, & quæ fiunt capellæ, vel picturæ sitæ intra limites parochiæ Sacerdoti, Rectori, seu Parocho illius parochiæ competunt: vide Sylv. *in ver. decima, num.* 5. §. 2. *ver.* 3. & Angel. *in ver. Ecclesias.* §. 9. Abb. *in cap. nimis, numero* 3. *de excess. prælat. & in capit. pastoralis, numero* 2. *de his quæ fiunt à prælat. & rubr. de paroch. num.* 3. *& in cap. quoniam, num.* 2. *de deci. & in cap.* 1. *num.* 4. *de statu monach.*

Ad sextum, fac. Con. Trident. *sess.* 21

cap

cap. 4. de reform. §. in iis verò, disponit, quòd ubi ob locorum distantiam, sivè difficultatem parochiani sine magno incommodo ad percipienda Sacramenta, & divina officia audienda accipere non possunt, novas parochias etiam invitis rectoribus, constituere possint Episcopi tanquam Sedis Apostolicæ delegati. idem decretum erat primum *in cap. ad audientiam de Eccles. ædif.* Abb. *in cap. 2. num. 7. de decim.* De portione verò assignanda presbyteris præficiendis Ecclesiæ noviter erectæ, disponit sac. Congr. *loco citato, §. illis autem*, quòd aut sumatur ex fructibus Ecclesiæ Matricis, aut compellatur populus ad eam subministrandam. Idem *sess. 24. de reform. cap. 13.* Abb, *in cap. novum genus, num. 7. de decim.* & hoc est de jure divino, & naturali, D. Th. *2. 2. quæstio 87. à numero 1. in corpore, & ad quartum*, Covar. *libro primo, capi. 17. num. 2. & 4. vers. quarta ratio, var. resol.* Turrecrem. *in capitulo, omnis Christianus, de consecrat. distinct. prima*, Selva *loco cit. quæstio quinta, numero 168.* Secundò de unione parochiarum, vide *in ver. unio*, §. 1. & de earum reparatione, *in ver. visitatio*, §. 6. *dubio 9.*

Ad septimum, sac. Conc. Trident. *sess. 21. cap. 6. de reform.* dicit, quòd Episcopi tanquam Sedis Apostolicæ delegati Rectoribus Parochialium imperitis, & minùs aptis dare debeant coadjutores, vel Vicarios pro tempore, & assignare eis partem fructuum pro sufficienti victu, vel aliter providere, & hoc potest Episcopus, etiam in Parochiis exemptis, propter identitatis rationem. Parochus etiam teneretur quemcunque habere socium, Sed *loco citato, num. 168. & 174.* & quando propter populum numerosum, sac. Concilium Tridentinum, *loco citato, §. 4. de reform.* & quando propter sensum, vel valitudinem, vel aliam causam, vide Dyn. *in cap. 1. numero 47. de reg. jur. libro 6.*

Ad octavum. Primò jurabit quòd præstabit obedientiam ipsi Episcopo, & sanctæ fidei Ecclesiæ. Secundò, quòd servabit mandata ipsius. Tertiò, quòd serviet Ecclesiæ cui præfigitur. in spiritualibus. Quartò, quòd personaliter residebit. Quintò, de non se transferendo ad aliam Ecclesiam, sine ipsius Episcopi licentia, facit *Extravagans execrabilis.* Sextò de conservando jura, & libertates ipsius Ecclesiæ. Septimò, de non alienando bona Ecclesiæ, imò alienata si quæ sint, recuperando; & alia quædam, non tam necessaria, quàm ista prædicta habes in Rebuff. *in pract. benef. in for. coll. & provis. Ord. à num. 2. usque ad 11.* quando teneatur ad fidei professionem, vide Conc. Trident. *sess. 24. cap. 14. reform. & in ver. fidei professio.* Hostien. *in Summ. tit. de major. & obed. §. sub qua forma, num. 5.* Octavò, provisio de beneficiis curatis à Papa, seu de Vicariis perpetuis, tenentur ad juratotiam fide jussionem de residendo, Pius IV. *Bul. 87. quæ incipit, Inter multiplices*, cætera vide *in Additionibus magnis.*

Ad nonum, vide Rebuff. *in titulo de erect. in Curatam, & Parochialem*, ubi habes omnia requisita.

Ad decimum, vide Panorm. *in cap. super, numero 1. de statu Monach.*

PAR O-

PAROCHUS.

PRimò, potest audire confessionem sui parochiani, etiã extra suam paroch ã, & extra suam Diœcesim, Sum. *Sacram. 9.151.* Sylvest. *in verſi. confeſſor, 1. num. 12.* Armilla *in ver. Confeſſio, num. 34.* Gom. *in c. 2. §. ſtatuto, n. 57. de Conſtit. lib. 6.* Capyc. *dec. 203. num. 15.* Anch. *in c. ea qu, nu. 2. de reg. jur. lib. 6.*

Secundò, an parochus possit abesse à sua parochia sine licentia Episcopi per duos menses, vide *in ver. privatio*, §. 4. *dub. 2.* ubi habetur quòd sic.

Tertiò, an possint esse duo Curati seu parochi in solidum in una parochia, vide Reb. *pract. tit. de non prom. in an. nu. 69.* ubi dicit, quòd non, nisi essent duæ parochiæ in una, & partita Cura, auctoritate Papæ.

Quartò an parochi, & Rectores teneantur habitare in domo parochialium ipsarum, vel prope, vel intra limites Parochiæ? Respondetur à sac. Cong. in facto pro Civitate Bononiæ, *declar. 515.* in hæc verba, *Congr. Conci. censuit, rectores parochialium debere residere in domo ipsarum parochialium, quod si parochiales domos non habent, tunc in alia domo, quæ sit intra limites parochiæ, aut saltem ita vicina parochiali Ecclesiæ, ut inde commodè possint per seipsos ei inservire.*

Quintò, parochiani, seu populus an teneatur custodire, & defendere suum parochum? Respondetur, quòd sic, ita sac. Congr. *declarat. 141. in meis,* in hæc verba; *Populo, qui potuit obviare mortiejus parochi, perpetratæ in Ecclesia, quæ propter id facinus pollutа est, debet antequam reconcilietur, per Episcopum injungi pœnitentia condigna.*

Sextò, an parochus de licentia sui Ordinarii possit abesse à sua parochia longo tempore ex justa causa, putà ut sit Vicarius generalis alicujus Episcopi. Nav. *conſ. 15. de cler. non reſid.* dicit quod sic, tamen Apostilla ibi dicit, quod sac. Congreg. censuit, Ordinarium hanc licentiam non posse dare, & quod ipse viderit Curatum petere licentiam à Papa circa hoc negotium, & ego vidi Canonicos Beneventa nos oportuisse habere licentiam à sac. Congreg. ut possent esse Vicarii, vel officiales alicujus Episcopi.

Septimò, quæ pœna parochi, cujus culpa, seu negligentia parochianus sine pœnitentia moritur? Respondetur, quod arbitraria. Nav. *conſ. 3. de paroch.*

PRAGMATICA, SEU LEX.

SUMMARIUM.

1 *An obliget in conſcientia.*
2 *An perſonas eccleſias circa pretia rerum, & alia.*
3 *An obliget etiam in ſtatu eccleſiaſtico.*
4 *An laici poſſint facere ſtatutum, prohibens ne clerici gaudeant privilegio ipſius.*

AD primum, Leges, & pragmaticas omnes pœnales, Pontificias, Cæsareas, Regias, & Municipales justas, obligare in conscientia, patet per D. Th. *p. 2. q. 96. art. 4. in corpore,* Tabien. *in ver. lex, num. 24. §. 23. nu. 48.* Sylvest. *in*

ver. lex, §. 8. Boer. *decis.* 1. *num.* 73. *& infrà, c. quo iure*, 8. *distinct.* Abb. Felin. & Dec. *in cap.* 1. *de Constit. num.* 8, Ias. *in l. nemo potest, in* 2. *lect. numero* 106. *ff. de leg.* 1. Innoc. & Abb. *in c. quia plerique, de immun. Eccles.* Covar. *in c. cum esses, nu.* 6. *de testam.* Castr. *lib.* 2. *ca.* 12. *de iust. hæret. punit.* Tiraq. *de utro. retract. in præfat. num.* 73. Et non solum leges Civiles, & Canones obligant in foro conscientiæ & animæ, sed etiam statuta, ut vult Gloss. *in cap. quæ Ecclesiarum, in ver. constituerunt, de constitut.* Bald. *in dict. c.* 1. *col.*, Iason. *in l. si post divisionem, num.* 6. *de iur. & fact. ignor.* & Anchar. *in reg. possess. de reg. iur. lib.* 6. hinc deducuntur multa.

Primum, hoc valere in pretio rerum, nam si quis sciret probabiliter pragmaticam futuram taxantem pretia rerum, si antequam publicaretur venderet frumentum, vel quid simile carius, quàm taxatum sit in pragmatica, non teneretur ad restitutionem. D. Tho. 2. 2. *q.* 77. *art.* 3. Covar. *in reg. peccatum*, 2. *par.* § 4. *num.* 8. facit *c. sine culpa*, & ibi Dyn. *num.* 1. *de reg. iur. lib.* 6.

Secundum, si verò sciret certò, ut quia ipse esset unus ex Consiliariis Magistratus, ubi sanciuntur pragmaticæ, & suspenderet ipsius promulgationem, donec frumentum vel aliquid simile suum venderetur, vel si quis sciens promulgatam esse alibi, in alio loco venderet ultra pretium præfixum in pragmatica, teneretur restituere, non aliis, sed danti. Similiter, si esset practicus in Magistratu, ubi fit pragmatica, & sciens ipsam factam, ante promulgationem venderet, teneretur ad restitutionem, Roman. *sing.* 286. Fel. *in cap.* 2. *de Constit.* Soto *lib.* 4. *q.* 1. *art.* 4. *de iust. & iure*, Foller. *in addit. ad Maran.* 4. *p. dist.* 4. *num.* 61. & ratio est, quia paria sunt, promulgatio legis, & notitia ejusdem, ideò fit promulgatio, ut perveniat ad notitiam hominum, nec urget *c.* 3. *& ibi gl. in ver. publicæ, de postul. prælat.* ubi dicitur, *post promulgationem*, nec Authentica, *ut factæ novæ Constit. in Rubro, & nigro, col.* 5. *& c. fi. ne cler. vel mon. c. noverit, de sent. excomm.* Sylvest. *in ver. lex, num.* 6. §. 6. *ver.* 3. ubi habetur, leges obligare post promulgationem ad duos menses, quia illud intelligitur in foro fori, secus verò in conscientia: quia sufficit scire fuisse promulgatam in palatio Principis, nam ex tunc incipit obligare, Soto *loc. cit. c.* 1. *& gloss. cit.* Syl. *loc. cit.* §. 7. Gom. *in q.* 2. *col.* 12. *in proœm. reg. Cancel.* & hoc valet etiamsi Rex sanciens pragmaticam, haberet plura regna, & provincias, & velit illam obligare in aliis regnis, & provinciis, & tamen illam promulgavit in uno regno, sive in una Provincia, & scitur ab aliis, nam antequam promulgaretur, obligaret etiam in aliis regnis, & provinciis. Ratio est, quoniam Lex, ut promulgata censeatur, non exigit, ut in omnium notitiam perveniat, sed tunc promulgatur, dum solenniter in Curia Principis, vel in Provincia primo præconio, vel alia legitima via edicitur; *in c.* 1. *de postul. prælat.* & Soto *ubi suprà*, & solùm illi excusantur in conscientia, qui verè ignoraverint, in foro verò exteriori quonam pacto censetur, vide Panor. *in c. cognoscentes de constitut.*

& in-

& in c. fin. qui matri. accuſ. poſ. Sylv. *loc. cit.* §. 7. Navar. *c. 23. n. 43. & inf.* Gom. *in c. ut animarum, n. 45. de conſtit. lib. 6. & in c. clericus, lib. 5. §. fin. verſic. ulterius.*

Tertium, ſi quis venderet frumentũ, vel quid ſimile, pluſquàm taxatum eſt in Pragmatica, vel à Juſtitiariis, vel à Pandectis, tenetur ad reſtitutionem totius illius, quod plus accepit, nec valet dicere, quod emptor, ſive qui dedit, donavit ei illud plus, nec ſi Rex poſtea faceret indultum illis, qui vendiderunt, pluſquam Pragmatica taxaverat, quia illud indultum abſolvit à pœna fori exterioris, & nemo putatur jactare ſuum, vide pro his Navar. *cap. 23. num. 88.* Medin. *ca. de reſtitut. quæſt. 36. & 37.* Caſt. *lib. 1. cap. 12. de leg. pœn.* Soto *li. 6. q. 5. art. 3. de juſt. & jur.* Flor. Theol. 4. *Sent. tract. de empt. & vendit. fol. 295.*

Quartum, ſi quis ſervando juſtum pretium taxatum à Pragmatica, perderet, ut quia Pragmatica dicit Carlenos duodecim pro quolibet modio, & illi conſtiterit quindecim, vel quatuordecim, dico, quod teneretur ſervare pretium Pragmaticæ. Ratio eſt, quia lex eſt univerſalis, & univerſaliter ligat. Soto *loc. cit.* & Flor. Theol. *ubi ſuprà, fol. 263. l. pretia rerum ff. ad legem Falc.* & hoc idem de magiſtris actorum, ſive Monaſteriis ementibus banchas, ſive officia, & ſumunt ultra pretium taxatum in *Pandectis*. Nec liceret in frumento ponere pulverem, & alia genera leguminum, ad hoc ut non perdat in pretio taxato per *Pragmaticam*.

Quintum, ſequitur, quod ſi tempore careſtiæ, ſive penuriæ fieret lex, ſtatutum, ſeu *Pragmatica*, ne quis aſportaret frumentum extra Civitatem, *Provinciam*, vel Regnum, tunc obligaret ad peccatum mortale, Soto *lib. 1. qu. 6. art. 4.* Flor. Theol. *loco cit. tract. de reſtit. vectig. fol. 192.*

Sextum, quod prohibitio armorum ſi imponeret magnam pœnam, ut putà amiſſionis vitæ, vel ad triremes, jacturæ bonorum, obligat ad peccatum mortale, quia iſta multa reſtituerunt, & eſt inobedientia gravior, Soto *loc. cit.* Gom. *in c. 2. de conſt. lib. 6. n. 57.* & Gem. *ibid.* quicquid dicat Navar. *c. 23. n. 53.*

Ad ſecundum, videtur quod non, *c. Eccleſia S. Maria, de conſtit.* & ibi Abb. & omnes ſcribentes, Bar. & Doct. *in lib. cunctos populos. C. de ſumma Trin. & fi. Cat.* tamen his & aliis non obſtantibus concluſio communis eſt, leges, ſtatuta, *Pragmaticas*, & conſtitutiones laicorum, diſponentes ſuper contractibus, emptionibus, venditionibus, locationibus, & commodis, & pretiis rerum, obligare etiam perſonas eccleſiaſticas, Sylveſt. *in ver. lex. n. 18.* Soto *lib. 1. q. 6. art. 7. concl. 1. in fi. de juſtit. & jure*, Nav. *ca. 23. num. 88.* Flor. Theol. *in 4. Sent. de Sacram. ord. in ult.* Foller. *in addit. ad Maran. 4 p. diſt. 9. n. 119.* Vinc. de Frãc. *in dec. 9.* Sot. 4. *ſent. diſt. 25. col. 4. cõ. 4.* Qui omnes debent intelligi ut perſonæ eccleſiaſticæ obligentur non vi legis, ſed rationis.

Primum dubium, an quando pragmatica præcepit, ne occidantur talia, & talia animalia, obliget perſonas eccleſiaſticas.

Secundum, quomodo hoc verùm ſit

cum Principes sæculares non habeant potestatem imponendi pœnam peccati mortalis, nec in animam.

Tertium, an personæ ecclesiasticæ teneantur ad pœnam impositam per dictam pragmaticam, si contra faciant.

Ad Primum, Sylv. *loc. cit. in ver. si verò*, dicit, quòd quando lex est rationabilis, & non contradicens canonibus, servanda est etiam quoad clericos, *& inferiùs* dicit, quando lex generaliter loquitur, & potest se habere ad commodum, seu incommodum, servanda est, etiam quoad personas ecclesiasticas, Abb. *in c. 1. n. 8. de nov. oper. nunciat.* & ibi Addit. Alex. de Neno, *litera B.* & Navar. *loco cit. circa med.* cohortatur Principes Ecclesiæ, ut suis edictis juvent pœnas sæcularium, quas ob misericordiam faciunt. Adest ratio, quia fit propter bonum publicum, Ang. *in verbo, lex*, §. 5. Cast. *lib. 2. c. 17. col. 2. de just. hæret. punit.* Facit, quod lex Imperialis, quando non continet peccatum, nec ficta in odium clericorum, nec habet canonem in contrarium, jura canonica volunt illam servari activè, & passivè inter clericos, Abb. *in c. 1. col. 13. de no. oper. nunc. & in c. non minùs, num. 20. de immun. Eccl.* Novel. *de jure protim.* §. 8. *& 9. n.* 40. *&* 41. ex quibus ego statuo hanc conclusionem, quotiescunque lex secularium sancitur propter bonum publicum, ut ne hospitentur latrones, ne interficiantur boves, seu vaccæ, ne extrahantur equi, vel quid simile à regno, quod fit propter conservandam & expurgandam regionem à maleficiis, ut affluat regnum, & ut coloni habeant boves ad colendos agros, ista obligat in conscientia etiam personas ecclesiasticas, non tamen vi legis sed rationis, ista habentur ex supradictis, & ex Soto *loc. cit. ar. 6. in prima conclusione, in fi.* Covar. *pract. q. c. 33. n. 7.* ubi dicit, Clericos non posse arma portare, quæ lege laico um sint interdicta, text. optimus *in c. 1. § si clericus, de pace tenen. & ejus viol.* Fel. *in cap. Ecclesia S. Mariæ, de const. col. 4. ver. quartum, & col. 42. ver. primo limitatur*, Mar. *in dispu. 8. de jure congr. n. 123. ver. 6.* dicit ex Fe in. quod quando lex civilis non facit notabiliter præjudicium personis ecclesiasticis, debet servari etiam inter Clericos, idem *ibid. n. 25. vers. 8.* facit quod nec lex eximit ipsos Principes sancientes, quoad vim directivam, *l digna vox, C. de leg.* D. Paul. *ad Ro. c. 13.* ubi dicit, *Omnis anima sublimioribus potestatibus subdita sit, ad Hebr. cap. 13. Deut. c. 17.* facit quod lex humana pendet à lege æterna, *Proverb. ca. 8. Per me Reges regnant, & legum conditores justa decernunt.* D. Thom. *p. 2. q. 96. ar. 4. in corp.* facit, quod lex humana sancita, si recta est, à lege naturæ derivatur. Soto *ibid. q. 5. art. 2.* sed personæ ecclesiasticæ subsunt legi naturæ, ut patet omnibus, & Navar. *loc. cit. art. 1.* facit, quod lex constituitur in communi, sed quod est commune, omnes tangit, Soto *loc. cit. ar. 1.* facit quod lex humana præcipit actus virtutis, ibidem art... facit quòd licèt aliquando leges humanæ in conscientia de se non ligent, quia tantum bono humano adversantur, obligant tamen quandoque ratione scandali, sed scandalizantur laici, videntes leges humanas parvi fieri ab ecclesiast. Facit quod

quod obligatio legum auct. Deo est. Sot. *l.4.q.6.art.1.de just. & jure.* Faciunt quæ dicit Socin. *in repet. l. moribus, colum. 9. versic. circa tertium, ff. de vulg. & pupill.* quòd lex civilis, quando non est nutritiva peccati, ligat, & servanda est, etiam in foro conscientiæ; Gom. *in cap. 2. de constitut. libro 6. nume. 15* gloss. *in cap. quæ in Ecclesiarum, in versic. Constituerunt, de constit.* & hoc ampliatur, valere etiam in statuto, Anchar. *in cap. possessor, num 14. de reg. jur. lib. 6.* Gom. *ibidem.* & gloss. *in cap. vi animarum, in ver. sententus, de constitut. lib. 6.* Et ratio est, quia ubicunque imponitur pœna, ibi adest culpa, Soto *loc. cit. art. 4. li. 1. quæst. 6. art. 5. de just. & jure.* Facit quod notat Covar. *de sponsal. cap. 7. num. 8. vers. 4.* & Capyc. *decis. 66. nu. 1.* ubi dicit clericos ligari Pragmatica loquente de comprom. fiendis inter conjunctos usque ad quartum. Facit quod notat Novel. *loc. cit.* §. 8. & 7. *num. 44. & 45.* & Plato *in Dial. 9. de leg.* & ibi Ficinus *in argu.* 1. Facit quod dicit Bald. *in Marg.* Innoc. *in versic. leges civiles,* ubi dicit, quòd si Lex civilis non est contraria Canoni, est servanda in foro ecclesiast. seu Canonico, licèt Navar. *cons. 3. de constitut.* videatur sentire oppositum, circa abstractionem equorum à regno, tutamen elige tutiorem, sive magis tutam partem.

Ad secundum, videtur quòd non, quia cùm non sint spiritualium Judices, non est eorum facultatis decernere, ut præceptum suum obliget sub reatu mortali, aut veniali. Facit *d. c. Eccl. S. Mariæ.* Ad hoc respondetur ex Soto *in Sent. dist. 20. qu. 1. art. 4, col. pen.* quod quamvis hoc principes sæculares non possint, tamen possunt constituere opus in genere virtutis, trangressio cujus ex natura, & quantitate rei pensatæ, sit ne mortalis, aut venialis, dat circumstantiam peccati, & peccatur contra leges civiles, non quatenus homines subsunt illis, quoad animam, sed quatenus illa rerum transgressio est contra virtutem moralem.

Ex his sequitur responsio ad tertium, nam licèt personæ ecclesiasticæ non observando leges laicales justas, peccent mortaliter, vel venialiter secundùm circumstantias & qualitates rei, seu negotii, & licet etiam pœnas impositas per illas incurrant, tamen ad illas in foro exteriori non tenentur coram Judice laico, sed coram suo Judice competenti, *c. significastis, & c. si diligenti, de fo. comp.* Hoc probatur primò, in liquidatione instrumenti, habentis exequutionem, vigore statuti. nam Clericus potest uti statuto contra laicum, sed non è contra tamen: quamvis Clericus non possit accusari, ad pœnam instrumenti liquidati coram laico, potest accusari coram Judice competenti, pro eadem pœna. Bart. *in d. l. cunctos populos, col. 6. ver sed hic ulteriùs quæritur.* Mar. *in disp. de jure cong. n. 14.* & Foller. *in addit. ad Marant. 6. p. 8. nu. 15.* dicit quod si Clericus liquidavit instrumentum contra laicum, & malè liquidaverit, quod debet condemnari secundùm formam Ritus Marg. Curiæ Vicar. Neap. quæ incipit, *item si quis debitores,* seu si hoc intelligitur à Judice laico, non bene dicit, cùm obstet *dict. ca. Eccl. S. Mar. de Constit.*

stit. & Abb. *in cap. fin. 3. de vita, & hon. Cler.* & Maran. *ibid. actu 2. nu. 27.* ubi dicit, quod clerici gaudent statutis laicorum pro se, non autem contra se, Tiraq. *de utroque retract. tit. 1. gl. 8. n. 33:* Novel. *de jure protim. §. 8. & 9. n. 29.* Covar. *prælim. nu. 2. ver. Clericus verò,* ubi dicit quod quando Clericus veniret condemnandus pœna propter aliquod crimen, vel non excipiendo coram Judice laico, quòd ad illam pœnam non potest condemnari, nisi à Judice ecclesiastico. Idem Foller. *in pract. crim. in tit. audien. excusat. n. 38.* & Guid. Pap. *q. 450. n. 1.* & Foller. *ibid. fol. 39. & 49.* Facit idem Afflict. *in Const. Si quis in posterum, not. q. 7. n. 8.* ubi ex Io. And & But. *in Rub. de consuet.* dicit statutum laicorum non attendi in foro Ecclesiast. facit *cap. Sanctæ Mariæ,* quod cùm regulariter testis deponens falsum coram Judice efficiatur reus illius, cujus aures offendit, ut Bald. *in l. nullum, ver. & non solùm Iudex, C. de test.* tamen Clericus, licèt evadat hanc pœnam in judicio laicali, non tamen in judicio Ecclesiastico, Diaz *in pract. crim. can. c. 87.* Bossius *in tit. de falsis, n. 100.* Covar. *loc. cit. c. 18. col. pen. & ult.* Afflict. *dec. 135.* & Maran. *ibid. actu 12. nu. 3.* Tiraq. de retractu convent. §. 14. *gl. 6. n. 10.* facit quod notat ibid. Diaz *loc. cit. c. 136.* ubi ait, quod quando Judex ecclesiast. vellet punire Clericum delinquentem, & non habet pœnam impositam pro dicto crimine in sac. canon. nec constitutionibus synodalibus, potest recurrere ad jura civilia Imperatorum, & Regum, vide Addit. Alex. de Nevo *in Abb. in c. 2. de novi. oper. nuntiat. 8. litera B.* facit quod notat Covar. *loc. cit. c. 33. in fine,* ubi asserit, pœnam incursam à clericis propter asportationem armorum contra interdictum legis sæcularis, posse exigi à Judice ecclesiast. & *ibid.* posse auferri à Judice laico ipsa arma clerico, ea asportanti contra ejus præceptum, absque metu excommunicationis. Hinc fit, quòd si animalia personarum ecclesiasticarum damnificent in prædio alicujus, non propter hoc teneri illos ad pœnam impositam per pragmaticas, & constitutiones laicorum, sed tantùm ad damnum illatum, & ad pœnam arbitrariam coram suo Judice competenti. Facit quòd statuta laicorum quatenus sunt præceptiva, vel arctativa, non ligant personas ecclesiasticas, sed quatenus sunt privilegiativa, vel concessiva sic, quia in favore voluntarium, Gem. *in c. fin. ver. quæro pone, de offic. deleg. l. 6.*

Ad tertium, facta pragmatica per regnum, an liget in utroque foro tam laicos quàm ecclesiasticos, in statu ecclesiastico, vel in statu aliorum principum, ut purà Beneventi, & in Francia liget pragmatica Regis commorantes in statu Avinionis, & videtur quod non, *cap. ut animarum, de constitut. in l. 6. & l. fi. de jurisdict. om. jud. & in c. novit. de offic. leg.* & facit ratio, quia extra territorium jus dicenti non paretur impunè. Dicet quis, si Papa facit Bullas pœnales, an obligent in conscientia in terris Imperii, Regum, & aliorum Principum temporalium, & per jura superiùs allegata; & videtur quod non, tamen respondetur, non esse parem rationem, quòniam sicut Episcopus potest in sua diœcesi facere

cere statuta pœnalia, obligantia in conscientia, etiam laicos, *d.c.ut animarum*, ita summus Pontifex in toto orbe, quia totum orbem habet pro diœcesi, *c. cuncta per mundum*, 1. & 2. 9. q. 3. Gom. *in c.* 1. *n.* 34. *de constitut. l.* 6. præterea, quia facit unum consistorium cum Deo, idem *ibid. n.* 38. sicut Vicarius in suo Episcopo, *Clem. Et si generalis, de reso. c.* 2. *de consuet. lib.* 8. & est Vicarius Dei, Archid. *in c. fundamenta, de elect. lib.* 6. appellatur Imperator, Ioan. And. *in c. per venerabilem, qui fil. sint leg.* dicitur Rex, tex. *in cap. cum inter universas, in fi. de elect.* Gom. *in q.* 2. *de insir. resign.* & omnes mortales sunt subditi Papæ, Innoc. *in cap.* 1. *de constitut.* Gom. *q.* 3. & *ibid.* & omnes laici ratione animæ subjiciuntur Canonibus & præceptis Papæ, *c. novit. de judic.* Doct. *in c.* 1. & *in c. nam concupiscentia, de constitut.* Imperator verò non sic, quia recipit potestatem à populo, Papa verò à Deo, ergo Imperator, & alii domini temporales solùm possunt ligare subditos suos, Papa autem omnes, Gom. *ut c. ut animarum, in* §. *statuto, n.* 4. *de constit. lib.* 6. Bos. *in tit. de foro comp. num.* 164. & 169. ubi clarissimè de hac materia differit, quem videto, etiam Novel. *de jure protim. in princ. constitut. n.* 67. ubi Imperatorem non posse aliquid constituere in terris Ecclesiæ asserit: nam intentio mea non est transcribere de charta in papyrum, sed sufficit citasse Doctores; vide gl. *in c.* 2. *de regul. jur. lib.* 6. *in ver. possessor*, Nav. *in c. si fœneraveris, nu.* 106. 14. q. 3.

Ad quartum, vide Tiraq. *de utroque retractu, tit.* 1. §. 1. *num.* 34. & *infrà*, ubi videtur tenere partem affirmativam.

PATRIARCHA.

PAtriarcha facit crucem deferri ante se ubique, nisi ubi sit summus Pontifex, vel ejus legatus, & est Judex ordinarius omnium suorum Archiepiscoporum, Episcoporum verò, Suffraganeorum vel subditorum eorum non, nisi prout dixi *in ver. Archiepiscopus*, §. 1. & *in ver. appellatio*, §. 16. Abb. *in c. antiqua, n.* 1. & 3. *de privileg.*

PRIVILEGIUM.

PRimò, privilegio suo an possit quis renunciare, & an possit præscribi spatio quadraginta annorum; vide Abb. *in c. si de terra, num.* 5. & 7. *de privileg.* Iason. *in l. beneficium. ff. de constitut. Princip.*

Secundò si perdatur, quomodo probetur, vide eundem *in cap. cum olim, il primo, num.* 1. *eod. tit.*

Tertiò, quomodo pereant privilegia concessa monasterio, ipso destructo, an sumant vires ipso ædificato, & quid de privilegio concessò possessionibus, vel Religioni, vide Innoc. *in c. Abbate, in fine, de verb. signific.* & Abb. *in d. c. Abbate, num.* 16. & an evanescat per unam contraventionem, vide eundem *in c. pro illorum, de præb.* similiter de statuto, & consuetudine, *ibid. n.* 5.

Quartò, quibus ex causis perdatur, vide glos. & Abb. *in cap. suggestum. n.* 6. *de decim.* & Gomes. *in c.* 1. *nu.* 205. *de reser. lib.* 6. & *tract. de relig. casu* 149.

Quintò, an, & quando privilegiũ extinguatur,

tinguatur cum persona, vel quando sit concessum realiter, vel personaliter, vide Dyn. & gloss. *in c. privilegium, à num. 7. de reg. jur. lib. 6.* & gloss. *in c. cum venissent, & in c. probatum, de institut.* & in dubio an præsumatur reale, vel personale, dicit, quod personale, gloss. *in Sum. 25. quæst. 2.* Addit. ad Dynum, *loc. cit.*

Sextò, an privilegia concessa, ad instar privilegiorum alterius loci, eo loco structo, vel revocatur ista concessa, ad instar illorum, respondetur, quod non, & ita censendum est de indulgentiis concessis ad instar, Bal. *in l. omnia, eod. de Epis. & cleric. col. 2.* Navar. *de indulgent. notab. 26. num. 8.* hoc temperarem, non habere locum in illis qui habent facultatem communicandi sua privilegia, & ipsi communicant aliis, ut sunt Romæ Confraternitates sanctissimæ Trinitatis, sanctissimi Sacramenti. nam si extinguerentur privilegia illarum, expirarent etiam concessa, & communicata per illas, quia accessorium sequitur naturam principalis, & cætera, vide *in Addit. magnis.*

PRIVATIO.

QUot modis venit quis privandus beneficiis ecclesiasticis, vel sit privatus ipso jure, vide Doct. *in c. 2. de rescript. & in c. quærela de jurejur.* & Gom. *q. 7. col. 4. de subrog. collitig.* Diaz. *in Pract. Crim. Can. c. 123.* Staph. *de lit. grat. fol. 139. à nu. 1.* sed cùm hodie omnes pœnæ sint arbitrariæ Judicibus, etiamsi sint in jure determinatæ, & taxatæ, & ex causa possit illas judex augere, & minuere, text. & gloss. *in l. hodie, ff. de pœnis.* Paul. de Castro *cons. 328. col. 2.* Covar. *lib. 2. c. 9. nu. 8. var. resol.* Syman. *de Cath. instit. tit. 46. n. 29. l. quid ergo, § pœna gravior de his qui notant. infam.* Abb. *cap. 2. de cohab. Cler. & mul. circa fin.* Covar. *pract. quæst. c. 34. in ult.* Maran. *4. p. tit. an judic. sit civil. vel crim. nu. 82.* Foller. *pract. crim. 4. p. num. 2.* etiam in crimine hæreseos, an quis non est ipso jure privatus beneficio? Castro *lib. 2. c. 9. de just. hæret. punit.* Covar. *lib. 2. c. 8. var. resol.* aliter sentit. bene verum, quoad alia, *c. cum secundùm leges. de hæret. lib. 6.* in quibus etiam requiritur declaratoria privationis; Gom. *q. 52. de an. possess.* licèt in hoc etiam delicto post sententiam possint judices mitigare pœnam, & mutare, si viderint expedire, *c. ut commiss. de hæret. lib. 6.* ideo circa hoc immorabor parum, sed pro practica ea, quæ sunt de jure novissimo, more meo attingam. Et primum, an Clericus homicida sit ipso jure privatus beneficiis prius obtentis? Secundum an possit ea habere in posterum. Tertium, quando amittuntur beneficia propter non residentiam? Quartum, qua praxi utendum in privatione beneficiorum de jure antiquo & novissimo? Quintum, an ubi pœna imponitur ipso jure, requiratur declaratoria? Sextum, an ubi dicitur, nulla alia sententia declaratoria expectata, debeat exequi, pœnam illam incurrerit, beneficia dimittere, non expectando declaratoriam sententiam? Septimum, an Episcopus possit restituere beneficium ei, qui justa de causa privatus fuerit? Octavum, an quis privatus Ecclesia propter culpam suã, sit inhabilis

inhabilis ad eandem illa vice ? Nonum, an privatur ipso jure is qui contaxerit matrimonium, licèt nullum, & an si præstiterit patrocinium contra Ecclesiam suam. Decimum, an perseverans per annum in confirmatione, sit ipso jure privatus beneficio ? Undecimum, quibus modis beneficiati veniant beneficiis privandi ? Duodecimum, an privatus beneficio ob suum delictum, possit illlud ex nova concessione requirere ? Decimumtertium, an Judices causarum beneficialium vel criminalium, privatione beneficiorum concernentium, eorumque affines, & familiares beneficia illa impetrare possint? respondetur quòd non, Pius IV *Bulla* 20. *quæ incip, Cupientes.*

Ad primum, oportet distinguere cum Conc. Tridentino, *sess.* 14. *cap.* 7. *de reform.* nam si homicidium est commissum voluntate, & probatum fuerit, non est ipso iure privatus, sed venit privandus per sententiam, Innocent. *in cap. cum nostris, de concess. præb.* Abb. *in cap. tanta, numero* 2. *de concess. præb.* Diaz *in pract. Crim. Can. c.* 88. Nav. *cap.* 28. *num.* 249. *juxta medium. notab.* Staph. *de lit. grat.. folio* 140. *numero* 9. Selva. *tract. de benef.* 4. *par. quæst.* 3. *in prin.* Abb. & Felin. *in dict. cap.* 2. *de rescript. & in dict. cap. quarelam, & in cap. tua, de jurejur. an*, ubi dicunt, quòd pro quolibet gravissimo delicto Clericus beneficiatus non est privatus ipso jure beneficio, sed venit privandus per sententiam, etiam in omnibus irregularitatibus, Inn. *loco, citato* vide Covar. *li.* 2. *cap.* 8. *numero* 3. *ver.* 3. *var. resol.* Abb. *in cap. Clericis, num.* 3. *ne Clr. vel Mon.* Fallit in homicidio qualificato; puta in assassino ', *cap.* 1. *de homicid. lib.* 6. Reb. *tit. de mod. amit. benef.* quia in eo casu vacant ipso jure, sed dubium est, quid si Judex non addat in sententia, quòd privat condemnatum beneficio, an remaneat privatus? dic, quod non, quia nō est ipso jure privatus, ut dixi, & licèt Diaz *loco citato, cap.* 123. *num.* 2. *pag.* dicat, quod condemnatus de aliquo delicto per sententiam, censeatur privatus ipso facto beneficio suo, debet intelligi, vel quando crimē erat tale, quòd inducebat privationem ipso jure, vel quòd sit inserta ipsa clausula, prout suprà, *Abb. in cap. inter dilectos, prope finem, de excess. prælat.* & ideò sint cauti Judices addendo in simonia ipsam privationem, ut notat Innocent. *in cap. qualiter & quando, il. secundo in gloss. super ver. diminutionem, de accusat.* Diaz. *loco citato.* Ratio est, quia illam clausulam non posset addere post latam sententiam, per ea, quædicit Diaz *loco citato, cap.* 126. & Covar. *libro* 2. *cap.* 9. *numero* 8. *var. resol. & pract. quæst. c.* 34. *numero ultimo, & infrà in vers. pœna,* § *secundo*, si verò non fuerit voluntarium homicidium, sed in rixa, vel vim vi repellendo, ut quis & à morte defenderet, nunc petendo dispensationem à summo Pontifice, quatenus opus est, committitur loci Ordinario, vel ex causa *Metropolitano* vel *viciniori Episcopo*, Con. *ut suprà*, *& Clem. unica, de homic.* Rebuff. *titulo. de dispensat. cum corpus vitiat, num.* 20. *& infrà*, vide pro 1. membro Dyn. *in c.* 1. *numero* 44. *& inf. de reg. jur. libro* 6. ubi ponit tria tempora, quibus potest quis reddi inhabilis ad beneficia retinenda.

Ad secundum Staph. *loco citato, num.* 2. Selva 4. *par. quæst.* 7. *num.* 2. *casu* 31. dicunt, posse Episcopum dispensare, ut homicida, etiam voluntarius, habere possit beneficii simplex, ad hoc ne cogatur mendicare, & dicunt esse opinionem, Innoc. Abb. *in cap.* 2. *numero* 4. *&* 5. *de cler. pug. in duel. & addition. in littera C. & in cap.* 2. *numero* 2. *de cler. non ordin. celeb.* & Hostiens. *per cap. studeat*, 50. *distinct.* idem Diaz. *cap.* 18. *& cap.* 88. sed quicquid sit, hodie per Concilium Trident. *sess.* 14. *cap.* 7. *de reform.* cum homicida voluntario, etiam occulto non potest Episc. dispensare, nec ad beneficia simplicia nec ad sacros ordines, hoc intellige de homicida qui ex industria occiderit aliquem, secus verò si casu vel vim vi repellendo, vel in rixa, nam irregularis non est ipso jure inhabilis ad beneficia simplicia, Caputaquens. *decis.* 236. *p.* 2.

Ad tertium, vide gloss. *in cap. quoniam frequenter* §. *porrò, in ver. Can. ut lite non contest.* & Selva 4. *par. quæstio* 5. *per totum. cap. ex parte, cap. tua, de cler. non resid.* ubi dicitur in Summa, quòd vel decessit cum licentia temporis præfixæ, & tunc debet expectari dictum tempus, quo elapso, si scitur, ubi degat, debet citari personaliter, ut veniat, alioquin, &c. si verò ignoratur, citetur per edictum ad valvas Ecclesiæ, verùm si discessisset absque licentia, vel cum ea, sed tempore indefinito, si scitur ubi sit, citetur personaliter, si facit copiam sui, si ignoratur ubi sit, tunc per edicta, Maran. 6. *par. titulo de citation. numero* 91. & patet juribus, & Doct. superiùs allegatis, sed de jure novissimo, primò est videndum de beneficiis curatis, de quibus Concil. Trident. *sess.* 6. *cap.* 1. *de reform.* censuit de Prælatis majoribus, ut si per sex menses abfuerint, amittant ipso jure quartam partem fructuum unius anni, applicandam, &c. prout ibi, *in sess.* 23. *c.* 1. *de reform.* vult, ultra pœnas impositas *in dict. sess.* 6. incurri has, primò, ut non faciant fructus suos pro rata temporis absentiæ, & easdem pœnas extendit ad habentes curata beneficia, & magis eos astringit, ut non possint abesse per bimestre, nisi de licentia Episcopi in scriptis habita, quibus elapsis, non rediens, citetur per edictum, & primò vult, ut procedatur per censuras, secundò per fructuum sequestrationem, tertiò, per privationem, & sic quoad edicta ponenda tria, servari potest jus commune, sed non quoad privationem, nisi servato ordine sac. Conc.

Ad quartum, de tempore expectando inter tria edicta ponenda distinguendum est, an habuit licentiam per bimestre, & tunc eo elapso citatur, si sine licentia statim potest citari, & ponuntur tria edicta, distinguendo, ut supra, si scitur, vel nescitur, ubi sit, si copiam sui facit, vel non, juxta Clem. *Can. de elect. decis.* Rot. 26. *de appellat. in noviss.* & 10. *ibidem* & ibi Addit. *numero* 5. *& decis.* 22. *de rescript. in noviss.* & addit, *decisio* 5. *de rescript. numero* 15. Maranta, *de citatio. d. n.* 83. *& infrà*, & tunc expectatur per semestre, plus, minusve ad arbitrium judicis, ut Gloss. Hostiens. & Ioann. Andr. dicentes, quòd ideò jura statuerunt diversa tempora circa hoc, ut denotetur esse arbitrium Judicis, Selva *loco citato*,

colum.3. quòd si non venerit in peremptorio & contumacia, potest procedi ordine sacr. Concil. Trident. & sic primò citabitur sub pœna amissionis fructuum, & censurarum, crescente contumacia, fit sequestratio fructuum, ulteriùs fit privatio, sed interim ponetur in curato, sivè beneficio, & parochia, Vicarius, seu œconomus, juxta *c. 2. de reform.* quòd considerare debent Reverendissimi locorum Ordinarii, ne nimium præcipitanter procedant in hoc negotio, vide omninò Innoc. *in cap. ex tua, nu. 1. & 3. de cler. non resid.* ubi dicit pulchram practicam.

Primum dubium, quòd movet gl. *in dict. cap. fin. in ver. excusationem, de cler. non resid.* quòd si curatus absit causa inimicitiarum, & non potest residere sine discrimine vitæ, ad hoc sacra Congr. *declarat 229. & alia quæstio 32.* censuit, quòd permittitur per annum abesse à suo beneficio, posito tamen in illo, per Episcopum idoneo vicario, seu œconomo, quòd si intra annum inimicitiæ non extinguantur, licèt Episcopus intermisisset partes suas, respondet, quòd scribatur eidem sacr. Cong. cuius culpa factum sit, quo minùs reconciliatio non processit, annuens, quòd si curatus, sive beneficiatus fuerit in culpa, tã causã dari inimicitiarum, quàm non extinctionis earundem, quòd privetur per regulam, *quòd nulli debet suus dolus patrocinari, c. audivimus, de colluss. deteg.* nec æquum est quemque suum dolum reservare, *l. verum, §. tempus. ff. prosocio, l. non fundatur, ff. de reg. jur.*

Secundùm, si discessisset causa pestis vel belli, vide Gom. *quæstio 17. de trien. poss.* ubi dicit non posse tunc procedi ad privationem, nec ad contumaciam, nisi cessante causâ.

Tertium dubium, an parochus discedens ex causa à parochia absque licentia scripta, ut dicit sac. Concil. incurrat has pœnas si absit per duos menses, Navar. *cap. 25. numero 121. prope finem,* dicit, quòd non incurrit, & probat ibi per multa, similiter quando discederet necessitate quadam subitò occurrente, quia tunc potest se absentare etiam sine licentia Prælati, quia plerumque tempus non patitur, seu locus licentiam petere, Selv. *4. par. quæstio 6. numero 4. casu 14. argu. cap. 1. sess. 21. de refor. §. nam cùm Christiana charitas.* hic possunt poni omnes casus excusantes à residentia, ut dixi *in ver. distributiones quotidianæ*, & dicam, *in ver. residentia.*

Secundò, principale de Præbendis, Dignitatibus, & Canonicatibus sac. Congr. *sess. 24. cap. 12. §. præterea*, disponit in hæc verba: *Obtinentibus in Cathedralibus, aut Collegiatis, Dignitates, Canonicatus, Præbendas, aut portiones, non liceat ultra tres menses ab eisdem Ecclesiis quolibet anno abesse, salvis earum Ecclesiarum constitutionibus, quæ longius servitii tempus requirunt, alioquin, primò priventur dimidia parte fructuum, quos ratione etiam præbendæ, ac residentiæ faciunt suos.*

Secundò, anno verò secundo, si erit negligens, omnibus fructibus, quos eodem anno lucratus fuerit. Tertiò, crescente contumacia, contra eos procedatur juxta sacrorum Canonum Constitutiones, prout in cap. ex parte, & cap. ex tua, de cler. non resid.

ubi autem non adsunt fructus præbendæ, potest privari benef. prout *suprà*.

Primum dubium, an istis tribus mensibus quibus absunt Canonici hoc jure permittente, non solùm lucrentur redditus beneficii, verum etiam distributiones quotidianas, fac. Congr. censuit negativè, *declarat.* 3.

Secundum dubium, an Episcopus possit dare licentiam, ut absint ultra tres illos menses, fac. Congreg. *declarat.* 145. Respondetur affirmativè, nempè per quatuor menses.

Tertium dubium, an omni tempore indifferenter possint Canonici uti hac licentia, & an Episcopus possit eam dare? fac. Congreg. *declarat.* 153. respondit, quòd non tempore Paschæ Domini, & hujusmodi maximarum solennitatum, & hæc omnia intelligi debent cum Clausula Concilii, *in dict. caput.* § *salvis nihilominus.*

Quartum dubium, an in illis tribus mensibus à jure concessis sit assignanda causa absentiæ, & cum licentia sui Prælati, vel an possit potiri beneficio trium mensium, nulla causa declarata, sed impetratâ licentiâ, fac. Conc. *declar.* 448. *in meis*, censuit in hæc verba, nullam assignandam esse causam, nec ullam licentiam requiri, non tamen omnes Canonicos posse abesse eodem tempore, ne Ecclesia destituatur suo debito servitio, sed tantum quotam partem Canonicorum, quæ videbitur arbitrio Episcopi vel Capituli.

Tertiò, principaliter de beneficiis simplicibus, nihil quoad hoc (quantum potui videre) statuit sancta Synodus, nisi *in sess.* 21. *cap.* 6. *de reform. circa ultimum & sess.* 25. *cap.* 14. *de reform.* tamen quicquid sit, quia nos loquimur præcipuè de privatione beneficiorum, ratione residentiæ non præstitæ, dico primò, quod de jure omne beneficium, etiam simplex, requirit residentiam, *cap. conquerentur*, & *cap. si de cler. non resid.* Selv. 4. *par. qu.* 1. Nav. *loco citato*, tamen ex consuetudine, de qua lamentabatur Diaz. *Pract. Crim. Canon. cap.* 44. & Selv. *loco citato*, *quæstio* 2. Dico secundo, quòd si clericus beneficiatus beneficio simplici, vagetur per mundum, potest privari beneficio simplici, propter delictum vagationis, Innoc. *in cap. ex tuæ*, *num.* 4. *de cler. non resid.* Abb. *in dict. cap. ex tuæ*, *num.* 14. *de cler. non resid.* Selv. 4. *par. q.* 5. *colum.* 4. Abb. *loco citato*, ex Innoc. *ind. c. ex tuæ*, Gimon. *de grat. expect. cap.* 1. *n.* 17. *cap. non oportet*, *cum seq.* 7. *quæstio* 1. Afflic. *decis.* 189. *numero* 3. quò habentur multa pro practica privationis, ob residentiam non præstitam, & hoc multis modis. Primò, quando vagatur, & ignoratur, quò eat, beneficiumque illud habeat quasi pro derelicto, hoc patet ex superioribus; vide Abb. *in cap. ex parte*, *per totum*, *de cler. non resid.* & *in repet.* § *qui verò*, *cap. extirpandæ*, *numero* 32. *de præbend.* Secundò, quando citatur ad Synodum diœcesanam, quæ quolibet anno celebrari debet, Conc. Trident. *sess.* 24. *cap.* 2. *de reform.* nam in illa omnes beneficiati tenentur adesse, ut ibi patet, *cap. ex ore*, *circa finem*, *de privileg.* gloss. *in cap. quia tantùm*, *in versiculo plures*, *de præbend.* & vide *superiùs in ver. Concilium.* Tertiò, in visitatione, ubi Episco

piscopus debet inquirere de omnibus beneficiis ecclesiasticis, *c. ap. ordinarii, de offic. ord. libro 6. cap. decernimus*, 10. *q. 1. cum sequentibus*, & si non comparuerint, potest procedere ad privandum, modò quo suprà. Quarto, quando beneficiatus absens ignoratur, an sit vivus vel mortuus, & longa mora, seu absentia derentus, tamen si residebit, recuperabit sine alia collatione (hoc intellige nisi fuerit privatus in contumacia) quia tunc non recuperabit. Rebuff. *ubi suprà in tit. de reprobation. beneficiis vivent. in pract. nu.* 21. Sed animadvertere debent locorum Ordinarii, ne procedant ad beneficiorum privationem absque personali citatione, non enim sufficit notitia rei vaga sed certa, & indubitata, Gõ. *tract. utr. signat. fol.* 21. *colum.* 3. decis. Rotæ. 750. *in antiquis*, Felin. *in cap. quoniam*, §. *porrò*, *col. antepen. ut lite non contest. & in cap. cum contingat*, *col. pen. de rescript.* Rom. *cons.* 481. *incipit*, *in casu præmisso*, *secundo dubio*, *& in leg. scire debemus*, §. *qui autem. ff. de excusat. tut. l. aut qui aliter*, §. *& si fortè*, *& ibi gloss. finalis*, *quod vi aut clam.* & Cov. *in cap. alma mater*, 1. *par.*, §. 9. *numero* 4. dicit, non posse dici verè monitum, vel contumacem, nisi monitio, vel citatio sit personalis, facit gloss. *in Clem. unica*, *in versiculo*, *manifestè*, *de dolo & contum. & Extravagans unica commun. de pœn.* idem decis. Caputaquens. 114. *& 115. & decis. 372. pag. 2. & decis. 375.* sed quando fuit lata reo semel personaliter citato, & in eo non comparente, per audientiam contradictarum, est valida. Caputaq. *decis. 135. pag. 3.* Rota *decis. 164. in noviss.*

Quintò, qui per triennium non fuerit adeptus possessionem beneficii, videtur illud habuisse pro derelicto, Boer. *decis. 24. numero 3.* Dicet quis, ergo nunquam poterunt locorum Ordinarii privare quem beneficio, quia beneficiatus nunquam facit se citare personaliter multis artibus, & technis. Respondetur ex Covar. *loco citato*, quòd quando quis dolo latitat, ut subterfugiat personalem citationem, potest tunc ad domum habitationis, vel ad valvas Ecclesiæ citari, & Selva *ubi suprà*, loquens de citatione personali, dicit, si commodè citari potest, & sic intelligitur *cap. ex tuæ. cum similibus*, *de cler. non resid.* & tunc expectari potest per sex menses, trib. propositis edictis, prout *suprà*, Tiraq. *de utroq. retract. tit. 1. §. 9. numero 37. & §. 6. gl. 1. & 2. numero* 4. & 6. Inno. *in dict. cap. ex tuæ*, *numero* 5. vide Abb. *in dict. cap. ex parte*, *numero* 8. *& in dict. cap. ex tuæ*, *nu.* 13. ubi dicit, quòd quando scitur ubi sit, sufficit semel citari personaliter, & præfigi terminum, quo transacto, potest spoliari: si verò ignoratur, tunc opus est tribus edictis, facit *cap. pro possessore*, & ibi Dyn. *numero* 5. & addit. *in ultim. littera F. de reg. jur. libro 6.* & gl. *in cap. cùm constat*, *hoc titulo & lib.*

Primùm dubium, an Episcopus possit in aliqua sua constitutione ponere pœnam privationis beneficiorum illis, qui non residentin suis beneficiis, quæ de jure, statuto, seu consuetudine non requiruntpersonalem residentiam. Et videtur quòd non, per ea quæ dicit Gom. *in cap. 2.*, §. *statuto*, *de constitut. libro 6. numero 17.*, *& in dict. cap. numero 56.* tamen his non obstantibus, contrarium est verius, pro-

ut dixi *in verſic. edita*, §. 2. & hoc præcipuè, quando eſſet notabilis abſentia, ſed hoc non videtur undequaque obſervari.

Secundum dubium, an poſſit Epiſcopus prohibere parochis ſub pœna excõmunicationis latæ ſententiæ, ne ultra biduum abſint ab Eccleſiis ſuis. Sacra Congreg. *declarat*, 37. negativè reſpondet, ſed benè ſub pœna pecuniaria, quæ nõ excedat dimidiam decimam: vide Rebuff. *loco citato*, *numero* 14. & Navar. *cap.* 25. *n.* 121. *juxta medium*, dicentem, poſſe parochum abeſſe duos menſes, abſque licentia, cum cauſa. Ampliatur quod dictum eſt, non ſolum reſpectu reſidentiæ non præſtitæ, poſſe quem privari beneficiis, ſed propter negligentiam; Gloſſ. *in cap.* 1. *de offic. cuſtod. & in cap. ea quæ*, *de offic.* Archid. *& in cap. placuit*, 2. *quæſtio* 3. *& in cap. dictum*, 81. *diſtinct.* Gom. *tract. de neglig. caſu* 156.

Ad quintum, omiſſis diſputationibus, de quibus copiosè poteris videre per Gom. *in cap.* 1. *in ver. ipſo jure*, *à numer.* 4. *& infrà*, *de reſcript. libro* 6. reſpondetur ex eodem, requiri ſententiam declaratoriam, quotieſcunque imponitur pœna ipſo jure, etiam in hæretico, per *cap. cùm ſecundum legem*, *de hæret. libro* 6. & Caſt. *loco citato*, facit *cap. licèt*, *de præben. libro* 6. Gomeſ. *quæſtio* 52. *de ann. poſſ. & quæſtio* 52. *de trien. poſſeſſ.* Nav. *cap.* 23. *numer.* 67. Soto. *libro* 1. *quæſtio* 6. *articulo* 6. *circa fin. de juſt. & jure*, *in concluſ.* 3. Capyc. *deciſ.* 112. *numero* 2. Tabien. *in verbo. excommunicatio* 5. *caſu* 2. §. 1. Covar. *loco citat.* §. 2. *numero* 9. quamvis *in libro* 4. *ca.* 8. *numero* 3. *var. reſol. verſic.* 2. dicat, hæreticos eſſe ipſo jure privatos beneficiis, & inhabiles ad ea obtinenda, per *cap. ut commiſſ.* §. *privandi de hæret. lib.* 6.

Adſextum, reſpondetur, rem profectò eſſe difficilem, tamen omiſſis quæ hinc inde dici poſſent, dico requiri etiam aliquam declaratoriam, etiam in notoriis: Gom. *loco citato*, Bald. *in cap. ad noſtram*, *il.* 3. *de jurejur.* Nav. *cap.* 25. *num.* 117. *& cap.* 27. *num.* 247. *& cap.* 23. *num.* 67. ubi habentur tres rationes. Prima, ut omnia ordinatè procedant: ſecunda, ut per ſcripta appareat convicta malitia delinquentis: tertia, propter periculum, quis enim eſſet, qui ſponte ſua vellet dimittere beneficia, ſolvere pœnas, prodere turpitudinem ſuam, & eſſe exequutorem pœnarum in ſe ipſum? Et hoc clarè habetur ex Cov. *de ſponſal.* 2. *p. cap.* 6. §. *octavus*, *à num.* 10. *& infrà. in v. tertio.* quod proba, ex communi Canoniſtarum & Theologorum ſententia, imò dicit, valere hoc in conſcientia, Selv. *in ver. emphyteuſis*, *numero* 7. §. 2. & Capyc. *deciſ. citata.* Vincent. de Franch. *dec.* 163. *numero* 2. & hoc facit pro intellectu Extravagantis, *Ambitioſè*, *de reb. Eccleſiaſticis non alien.* & Bulla Pii V. contra clericos beneficiatos Solomitas, cujus meminit Navar. *cap.* 27. *numero* 249. afferens declarationem Greg. XIII. vivæ vocis oraculo, dicentis illam obligare, etiam in conſcientia, & eſt *Bulla* 70. *fol.* 1028. & Leo X. *Bul.* 2. *fol.* 194. *& Bulla* 5. *fol.* 92. facit etiam pro dicto ſacr. Conc. Trident. *ſeſſ.* 2. *c.* 1. *de reform.* dicentis, non reſidentes minimè facere fructus ſuos, in conſcientia, etiam alia declaratione non ſecuta, Navar. *loco citato*, facit quod notat Iſer *in uſib. feud. Rub. Quo tempore*

tempore miles, c. fi. numero 3. & an in notoriis requiratur sententia ? *ibidem num.* 9. vide Bald. *in Marg.* Innocen. *in ver. sententia privationis & in ver. sententia diffinitiva*, & Innoc. *in cap. si adversus. de eo qui mitti. &c.* vide omnino Iason. cum allegatis *in l. si quis major, numero* 21. *vers.* 14. *de transact.* hoc tamen fallit, quando à jure est imposita pœna ipso iure, ex aliquo facto, quia tunc non requiritur sententia declarativa, si Judex statuit terminum ad se defendendum super facto, & ille se non defendit, Gemin. *in c. Ordinarii*, §. *quod si fortè, notab. quinto, per illum textum, de offic. Ordin. libro* 6. & sic dicit limitari, *dict. c. cum secundùm legem.*

Dices, quid operantur illa verba: *Nulla super hoc aliâ expectatâ sententiâ declaratoria* ? Respondetur à Doctor. cit. quòd ex hoc maximum oritur malum, quòd quando quis condemnatur super facto, & pœna, quam ipso jure incurrerit, prout supra, condemnatur ad restituendum fructus omnes, non solùm perceptos, & consumptos, sed etiam quos percipere potuisset, à die patrati criminis: Diaz. *in Pract. crim. Can. c.* 123. quamvis ibi addit quandam modificationem, Gom. *loco citato, numero* 9. & 10. Boer. *decis.* 98. *numero* 4. & 5. Felin. *in c. de quarta, colum.* 2. *in principio*, quamvis in minimis parvisque pœnis temporariis, teneri statim in conscientia restituere contravenientes velit Nav. *loc. cuato.* Cæteras pœnas non residentium, vide in Bulla Pii IV. *quæstio* 115 *fol.* 833. ubi ait, eos facere spolia de omnibus acquisitis per quæcunque beneficia, etiamsi testandi habuerunt facultatem, quod est notandum pro concordia spoliorum hodie facta cum Sede Apostolica, quoniam non residentes inciderent in hanc pœnam, & concordantia facta non tollunt dispositionem dictæ Bullæ. Verùm animadvertendum est, præfatam Bullam fundari super Decreto *S.* Concilii Tridentini *sess.* 21. *Can.* 1. *de reform.* ubi conceduntur tres menses *P*rælatis, & duo Curatis, & tres Canonicis, *sess.* 24. *cap.* 12. *de reform.* gl. *in cap. in pœnis, de reg. jur. libro* 6. *in fine*, & facit ista doctrina procaducitate rei emphyteuticariæ, prout *suprà in verb. locatio*, §. 2. & Bal. *in Marg.* Innoc. *in ver. emphyteus. quæstio* 2. facit quòd notat Navar. *in consilio* 3. *de Clem. non resid.* ubi dicit, quòd Canonicus non residens, non tenetur solvere fructus perperceptos in absentia, nisi post latam sententiam, & *consil.* 20. *de hæret.* dicit bona hæreticorum non esse confiscanda, nisi præcedente declaratoriâ, etiam in notoriis.

Ad septimum, vide & distingue cum Selva, 3. *par. pag.* 31. *per totum*, sed notandum, quòd quotiescunque sequitur privari aliquem beneficio quocunque modo à Judice, beneficium illud ille Judex, vel is, ad quem collatio ipsius pertinet, non potest conferre, nisi elapsis decem diebus, qui conceduntur reo ad appellandum, Addit. ad decisio. Rotæ 2. *num.* 63. *de rescript. in noviss.*

Quæritur hic noviter, an ordinatus, & beneficiatus per Papam, possit privari, vel deponi ab Episcopo suo? Respondetur ex Capel. Tolos. *q.* 292. quòd sic, quoad beneficium, sed non quoad ordinem

nem. Ioann. Andr. *ex gloss. in cap. si alium, par. quæstio* 1.

Ad octavum, vide Tyraq. *de utroque retract. titulo* 1. § .8. *gloss.* 7. *numero* 16. *in fin.* ubi ex Anchar. concludit affirmativè.

Ad nonum, vide eundem Tyraq. *ubi supra*, §. 26 *gloss.* 2. *numero* 9. & quo ad primum, vide Iser. *in usib. feud. cap. de form. fidelit.* §. *sed quia non sufficit, n. quar.* & Abb. *in cap. fin. numero* 10. *de donat. & & c. fin. de postul.* & Staphil. *fol.* 134. *a.* 10.

Ad decimum, vide Innoc. *in cap. cum bona, num.* 2. *de ætat. & qual.* Abb. *in cap. gravem, numero* 3. *& 5. de pœn.*

Ad Undecimum, vide Staph. *de lit. gr. fol.* 139. *à numero* 1. *& infrà*, & Rebuff. *tit. de mod. amis. benef. per totum.*

Ad duodecimum, vide Abb. *in cap. ad aures, nu.* 3. *de pœn.* ubi dicit quòd sic.

Primò, hic noviter quæritur, an perseverans per annum in excommunicatione, sit ipso jure privatus beneficio, an veniat privandus per sententiam, vide brevitatis causa, & distiugue cum Addario, *ad quæst.* 365. *Cap. Tolos.* pro practica.

Secundò, an unus Episcopus possit privare aliquem beneficio, quod ille habet in diœcesi aliena, verbi gratia, Episcopus Neapolitanus privat per sententiam Sejus beneficiis, quæ habet, an si Sejus habet beneficium Beneventi, sit privatus illo, & Episcopus Beneventanus teneatur habere ratam sententiam Episcopi Neapolitani? Respondetur, quoad primum, quòd sic; quoad secundum, quòd potest Episcopus Beneventanus revidere sententiam Episcopi Neapolitani, an benè, vel malè sit pronuntiata, vide pleniùs Gem. cum reliquis *in ca. Ordinarij, ver. sed quando, de offic. ordin. lib.* 6. & potest cogere Clericos suos, ut ostendant Bullas beneficiorum, quæ ipsi obtinent in alienis Diœcesibus, *per dict. cap.*

PROCESSIONES.

SUMMARIUM.

1 *Quænam sint processiones solemnes.*
2. *Qui venire ad eas cogantur, & quando.*
1. *Controversiæ ad præcedentia quomodo sopiendæ,*
4. *An Regulares possint facere processiones extra claustra, sine licentia Ordinarii.*
5. *Ad quem pertineat ordinare processiones & quo, & quà ducendæ sive dirigendæ.*

AD primum, tres sunt processiones, sive Litaniæ. Prima est divi Marci diei. Secunda Rogationum, *cap. Rogationes, de Consecr. distin.* 3. tertia, Corporis Christi, Concil. Trident. *sess.* 13. *cap.* 5. *& Canon.* 6. *Clem. unica, de reliq. & venerat. Sanct.* Concil. *Moguntin. Can.* 33. reperiuntur etiam aliquæ certorum processiones locorum, juxta cujuscunque Urbis, vel Oppidi solemnitates, ut Neapoli Sabbato proximiori Kalendis Maii, processio sanguinis divi Januarii Martyris, & Episcopi Beneventi. Similiter publicæ processiones dici possunt, quæ fiunt propter bonum publicum, prout in vacatione Ecclesiæ Cathedralis pro bono impetrando à Deo Pastore, Conc. Tridentin. *sess.* 24. *capitulo* 1. *de reformat.* ex quo majùs sumitur argumentum, vacante Sede Aposto-

Apostolica, tunc enim fieri debent publicæ processiones pro obtinendo optimo, à summa bonitate Pastore Ecclesiæ universalis, propter bonum universale totius Reipublicæ Christianæ, ad quas omnes Regulares accedere debent, per *caput. in toto, & c. plus, de reg. jur. libr. 6. & capitul. ubicùnque, §. fin. de elect. lib. 6.* & dum Neapoli quidam Monachi hæsitassent accedere ad processionem, quæ fiebat de mense Januarii 1592. vacante Sede Apostolica per obitum Innocentii IX. & postea succedente electione Clementis VIII. moderni Pontificis maximi, fuit concluſum coram multis Prælatis, ac viris doctis, me præsente, quòd tenebantur accedere, cujus sententiæ ego etiam priùs eram, ob rationem dictam, aliàs potuisset Ordinarius eos compellere censuris, & pœnis Ecclesiasticis, aliisque juris opportunis remediis. Conc. Trid. *sess. 25. capit. 23. de Reg.* & dixi *in ver. excommunicatio de causa materiali, dub. 4.*

Ad Secundum, Con. Trid. *sess. 25. ca. 13. §. exempti*, ita disponit; exempti autem omnes tam Clerici sæculares, quàm Regulares quicunque, etiam Monachi, ad publicas processiones vocati, accedere compellantur, iis tamen exceptis, qui in strictiori clausura perpetuò vivunt, ut sunt Carthusiani, Camaldulenses. & alii, sacerdotes servientes in Ecclesiis Equitum Hierosolymitanorum etiam possunt ad hoc compelli ab Ordinario, *declar.* sac. Cong. 360. Ex verbis Conc. oriuntur quatuor dubia. Primum, quænam dicantur publicæ processiones. Secundum, an possint compelli per censuras ecclesiasticas ab ipso Ordinario, ut accedant ad processiones omnes ecclesiastici. Tertium, an debeant vocari, & sit necessaria ipsa vocatio. Quartum, inter mendicantes, qui præcedere debeant.

Ad Primum, ultra dicta *in primo §. processiones*, quæ fiunt in Jubilæis publicis, & plebibus, in quibus ipsi Regulares habent Monasteria, *declar.* sac. Cong. 31. & denique publicæ processiones dicuntur, ubi adest prælatus, Conc. Provin. Neap. *cap. 38. de processionib.*

Ad Secundum, vide *in ver. excommunicatio, de causa materiali, §. 4. ver. 2.* ubi respondetur affirmativè.

Ad Tertium, *loc. cit.* Conc. dicit, quod debent vocari, & hoc rationabiliter; primò, non solùm, ut si ire nollent, non excusarent, sed ad hoc, ut sciant horam, qua processio fieri debeat, vel vocari virtualiter, ut quia sciunt diem consuetum, & sic non opus est vocari actu semper. Faciunt ea quæ dicemus *in 3. p. in ver. Concilium.* ubi agemus, an sit necessaria vocatio.

Ad Quartum. Pius V. *Bulla sua 69. f. 1026.* Fratres ordinis Prædicatorum vult præcedere omnes Mendicantes, & de ordine præcedendi in processione, vide multa in Boer. *tract. de auctor. in ca. par. Fran. num. 86. & infrà*, vide Abb. *in ca. nimis prava, n. 1. de excess. prælat.* & hanc Bullam Pii V. Greg. XIII. revocavit in Bulla (de qua *inferiùs*) ubi disponit, quod inter Mendicantes præcedant qui sunt in possessione præcedentiæ: si verò de possessione non constet, præcedant qui priùs monasterium habuerunt in

loco præcedentiæ, Canonici verò Regulares, ut digniores, præcedunt Monachos. Nav. *cap. statuimus*, 19. *qu.* 3. *nu.* 5. Bulla Pii IV. sub datum Romæ, die 18. Januarii, 1564. & hoc non solùm in processionibus, sed in Generalibus, & Synodalibus seu provincialibus Conciliis, omnibus actibus publicis, & privatis cum his conditionibus, videlicet dimissa superiori veste, pallio, seu cappa, in linea veste, & clericali habitu incedentes, &c. Facit *ca. quorundam*, & *ibi gl. in ver. Prædicatorum*, & Gemin. *ibi ver. & nota ex ista glossa, de elect. lib. 6.*

Ad Tertium principale, fac. Conc. *loc. cit.* dat remedium Ordinario componendi controversias, & tumultus incidentes in dictis processionibus, & Greg. XIII. *Bul. sua* 86. *f.* 1323. dat modum decidendi differentias Confraternitatum de præcedentia, ut illi qui sunt in quasi possessione præcedant omni appellatione remota, & si hoc non potest probari, illi, qui primò usi sunt saccis, cessantibus Reclamationib. Appellationibus, Subterfugiis, & aliis hujusmodi.

Ad Quartum, extra claustra non possunt facere processiones, *ca. certum est quidem, de consecr. distinct.* 1. Ratio est, quia non habent territorium, & sic vidi practicari in omnibus Civitatibus, imò semel vidi de hoc dubitari, & fuit dictū, quod non possint sine Ordinarii licentia, nisi intra claustra, & ambitum suorum Monasteriorum, juxta *ca. sicut antiquitus*, 17. *qu.* 4. facit gloss. *in ca. conquerenti, in ver. jurisdictionem, de offi. ord.* ubi dicit, per *ca. de persona*, 2. *q.* 1. quod Episcopus est Iudex Ordinarius, tam Monachorum, quàm aliorum, & addo ego ex Abb. *ubi sup. num.* 4. quod in tantùm eximuntur Regulares à jurisdictione Ordinarii, quatenus eis conceditur in eorum privilegiis, *ca. porrò, de privil. ca. cùm & plantare, eodem.* sed inspicienda sunt eorum privilegia an habeant concessionem, quod possint facere processionem extra eorum claustra absque licentia Ordinarii, quod non credo eos habere, cùm passim videatur in processionibus Rosarii, Conceptionis, & hujusmodi, Neapoli, & alibi solum illos facere eas intra claustra, & ambitum Monasteriorum, prout *suprà*, vide Conc. Chalcedon. *Can.* 4. facit *capit. de iis, & ibi gl. in ver sui Episcopi*, 12. *dist.* & Rodoan. *tract. de reb. Eccles. non alien. q.* 41. *nu.* 66. vide glo. *in Sum.* 10. *q.* 1. *& cap. monasteria, cum similibus*, 18. *q.* 2. D. Ant. 3. *p. Sum tit.* 10. *c.* 5. § 8. Gabriel, *in Clem. Dudum, de sepul.* Host. *in Sum. tit. de offi. ord.* § *sunt autem quædam*, ubi dicit, subesse Episcopo omnia Monasteria, & Ecclesias, nisi speciali exceptionis privilegio sint munita, & Inn. *in cap. cum inter, nu.* 2. dicit, Litanias esse unum de juribus Episcopalibus: si ergo est unum de juribus Episcopalibus; ergo Regulares sine Episcopi licentia non possunt eas processionaliter dicere, quia esset usurpare jus illud, facit quod not. Card. *in Clem. 1. nu. 1. & statu monac.* ubi dicit monasteria esse territorium Abbatis, non extra, Caputaq. *dec.* 225. *p.* 2. facit quod notat Afflict. *in qu.* 6. *numer.* 4. *pralud. Constit. Regni*, quod valet consequētia, Barohabet territoriū, ergo habet jurisdictionem. Vide Gem. *in c.* 2, *vers. quæro Episcopus, de constit. lib.* 6.

Ad

Ad quintum, quoad primum, pertinet ad Archidiaconum, ut incedant bini ordinatè, devotè, & honestè; Host. *in ca. officium, de offic. Archid.* per illum tex. Boer. *in tract. de aut. ma. conf. parl. Franc. n.* 99. quoad secundum, fac. Cong. *declar.* 467. *in meis*, censuit in hæc verba; *Ad Episcopum, cum consilio Capituli, pertinet decernere, & dicere, quò, & quà ducenda, dirigendaque sint processiones.*

PRÆDICATIO.

SUMMARIUM.

1 *Ad quem pertineat prædicatio.*
2 *Quis prædicare possit.*
3 *De cujus licentia.*
4 *Ubi debeat audiri.*
5 *An peccet mortaliter prædicans in peccato mortali.*
6 *A quibus debeat cavere, & quas instructiones debeat habere.*
7 *Ad quem spectet munus eligendi prædicatorem, & ei tribuere eleemosynam.*
8 *Quando debeat prædicari.*
9 *An locorum Ordinarii possint examinare prædicatores.*
10 *An prædicare possit eis qui est sine ordine sacro.*

AD primum, fac. Conc. *sess.* 24. *c.* 4. *de refor.* dicit esse munus Episcoporum præcipuè, ita D. Paul. 1. *Timoth. c.* 5. & 2. *c.* 4.

Ad secundum, videatur Castro *lib.* 3. *c.* 2. *de justa hæret. punit.* ubi concludit, quòd ex indifferenti licentia, quæ datur unicuique concionandi, ortæ sunt multæ hæreses, & c. 3. duo præcipuè esse necessaria prædicatoribus asserit, bonitatem vitæ, & doctrinam, ideo sanctè Leo X. *in Bulla sua, quæ est* 15. *fol.* 105. excommunicat ipso facto excommunicatione Papali, & aliis pœnis, prædicantes sine licentia suorum superiorum, & Conc. Trid. *sess.* 5. *c.* 2. *§. si quæ*, præcipit, nulli dari licentiam prædicandi, nisi à superioribus fuerint examinati de vita, moribus, & scientia, & approbati, quod considerare possunt locorum Ordinarii, ut aspiciant approbationes prædicatorum an sint recentes, an veteres, veræ, an fictæ.

Ad tertium, fac. Conc. *loc. cit.* disponit, quòd si prædicant in Ecclesiis suorum ordinum stante licentia & approbatione suorum superiorum, sufficit se præsentare coram Ordinariis, & ab eis dispositionem petere (& præsentare, intellige personaliter) per gloss. *in Clement. Dudum, de sepult. in ver. præsentati*: si in Ecclesiis, non suorum Ordinum, nõ sufficit petere benedictionem, sed debent habere licentiam ab ipso Ordinario, *in sess.* verò 24. *cap.* 4. *de refor.* disponit, quòd nullus tam secularis, quàm regularis possit prædicare, nec in Ecclesiis suorum Ordinum contradicente Episcopo: ergo non sufficit petere, sed obtinere licentiam ab ipsis Ordinariis, & si facerent oppositum, possent ab Ordinariis locorum excommunicari, *cap. excommunicamus*, §. *quia verò*, *gloss. in capit. quod Dei, in ver. privilegium, de statu mon.* Symanc. *de Cath. institut. titul.* 49. Penga *Com.* 40. *in capit.* 12. 2. *part. Direct. Inquisit.* Cast. *loc. cit. cap. tertio circa finem*, potest etiam

Ordinarius exigere fidei professionem à Regularibus, quando dat eis licentiam concionandi. *declar.* Sac. Congreg. 28.

Ad quartum, sac. Conc. *loco cit.* §. *moneat*, dicit teneri unumquemque parochiæ suæ interesse (ubi commodè fieri potest) ad audiendum verbum Dei, quod videtur sonare præceptum, utens verbo teneri, & ita videtur annuere Navar. *capit.* 21. *notab.* 5. Sylvest. *in ver. dominica, numero* 8. §. 6. *ver. tertium*, Angel. *in ver. feriæ, numero* 44. sed Conc. addit moderationem, si id commodè fieri potest. Ideo vidi viros pios, & doctos alibi audire verbum Dei, non in parochia, quia fortasse ei plus satisfacit unus quàm alter concionator: & sac. Congr. *declarat.* 6. disponit, non posse Ordinarium multis, & pœnis cogere ire ad audiendum sacram concionem, & Missam in Ecclesia parochiali.

Ad quintum, quicquid dicat Navar. *capit.* 25. *numero* 141. tamen quòd non peccat mortaliter, Soto 4. *Sen. d.* 1. *qu.* 5. *artic.* 6. Cajetan. *in Sum. in ver. prædicatorum peccata*, tamen tunc esset vera sententia Navar. & Cajet. quando peccatum esse publicum, seu notorium.

Ad sextum, primò debet canere, ne publicè & incautè reprehendat, vel mordeat Episcopos, sub pœna imposita à Leone X. Bulla superiùs citata. Secundò, non erit inutile, habere libellum instructionum concionatorum, confectum jussu Illustrissimi & Reverendissimi Caroli Boromei, Archiepiscopi Mediolanensis, & habetur in actis ejusdem Ecclesiæ, similiter & Rethoricam Reverendi Patris Aloysii Granatensis, & alia hujus farinæ, vidi Bull. Pii V. *quæ est* 119. ubi prohibetur disputari in prædicationibus de Conceptione beatæ Virginis.

Ad septimum, sac. Congreg. *declar.* 222. disponit, quod munus eligendi prædicatorem Episcopo incumbit, & *declar.* 383. dicit idem, nisi in contrarium sit consuetudo, ab immemorabili tempore citrà, & *decla.* 286. dicit: Episcopus debet sumptibus propriis conducere in Ecclesia Cathedrali prædicatorem, non obstantibus quibuscunque consuetudinibus, etiam immemorabilibus, & *declar.* 253. dicit, quod Episcopus, vel debet per se ipsum prædicare, vel sumptibus propriis alium cõducere, qui id munus exequatur: & *declar.* 166. censuit, quod ibi viget consuetudo, quod populus solvat concionatorem, illa debet observari, & *declarat.* 232. disponit, quod dum est dubium, quorum sumptu sit conducendus concionator, pro quadragesima, debet Episcopus interdum proprio sumptu conducere illum.

Ad octavum, non de nocte, sed manè in aurora si agitur de prædicatione Passionis Domini nostri, Conc. Provin. Benevent. *c. de repræsent. toll.* & Con. Provinc. Neap. *capit.* 5. *de prædicat. ver. Dei*, ubi agitur etiam de aliis prædicationibus & Conc. Provinc. Cusen. *sess* 1. *capit. de præd. ver. Dei*, §. *pen.* nisi aliud Episcopo magis expedire videatur.

Ad nonum, respondetur quod sic, prout elicitur ex Bulla Leonis X. *quæ est* 15. & ita vidi practicari Romæ, Neapoli, & Beneventi.

Ad

Ad decimum, respondetur quod sic: Nav. *con. 7. de judice deleg.* non hoc faciat ex commissione superioris, imò etiam laicus, *cap. mulier*, 23. *dist.*

PRÆROGATIVA SEU GRADUATIO.

PRimò, prærogativa, seu graduatio satis est in consideratione apud Romanam Curiam, circa collationem beneficiorum ibi vacantium, quæ licèt ante Conc. Trid. erat in frequentiori usu, propter expectativas, & mandata de providendo, tamen hodie etiam sibi locum vendicat, circa concurrentiam ad vacantias beneficiorum in Urbe, ut hac in praxi de ea aliqua habeatur notitia, licèt remissivè. Dico, quòd de prærogativa, vel graduatione, tam graduum literatum, sive scientiarum, artium, & facultatum, familiaritatum, & nobilitatum, & quomodo practicetur, videndus est Staph. *de liter. grat. à fol.* 11. *usque ad folium* 158. & Gom. *de eodem tract.* quia faciliùs Papa concedit beneficia Doctoribus, *cap. cum in cunctis*, §. *inferiora, de elect.* Caputaq. *dec.* 177. 1. *par.*

Secundò, prærogativæ honoris quot sint, vide Gemin. *in cap. 1. ver. quæro quæ, de offic. leg.* 6. ubi ex Host. enumerat undecim. Prima, prælationis: secunda, dignitatis: tertia, temporis: quarta, antiquitatis: quinta, consecrationis: sexta, manus excellentis impositio: septima, majoris ordinis: octava, recognitionis feudi, ubi laicus tenetur clerico, & è contrà: nona, magisterii, sive instructionis: decima, honestatis, sive sanctitatis: undecima, honoris, ut Legati & Cardinales: ista deserviunt pro & quando in jure, vel in Bullis fit mentio de honore prælationis pro practica.

PROFESSIO.

PRimò, quando in Regularibus obliget professio, & num omnis professio? Respondetur præpositis, quæ dicta sunt superiùs *in vers. Monales*, §. 2. quòd professio sollennis obligat Regularem ad omnia onera Religionis, cujus professionem emiserit, patet juribus vulgatis, & Sylvest. *in ver. Religio*, 3. *per totum.* Secundò, quòd obligat ad observantiam, *cap. 19. sess. 25.* sac. Conc. Trid. *de reform. Regul.* imò quod quinquennium illud, de quo ibi, non possit prorogari, & obligat etiam eos, qui exierunt ante confirmationem Concilii à Religionibus, ita sac. Congr. *declar.* 410. §. *non dentur.* Sed hoc quinquennium non currit legitimè impedito, quin possit etiam, eo elapso, reclamare. Navar. *loc. cit. vers.* 2. & 3. Tertiò, quod professio tacita etiam obligat ad observantiam illius cap. ita in facto responsum fuit ab ead. sac. Congr. in quadam causa, dum essem Romæ, de mense Maii, 1589. Navar. *in c. nullum. nu.* 77. 18. *q.* 2. & *in c. statuimus, notab.* 20. *nu.* 75. *ver.* 2. & *col.* 35. *de reg.* & si exeunt, & deponunt habitum, sunt apostatæ, & subjacent censuris. Nav. *de reg. com. c.* 27. *nu.* 18. *ver.* 26 Quartò, quod regulares, qui sunt ejusdem ordinis, qui requirat professionem,

si tacitam professionem emiserint, licèt palàm, & expressè id factum non fuerit, tamen cogendi sunt, ut profiteantur expressè, ita ead. sac. Cong. *declar.* 250. Quintò, quando quis dicatur solenniter, seu expressè, vel tacitè professus, vide Covar. *c.2. de test. in princ.* glo. *in Clem. fin. in ver. deinceps, de Regular.* Sylvest. *in ver. Religio, 3. per totum, &* §.19. melius & abundantius vide Navar. *in d. c. statuimus, nu.* 73. ubi explicat quot modis quis efficiatur tacitè professus, & qui manserunt in religione per quinquennium, omninò non audiantur, ita sacr. Congr. *declar.* 376. *in meis.* Sextò, quòd illa tria requisita à sacro Con. Nempe ut infra quinquennium non dimittat habitum, & causas, quas prætenderit, ducat coram superiori suo, & Ordinario, sunt essentialia, quorum si unum deficiat, ille subest pœnis illius c. Ratio est, quia ibi datur forma, quæ non potest mutari, nec sufficit illam adimplere per æquipollens, sed debet ad unguem observari. Gom. *in c.1 num.* 183. *de constit. lib.9. & tract. de brevi, nu.* 28. facit *c.1. de his, quæ vi metusve causa fi.* & quando solennitas datur pro forma, etiamsi esset levis, ejus omissio vitiat actum, Fel. *in c. quoniam frequenter, col.3. & 4. usque ad medium, ut lite non contest.* Boer. *dec.* 1. *à nu.* 40. *usque ad* 54. Septimò, nec obstat *c. porrectum, & ibi gl. in ver. professio, de Reg.* & ibi Abb. *col.* 2. & Boer. *d. dec. nu.* 14. quia ibi loquitur quando aliquis emiserit professionem, servatâ formâ Religionis, secus verò, quando non servatur forma Conciliaris, vel quia ibi intervenerit votum procedens, ratione cujus ille compulsus fuit regularem vitam accipere. Octavò, professio facta non servatâ formâ, tradita per Regul. Religionis, ligat in foro conscientiæ, Abb. Boer. tex. & glo. *locis cit.* faciunt quæ notat Vinc. de Franc. *dec.* 14. *n.* 10. *vers. quoad primum intellige*, modò, sit servata forma Conciliaris, quæ est generalis, Abb. *in c. quia in insulis, nu.* 4. *de Reg.* vide Dyn. *in c.1. nu.* 52. *de reg. juris, li.6.* Nonò, quando professio, qua forma debeat fieri, vide Capyc. *d.* 115. *num. ult.* & vidi observari sub hac forma: *Ego soror, vel frater N. voveo, profiteor, & promitto Deo, beatæ Virg. beato N. & omnibus Sanctis, & tibi Reverendiss. D. Episcopo N. castitatem, paupertatem, & obedientiam, in monialibus, ad clausuram, & observare omnia, quæ continentur in d. Regula beati prioris mei N. & in transgressionibus meis circa omnia & singula contenta in dicta Regula pœnitentiam mihi impositam humiliter, quantùm humana fragilitas permittit, implere*, quamvis posset fieri sub aliis verbis, quia non est statuta certa forma verborum, gloss. *in Clem. fin. in uno de reg.* circa hoc Sylvest. *loc. cit. & in ver. professio,* §.18. *vers.* 5. sed nota, quòd non est necesse exprimere sigillatim paupertatem, castitatem & obedientiam, posset nempe dicere, Voveo obedientiam secundùm Regulam approbatam, nam sub hoc includuntur cætera essentialia, Innoc. *in cap. consuluit de Regul.* Navar. *tractat. de Regul. com.1. ver.* 27. *num.* 81. *ver. vigesimumquartum.* aliam formam habes in Speculatore, *tit. de Regul.* quam refert Navar. *in dict. c. statuimus, num.* 29. *ver. pro contraria.* Decimò, professio de-

sio debet fieri statim elapso anno probationis, *c. Gonsaldus*, 17. *qu.* 2. *& c. beneficium, de regul. lib.* 6. intellige si attigerit ætatem requisitam à sac. Conc. *loc. cit. c.* 15. & dixi *in ver. Moniales*, §. 1. & 2. Undecimò, potest fieri etiam post lapsum unius anni, & plus temporis, quia Concilium, loco citato, requirit, ut non minus, sed non ut plus, id est, ultra annum. Duodecimò, professio tacita incipit in ultimo instanti anni probationis, nisi aliud obstet, Sylvest. *loco citato*, §. 19. ubi fortassis adest habitus distinctus, nisi præcedat protestatio in contrarium. Abbas *in c. ut clerici, nu.* 3. *de regul. & in capitulo ad nostram, num.* 4. & 5. *eodem*. Decimotertiò, debent locorum Ordinarii (si commodè fieri potest) animadvertere, ut statim elapso anno, monialis emittat hanc professionem. Ratio est, quia magis meriti illa habebit in actionibus regularibus post professionem, quam antè, meritorium enim magis est, facere aliquid ex voto, quam sine illo. Divus Anselmus *libro de similitud.* Divus Thom. 2. 2, *qu.* 88. *art.* 8. gloss. *in Clementina* 1. *de relig. & venerat. Sanct.* & ibi Abb, *numero* 10. 11. & 12. & Sylvest. *in verst. votum, primò*, §. *ultimo*, Navar. *cap.* 12. *num.* 32. *notab.* 4. Soto 4. *Sent. dist.* 19. *quæst.* 1. *art.* 1. *col. ultim.* nam vidi nonnullos Ordinarios, permittentes Moniales inveterare in Monasteriis, non solùm absque consecratione, sed etiam absque professione, quod est malum factum. Decimoquartò, professio facta per metum quid operetur: vide Abbatem *in capitu*, 1. *nu.* 1. *de Regul.* Decimo quintò, Religiosus transmissus de uno Monasterio ad aliud, non tenetur facere novam professionem, si jam antè eam fecerat in primo Monasterio, quando non sunt diversæ Regulæ, quia profitendo unam, omnes videntur profiteri, quoad substantiam Regulæ, Abb. *in cap. Abbate san. Sylvani, de verb. signif.* Rebuff. *tit. de transl. monach. nu.* 1. & 2. hoc tamen ego temperarem solùm habere locum in illa Regula, in qua fiunt tantummodo tria vota essentialia, sed si transierit ad aliam, ubi plura solent emitti vota, tunc opus esset remitti illa, quæ sunt peculiaria illius regulæ, ut in regula divi Francisci de Paula, vorum non comedendi carnes, nec lacticinia: in Cartusianis, vovere Clausuram, nam comedere carnes, & non exire clausuram, sunt essentialia istarum Regularum. Decimo sextò, an metus, & alia, de quib. sac. Con. Trident. *loc. cit.* habeant locum etiam post quinquennium, si durat metus, vel impotentia reclamandi? Respondetur quòd sic, per restitutionem in integrum. Nav. *ca. nullam, nu.* 76. *ver.* 2. Decimoseptimò, à quo die incipit quinquennium statutum per sac. Con. respondetur, quod in professis expressis incipit à die illo, in quo fit dicta professio expressa, in professis vero tacitè à die, in quo fit actus qui est proprius professis, in uno finitur annus gestationis habitus, per cujus lapsum prætenditur facta professio Navar. *in d. ca. statuimus. nu.* 76.

Decimooctavò, an in professione expressa requiritur scriptura, gl. *in capi. nullus religiosus, in ver. expresse*, & Gemin. & Franc. dicunt, quod non est de essen-

tia

tia professionis, sed ad hoc ut possit probari pro, & contrà, & sic etiam testes coram quibus fieri debet professio, gloss. *in cap. rursus. in versi. apud Deum, qui Cler. vel monach.*

PRETIUM.

NE quis existimaret, praxim hanc solùm forum exterius respicere, nedum internum, prout multis in locis hujus operis licet videre, pretia quoque rerum non consistere punctualiter, seu indivisibiliter, verùm suam habere latitudinem, hic volui admonere, una enim res potest valere nonaginta quinque pro pretio infimo, centum pro mediocri, & centum & quinque pro rigido: Aristot. 2. *Ethic. cap. 6.* D. Tho. 2. 2. *qu. 77. art. 1. ad primum argum. in fine*: Covar. *lib. 2. cap. 3. numer. 1. var. resol.* Navar. *ca. 23. numer. 79.* & sic potest intelligi *l. in causa. §. idem Pomponius. ff. de minor. & c. cum causa, de empt. & vend.* & quod dixi superiùs *in ver. emptio. §. 2.* & hoc pro dicendis nonnullis casibus, vel contractibus qui usurarii apparere possent, quive secus, Reverendissimis prælatis poterit deservire, prout *c. in civitate, de usur.* & Navar. *ca. 17, numer. 206.* Covar. *loc. cit. numero 6. & 7* Et pro evitanda fraude (quantiplurimi) quod satis perniciosum est in conscientiis timoratis, nam pretium semel constitutum præfixum, seu electum, amplius variari nequit, Covar. *lib. 2. c. 3. n. 7. var. resol.*

PRÆLATUS.

PRimò Prælati largo modo dicuntur etiam Rectores Ecclesiarum parochialium, sed stricto modo solum qui habent jurisdictionem fori contentiosi, Abb. *in ca. ne pro dilatione, n. 3. de pœnit. remiss. & in c. de multa, n. 61. de præbend.* prælati communi usu loquendi, solùm vocantur Episcopi, & eorum superiores, & præfecti Ecclesiarum Collegiatarum Secularium, vel Regularium, Navar. *consil. 6. de filiis presbyt.* & appellatione prælatorum veniunt gradus superiorum Religiosorum, ut Priores, Guardiani, magistri, secundùm quod diversa sunt nomina talium prælatorum, qui Religiosis præsunt, Gloss. *in cap. nullus religiosus, in ver. prælaturam, de elect. lib 6.*

Secundò, quando tenetur ad debita, & ad alia onera sui prædecessoris, & ad fructus malè perceptos itidem, vide Boer. *dec. 204. num. 48. & infrà*, vide Abb. *in c. 1. de solut.*

Tertiò, an possit excommunicare aliquem à se conventum, qui declinaret suam jurisdictionem, dicens non sum de jurisdictione tua, vel non debeo tibi hæc jura, quæ tu à me petis, & super his ostendit instrumenta? Respondetur negativè, sed causa agitabitur coram superiore, scilicet Archiepiscopo, si ille esset suffraganeus, vel coram Summo Pontifice, si esset Archiepiscopus: si verò non ostenderit, & quod petitur à Prælato, est notorium, potest tunc illum excommunicare: Capyc. *decis. 124. numer. 2. c. dilecto, de senten. excomm. lib. 6.*

vide

vide Innocent. *in cap. ex parte, numer. 3. de verb. signif.*

Quartò, prælatus successor an possit revocare contractum à suo prædecessore? vide Vincen. de Franch. *decis. 163. n. 8. & 14.* circa feudum concessum à prædecessore ante traditam possessionem, vide Ilern. *in cap. si dominus, qui investivit, & c. si quis, in ver. fuerit, numero 2. Rubr. qui succes. teneantur, & c. si verò Archiepiscopus, numer. 2. eadem Rubr.* vide Dyn. *in Reg. Is qui, numero 5.* & ibi addit. *in litera E. de reg. iur. libro sexto.*

Quintò, Prælatus successor potest petere fructus malè consumptos per Prælatum prædecessorem. Vinc. de Franch. *decis. 107. numero 13.*

Sextò, Prælatus an possit conferre beneficia ad suam collationem spectantia, vel præsentare ad jus patronatus, & sic etiam patronus laicus antea quàm accipiat possessionem, vide, & distingue cum Rebuff. *pract. benef tit. de fim. in resignat. numero 25. & infrà*, & Roc. de Curte. *tract. de jure patronat. in ver. ipso, vel 15. quæstio 2.*

Septimò, Prælatus quando possit infeudare, vide Iler. *in cap. Epis. vel Abbatis.*

Octavò, Prælato mortuo, custodia eorum pertinet ad Capitulum: Innoc. *in c. 1. ut eccles. benef n. 6.*

Nonò, quæ differentia sit inter contractum factum à Prælato, & à Capitulo, circa obligationam successorum: vide eund. Innoc. *in cap. nisi essent, de præb.* Covar. *lib. 2. cap. 15. numero 6. var. resol.*

Decimò, Prælatus an possit delegare alteri causam sanguinis, vel ipse esse delegatus Principis in dicta causa: vide *in cap. Archiepiscopatu, de rapt. & cap. fin. ne cler. vel mon. libro 6.* & Covar. *in Clem. Si furiosus, 2. pag. §. fi. in fine.*

Undecimò, Prælatus non potest præjudicare Ecclesiæ tam in acquisitis, quàm in acquirendis, Caputaq. *decisio 359. pag. 2.*

Duodecimò, Prælato Ecclesiæ collegiatæ nullo jure præscriptum est certum tempus, intra quòd teneatur ordinari, & monitus tenetur proximis temporibus promoveri, Navar. *cons. 5. numero 1. de ætat. & qual.* nisi habeat curam animarum. *c. licet Canon. de cler. lib. 6.*

PRÆSCRIPTIO.

PRimò, delicta præscribuntur spatio viginti annorū, & sic tollitur accusatio, & officiū Judcis de jure civili, Boer. *dec. 16* & Diaz. *loc. cit. c. 156.* & gl. *in cap. admonere in v. præsentia 33. q 2.* Foller. *pract. crim. 1. pag. de form. judic. fol. 102. numero 13.* tamen de jure Canon. sunt quædam delicta, quæ nullis temporibus præscribuntur, patet *locis citatis.*

Secundò, contra Ecclesiam, contra quam spatio quadraginta annorum præscribitur, incipit currere præscriptio, non à die, seu tempore successoris, sed subducitur tempus, quo vixit Prælatus, qui male alienavit, *cap. si sacerdos, 16. quæstio 3.* Guid. Pap. *quæstio 150.* idem in hospitalibus, quia eorum bona gaudent privilegio quadragesimæ præscriptionis, Panorm. *in c. accedentibus, in 2. notab. de privileg. & in cap. 1. de restit. in integr.* ubi hoc extendit ad omnia loca pia. Baldus

tract. de præscript. 1. p. 5. prin. fol. 226. numero 6.

Tertiò, in præscriptione requiruntur quatuor, nempè, bona fides, justus titulus, & perseverantia in bona fide semper. Adde quintum, & possessio, s. pacifica, Gom. *in cap. 1. notab. ultim. de præscript. libro 7.* patet per Doctores, *in cap. vigilanti, & cap. fin. de præs.* Cov. *libro 1. cap. 17. numero 8. ver. 10. var. resol.* Soto *libro 4. quæstio 5. articulo 4. de just. & jure.* Hinc fit, quòd si aliquis bona fide possederit aliquem fundum spatio decem annorum inter præsentes, viginti seu triginta inter absentes, & quadraginta in Ecclesiasticis, vel centum in Romana Ecclesia, & transacto hoc tempore, incipit habere malam fidem, non teneri ad restituendum, gloss. *in cap. vigilanti, in ver. noverit, in cap. fi. in ver. nulla temporis, de præscript.* gl. *in c. placuit, §. potest, in ver. initio, 16. q. 3.* Soto *loc. citato, art. ult.* Sylv. *in ver. usura 6. §. 4.* Gom. *q. 21. & 42. in fine de trien. possess.* Ratio est, quia sufficit habere bonam fidem in principio, medio, & fine temporis, Abb. *in d. c. fi.* & D. Thomas *in Quodlibeto 12. art. 25.* per hoc Caputaquens. *dec. s. 360. p. 3.* concludit, quòd possidens rem alienam, etiam bona fide, illud sciens ante perfectam præscriptionem, non præscribit, secus si, post prout hic, & per consequens habens malam fidem, non præscribit etiam per quadraginta annos, & ultra de jure Canonico, cui standum est in hoc. Bald. *loc. citato, 3. p. 6. principalis, quæstio 2.* Caputaquens. *dec. 362.* hoc tamen fallit in beneficialibus, quia quandocunque quis habuerit injustè possessionis notitiam, tenetur restituere beneficium: ita Selva *tract. de benef. 3. p. qu. 21. numero 6. circa finem.* secus in præscriptione juris patronatus, Innoc. *in c. cura pastoralis, circa finem, de jure patron. §. 2. ver. 8.* hinc etiam fit malam fidem auctoris nocere successoribus, intelligè de successorib. universalibus, non particularib. Guid. Pap. *q. 4. 16. n. 10.* ubi multa habes de materia præscriptionis, hinc etiam fit, quòd si quædam debetur humanitatis, vel urbanitatis causa, non præscribitur ullo temporis spatio, quia deficit titulus, *cap. si Epis. 16. quæstio 3.* ut si ptesbyteri erant soliti donare singulis annis Episcopo singulas gallinas, non potest Episcopus sua cessor, vel illi si destiterint, illas portare compellere, ita Ioan. Medina, *c. de restit. q 16.* Sylv. *in ver. præscript. 1. §. 2.* & idem in vasallis, qui urbanitatis causa munuscula domino obtulerunt, per aliquot annos, illa urbanitas non debet transire in consuetudinem, & gratia in jus debitum, Soto *libro 1. quæstio 7. art. 2. de just. & jure.* Hippol. *sing. 192.* Doctor. *in c. pervenerit, de censur.* & Sylv. *in ver. sepultura, §. 2. juxta finem.* Gloss. *in dict. cap. pervenerit, in ver. census.* Innoc. *in c. si diligenti, numero 5. hoc titulo,* quòd dixi de titulo, & bona fide, vide & distingue prout *in c. 1. de præs. lib. 6.* & Diaz. *in cà. 2. num. 25. de reg. jur. eodem libro 6.* Ratio assignatur à Gemin. *in c. 1. ver. pono quòd ubi, de præs. libro 6.* sed vide *in 2. parte in ver. consuetudo, §. 3.* ubi aliter sentitur, & respondetur ad hoc.

Quartò, præscriptio centum annorum, quomodo probetur, vide Capyc *decisio 19.* Abb. & Felin. *in cap. cùm nobis,*

co. 4

co. 4. post principium, ver. ulteriùs, de præscript. & Fel. *in cap. veniens, il. 2. de testam.* & Addit. ad Dyn. *in cap. 2. in ver. tituli, de reg. jur. libro 6.* ubi habes pulchram practicam, vide Gemin. *in cap. 1. ver. sed quæro, de præscript. libro 6.*

Quintò, præscriptio an interrumpatur sola citatione, vel invalida, vide Tyraq. *de utroque retract. tit. 1. §. 1. gl. 10. numero 82. & 83. & §. 8. gloss. 2. numero 3.* sed non sola contradictione, Abb. *in ca. si de terra, num. 7. de privil.*

Sextò, contra civitatem non præscribitur, nisi spatio centum annorum, Bar. *in leg. fin. C. de sacrosanct. Eccles.* Novel. *de jure protim. in prin. Const. numero 101.* ita etiam contra fiscum, Iser. *in cap. de prohibit. feud. alien. num. 51.*

Septimò, præscribitur Census, sive Canon, adeo quòd non solvens, per quadraginta annos, tutus est à solutione, *dec. 100. numero 21.* Rodoan. *tract. de reb. Eccl. non alien. quæstio 79. numero 26.* & qui non solvit hoc spatio, liberatur à pensione solvenda. Bal. *in leg. competit, de præscript. 30. vel 40. annor.*

Octavò, præscriptio an currat in feudalibus, vide Iser. *de usib. feud. Rubr. de cap. Corradi, §. præterea, num. 6. & Rubr. de investitura, de re alien. fact. n. 8.*

Nonò, an præscriptio habeat locum, ubi contractus fuit nullus, vide eundem *loco citato.*

Decimò, statuta, decimæ, & privilegia quomodo præscribantur spatio quadraginta annorum, vide text. Gom. & Abb. *in cap. accedentibus, de præscript.*

Undecimò, majoris virtutis est immemorabilis præscriptio, quàm centenaria, *cap. 1. & ibi gloss. hoc titulo lib. 6.* Navar. *in cap. si fœneraveris, 14. quæstio 3. numer. 97.*

Duodecimò præscriptio non datur in rebus, quæ alienari prohibentur, prout in rebus Ecclesiæ alienatis, vel dotalibus, Dyn. *in cap. cùm quid, numero 4. & in cap. quæ contra. num. 2. de reg. jur. libro 6.* & clarè text. *in cap. 2. de reb. Eccl. non alien. eod. lib.*

Decimotertò, in hac materia præscriptionis cui juri standum est, Canonico, an civili, & prælatus utramque habens jurisdictionem, quo jure judicare debet, vide gloss. *in capitulo final. in ver. quam civilis, de præscript.* & addit. ad Dyn. *in verbo præscribit, de reg. jur. libro 6.*

Decimoquartò, quæ res non possint præscribi, in quibus casibus non currit præscriptio, quæ personæ non possint præscribere, & contra quas personas non currit præscriptio, vide gloss. *in cap. cùm non liceat, in ver. obstante, de præscript.* & Speculator *in titul. de præscription.* & Abb. *in cons. 94. in 1. vol.* & quanto tempore præscribantur mobilia, & immobilia Ecclesiæ Romanæ, & aliarum Ecclesiarum, (videlicet remissivè) ex quo poteris videre amplè in aliis Doctor. ibi citatis, addit ad Dyn. *in cap. 2. in ver. Ecclesiarum, de reg. jur. lib. 6.* vide locupletius, Franc. Bal. *tract. de præs. 1. p. 6. & ultim. par. fol. 484.* ubi enumerat 28. casus, in quibus non currit præscriptio.

Decimoquintò, testes, ut probent immemorabile, ad minùs esse ætatis quinquagintaquatuor annor. ut de visu, quadraginta, Paris. *cons. 204. numero 121. libro 1. per gloss. in cap. 1. de præscript. libr. 6.*

Caputaquenſ. *deciſio 71. par. 2.*

Decimoſextò, an ſi quis lapſu centum annorum, vel plus invenerit inſtrumentum, quo cautum erat ſolvi certam quantitatem alicui Eccleſiæ teneatur illud in conſcientia revelare? Reſpondet Navar. quòd ſic, *conſil.16.de reb. Eccleſ. non alien.* nec videtur obſtare præſcriptio in hoc, quia datur reſtitutio in integr. ignoranti, & præſertim Eccleſiæ contra præſcriptionem. Felin. *in cap. vigilanti, num.1. & infrà de præſ.*

Decimoſeptimò, quomodo probetur conſuetudo, ſive præſcriptio, circa furnos, & macella, de quibus *in ver. Baronet*, §.4. reſpondetur ex affict. *in conſtit. magiſtris, & procuratoribus, notab.2.* quòd ſi ſubditi conati ſunt illud facere, & prohibiti acquieverunt illi prohibitioni, idem *cap.1. numero 2.*

Decimooctavò, in præſcrip. bonus, vel malus titulus prædeceſſoris poteſt prodeſſe, vel obeſſe ſucceſſori, ſed bona, vel mala fides prædeceſſoris, non poteſt prodeſſe vel obeſſe ſucceſſori, Gem. *in cap.1. ver. ulterius quærit, de præſ. libro 6.* Ratio eſt, quia ſucceſſor credere debet ſuum prædeceſſorem bonam fidem habuiſſe, *cap. ſancimus, 1. quæſt.7.*

POLLUTIO ECCLESIÆ.

PRimò, fit homicidio. Secundò, ſanguinis effuſione. Tertiò, ſeminis effuſione. Quartò, quando in ea ſepelitur excommunicatus, Abb. *in cap. conſuluiſti, num.1. d. conſecr. Eccleſ. vel Altar.* Quintò, quando conſecratur ab Epiſcopo excommunicato. Sextò, quando parietes teparantur ex vetuſtate collapſi. Septimò, quando in ea ſepelitur aliquis infidelis, Sylv. *in ver. conſecrat.* Navar. *cap. 17. numero 251.*

Secundò, de primo, ſecundo, & tertio eſt notandum ex Doctorib. *in cap. ult. de conſecrat. Eccleſ. vel Altar. libro 6.* quòd ad hoc, ut Eccleſia dicatur polluta, quinque neceſſaria ſunt, quorum uno deficiente, non dicitur polluta, nec conſequenter indiget reconſecratione, vel reconciliatione, ſive benedictione. Primò, ut homicidium, ſanguis vel ſeminis effuſio ſit publica, non enim ſufficit, ut ſciatur à duobus vel tribus. Abb. *in cap. ſigniſ. n.2. de adult. & ſtup.* Secundò, ut ſit licita. Tertiò, ut ſit magna effuſio ſanguinis. Quartò, ut fiat intra Eccleſiam. Quintò, ut ſit voluntaria, ex quo deducitur, quòd ſi homicidium ſit cauſatū, vim vi repellendo, non eſt polluta Eccleſia, Soto 4. *Sent. diſtinct. 13. quæſt.2. art.3.* Victor. *in Sum. Sacra. quæſt.99.* Sylv. *in ver. conſecr. §.5.* Navar. *cap. 27. num. 251.* Secundò, quod effuſio ſanguinis Clericorum altercantium in Eccleſia naribus, vel ex ore, non cuſat pollutionem Eccleſiæ, Selva *tract. de bene. 1. p. quæſt. 5. num. 128.* gloſſ. *in d.c.* Panorm. *in cap. propoſuiſti, num.3. de conſecr. Eccleſ. vel altar.*

Tertiò, unum notato, quòd quando Eccleſia ſolùm eſt benedicta, ſuccedente pollutione, non opus eſt reconciliatione Epiſcopi, ſed ſufficit ſacerdotalis benedictio, cum aqua à ſe benedicta, quando vero eſt conſecrata, opus eſt Epiſcopali reconciliatione, & quando eſt conſecrata, ſolet apparere ex crucibus rubeis, pictis ad parietes Eccleſiæ, Abb. *in cap. fin.*

fin. numero 1. *de consecr. Eccles. vel Altar.* Sylvest. *in ver. consecratio*, §. 2. Turrecr. *in dist. cap. cum gloss. ult.* & quòd dictum est de Ecclesia benedicta, vel consecrata, idem dicendum est de cæmeterio si polluatur, Navar. *cons.* 2. *numero* 4. *de consecrat. Eccles. vel altar.*

Quartò, notato quòd succedente pollutione impediũtur divina officia, sed non lectio sacræ Scripturæ vel prædicatio verbi Dei, *cap. responso. de sent. excom.* Navar. *cap.* 27. *numero* 176. *notab.* 2.

Quintò, notato quòd si aliquid horum, quibus polluitur Ecclesia intervenerit hodie, & ignoratur, & post octo dies venerit ad notitiam, si interim ibi fuerit celebratum, non opus est reconciliatione, quia unica sola celebratione dicitur Ecclesia reconciliata, Alphon. de castro *libro* 2. *capit. ultim. in fine, de leg. pœn.*

Sextò, Ecclesia polluta cujus expensis est reconcilianda? Vide Panorm. *in cap. proposuisti. in ultimo, de cons. Ecclesiæ vel Altar.*

Hæc sufficiunt pro praxi quotidiana, cætera vide in Doctor.

Septimò, si quis percusserit aliquẽ in Ecclesia, vel quovis simili, causando tumorem, qui postea opus sit, ut aperiatur ferro, dicitur, quòd Ecclesia sit polluta, quia percussio fuit injuriosa. Afflictus *in constitut. Si quis aliquem, Rub.* 12. *nu.* 3. *ver.* 2. *quæro.* Ratio est, quia non est de essentia pollutionis Ecclesiæ, ut sanguis exeat, sufficit enim quòd percussio sit injuriosa, & quod sanguis postea exeat in quantitate, secus verò, si quis verberaret aliquem in Ecclesia causando livorem, quia tunc non est polluta Ecclesia.

PROCESSUS.

PRimo, quomodo sit formandus processus, vide in practicis istis, text. & & Doct. *in cap. quoniam contra, de probat. & cap. qualiter, & quando uterque, de accusat.*

Secundò, exhibita, seu relata judici pro animi informatione, non dicuntur de actis causæ, non debet de his copia dari adversario petenti, Guid. Pap. *qu.* 241. *de sequen.* sed Addit. ibi dicit, quòd si vult, potest dare dictam copiam.

Tertiò, quando aliquis Clericus possit, debet puniri processu Camerario, & familiari disciplina corrigi, ad hoc ne succedat infamia, & aliquibus justis de causis, & ne oriatur aliquod scandalum. Vide Diaz *Pract. Crim. Can. cap.* 79.

Quartò, quomodo procedatur contra absentem, accusatum de gravi crimine de jure Canonico, vide pro optima practica quotidiana, Guid. Pap. *qu.* 429. *num.* 3.

Quintò, processus factus à Judice laico contra Clericum non est sufficiens, ut Judex Ecclesiasticus condemnet Clericum solum cum illius informatione. Ratio est, quia fuit factus à judice non competenti, sed opus est novo processu, vel testium repetitione, Clar. *quæstio* 36. *ver. ult. quæro, in fine quæstionis.* sed ego puto, quòd ille Judex laicus esset excommunicatus per Bullam Cœnæ Domini in clausi contra capientes, seu processantes, & sententiantes personas ecclesiasticas

cleſiaſticas, niſi hoc fecerit incidenter, Navar. *cap.17.num.70.*

PROBATIO.

PRimò, in factis antiquis etiam ſcriptura probat. But. *in c. 2. de fide inſtr.* ſaltem quoad ſemiplenam probationem, Ia. *in lege cùm aliquis, colum.3. C. de jur. delib.* & factum antiquum poteſt dici in materia centum annorum, Capyc. *dec. 86. numero 4.* ſed nota pro his, quæ dixi *in verſ. jus patronatus*, §. 21.

Secundo, Abbas ſeu Rector Eccleſiæ, Capellæ, vel Altaris, ſi agit contra debitorẽ Eccleſiæ ſuæ, debet probare, & oſtendere titulum, ſi debitor excipit de titulo, Compoſtella, *in cap. nihil, de elect.* Capyc. *in deciſ. 6. num. 1. & 2.* ſed an ſufficiat probare profeſſionem, & quid ſi poſſeſſio eſt recens, videto eundem, *ibidem, numero 4. & 5.*

PROCURATOR.

PRimò, procurator in criminalibus non admittitur, *c. veniens de accuſat. & ibi gloſſ. in ver. criminali*, Paris de Puteo, *de Synd. in dict. verbo Procurator*, Gerar. *in Synod. 47.* Felin. & Soc. *in tract. fall. Reg. 312.*

Secundò, valent acta per procuratorem facta in criminalibus, quouſque excipiatur per partem adverſam, vel quouſque non repellatur à judicio. Gloſſ. *in cap. in ver. criminalis. de judic. libro 6.* & ibi Gomeſ. *numero 75.* & deciſ. Rot. 10. & bi Addit. *de procurat. in noviſſ.*

1 Tertiò, hoc & valet in crimine hæreſis, Peng. *Com. 36. in par. Direct. Inquiſit. numero 139.* Symmach. *de Cath. inſtuut. titulo 52. numero 40.*

Quartò, hoc fallit primò in carcerato, quod poteſt per procuratorem ſe tueri, deciſ. Rotæ 15. *ubi ſuprà, in noviſſ.* Secundò, fallit ad allegandam abſentiam, quia hoc poteſt procurator, etiam generaliter conſtitutus, deciſ. Rotæ 24. *ibidem.* Tertiò, fallit in actore, qui poteſt per procuratorem agere, etiam in cauſa criminali, ſimiliter in muliere honeſta, & univerſitate, Maran. *in tit. an judicium ſit criminale, vel civile, numero. 54. & infrà*, Foller. *pract. crim. de excuſat. à n. 1. & infrà.* Quartò, fallit in excuſatore, qui poteſt in cauſa criminali excuſare reum abſentem, gloſſ. *in cap. ſi quando, 2. quæſt. 6. verſiculo, per exploratores*, ubi habes multos caſus, in quibus poteſt in abſentia agere quis per procuratorem *& in cap. exceptione criminali, 5. quæſt. 3.* Quintò, fallit pro gravi infirmitate, & muliere prægnante, pro uxore infirma, filiis, impedimento carcerationis, clericatus, & aliis, *cap. communis, 23. dict.* Fallit ſextò, quod poteſt intervenire in cauſa criminali, deducta in judicium per modum exceptionis. Anchar. *in cap. procurator, num. 1. de elect. libro 6.*

Quintò, quando admittitur procurator in cauſa criminali, & maximè agendo, ſi dubitatur de mandato ipſius, debet & tenetur dictus procurator promittere de rato, Capyc. *dec. 5. num. 3.* Mar. *6. par. tit. de Inquiſit. num. 194.* Vide Innoc. *in dict. c. veniam*, & quid debeat facere excuſator, vide *ibi.*

Sextò, quando contumacia procuratoris

tatoris non præjudicat domino, quin posset appellare, etiam transacto decennio? Vide Capyc. *dec.* 139. Secus, si quis constituat procuratorem, ut compareat pro ipso, & ille non comparet, vel non acceptat: nam tunc dominus fieret contumax, ita Gem. *in cap. licèt, hoc titulo libro 6. vers. sed pone.*

Septimò, procurator non potest esse Clericus in foro sæculari, absque licentia sui Episcopi, Innoc. *in cap. 1. num. 2. de jur. calum.* nec procurator excommunicari potest agere, durante excommunicatione ejus, cujus est procurator, Abb. *in Clem. procuratorem, num. 9. de procur.*

Octavò, procuratorem an possit constituere excommunicatus, respondetur, quòd sic, Cap. Tolos. *quæstio* 143. *per cap. intelleximus, de judic.* hoc intellige juxta Additionem *ibi.*

Nonò, ille qui citatur, ut compareat per se, non potest comparere per procuratorem, nisi aliud exprimatur in citatione, prout *in cap. 1. de judic. libro 6.* ita Gem *in cap. 1. notab. 50. per illum text. de de elect. libro 6.*

Decimò, per procuratorem specialiter deputatum, potest contrahi matrimonium, & sponsalia, *cap. fin.* & ibi scribentes *de procurat. libro 6.*

Undecimò, procuratore ægrotante, vel absente, potest, & debet citari dominus ad causam, & non procurator, ita Gemin. *in cap. si quem, §. secus, not. 16. eod. titulo, & libro 6.* quòd nota pro nonnullis dominis, qui se excusant dicendo, Cita procuratorem meum ad progressum causarum.

PACTUM.

PRimò probatur pactum de retrovendendo. Primò, per instrumentum. Secundò, per testes: tertiò, per famam cum uno teste: quartò, cum uno teste, & juramento suppletorio: quintò, per conjecturas, & vehementes præsumptiones, & unicum testem, Boer. *decis.* 183. sextò, an probetur per apocham, quæ trino teste non est signata. vide Vinc. de Franch. *decis. 95. numero 4. & infrà. & decis. 105. num. 12. 16. & 23.* ubi negativè respondet, & Tiraq. *de retract. conventio §. 2. gl. 7 numero 43.*

Secundò, præscribitur spatio triginta annorum, vel quadraginta secundùm alios, quos refert idem Boer. *dec. 182. nu. 1. & 2.* & ibi multa de hoc contractu, Cov. *libro 1. cap. 9. num. 2. & 3.*

Tertiò, pactum de retrovendendo præscribitur, prout *suprà*, non obstante, quod opponatur clausula quandocunque, ut vulgò, & passim solet apponi, etiamsi intervenerit iuramentum, ita Boer. *loco citato, num. 1. & infrà*, ubi allegat Bald. dicentem, dictionem (quandocunque) non excludere præscriptionem triginta annorum, idem *decis. 351. n. 6.* licèt Covar. *libro 1. cap. 9. num. 78. & 9. var. res.* videatur esse contrariæ opinionis.

Quartò, pactum de retrovendendo est pars pretii, & minuit de illo, adeo quod res valens tria millia simplici venditione potest emi duo millia, & quingentis cum hoc pacto, Boer. *decis. 23. num. 18.* & dixi *in ver. emptio*, Vinc. de Franch. *decis. 16. num. 3. & decis. 95. num. 3.* & Covar. *loc. cit. libro 3. c. 10. num. 1.*

Quintò

Quinto, pactum hoc cum juramento, & hypotheca omnium bonorum impedit alienationem in tertium factam, Boer. *decis.* 182. *num.* 53. circa hanc materiam, vide Iacobinum de Sancto Gregorio, *in l.* 2. *nu.* 2. *ff si certum petatur*, & Vlocent. Annan *in alleg.* 2. 1. *vol.* vide Afflict. *decis.* 692. & 65. vide Dec. *cons.* 614. *num.* 12. & 13. & *cons.* 88. *num.* 2. & 3.

Sexto, quibus modis præsumatur hoc pactum usurarium, vide Abb. *in cap. ad nostram, num.* 1. 4. 8. *cùm sequen. de empt. & vend.*

PERMUTATIO.

PErmutatio quando fieri possit inter privatum & Ecclesiam, vel rei spiritualis cum temporali, vide Afflict. *decis.* 17. & an si res tradita ex causa permutationis vendatur alteri, nec adimpletur promissa, contra emptorem detur actio, vide *l. cum precibus, C. de jur. permut.* & quod dixit Vinc. de Franch. *per illam l. in decis.* 34.

POENITENTIA.

SUMMARIUM.

1. *Quando pœnitentia publica sit imponenda.*
2. *An taxata à superiori possit commutari ab inferiori.*
3. *An pœnitentiæ sint arbitrariæ.*
4. *An possit absolvi pœnitens, si noluerit acceptare pœnitentiam sibi injunctam à Confessario.*
5. *An pœnitentia injuncta alicui possit commutari vigore jubilæi.*

AD Primum, sac. Concil. Trid. *sess.* 24. *cap.* 8. *de reform.* decrevit, quod quando quis adeo publicè crimen commiserit, & in conspectu, unde alios scandalo sit, juxta illud Apost. 1. *ad Timoth. cap.* 5. & *cap.* 1. *de pœnit. & remiss. cap. seu illud*, 45. *distinct. cap. si potuerit, ver. ergò*, 2. *p.* quod possit imponi pœnitentia publica, tamen Episcopus potest hoc genus pœnitentiæ in aliud secretum pro causa commutare, hinc fit primo, quod Panorm. *in c. literas, eo. C. de præsumpt.* dicit, quod Confessarii & Episcopi non debent imponere has publicas pœnitentias pro peccato confesso in foro interiori secreto. Secundo, quod Navar, *cap.* 8. *nu.* 10. *notat.* 2. dicit Conc. non loqui de pœnitentiis imponendis ab Episcopis in foro pœnitentiali conscientiæ, sed in pœnitentiis imponendis ab Episcopis in foro mixto, si enim daretur prima, esset indirectè frangere sigillum confessionis. Secundo, quia Conc. apertè loquitur de peccato commisso publicè. Tertio, quia loquitur in Episcopo, non in Confessariis. Tertio fit, quod malè faciunt quidam locorum Ordinarii, nimium forsasse zelantes pro peccato reservato, vel ob oppressionem infantium, vel ob retentionem illorum in lecto ante annum expletum, vel quid hujusmodi, imponunt publicam pœnitentiam in Ecclesia, pro prædictis, posset tamen hoc imponi, etiam quando esset publicum, & sciretur extra confessiones, sic etiam de illis, qui consummant matrimonium, antequam contrahant per verba de præsenti. Sylv. *in verbo de pœnitentia*, §. 2. *c. consuluisti* 2. *qu.* 5. & Abb *in cap. quæsit, n.* 1. *de pœn. & rem.* & ibi Addit. Alex. de Nevo, *litera E.* Quartò, quod per peccata

cata confessa in foro conscientiæ, non est imponenda dicta pœnitentia, nisi consentiat pœnitens, Covar. *lib.* 1. *c.* 10. *num.* 3. *ver.* 6. *var. resol.* & quod dicta pœnitentia non sit imponenda temerè, facilè ac sine prævia matura deliberatione, nisi peccatum sit hujusmodi, quod & correctio peccantis, & aliorum ædificatio sit, Covar. & Sylv. *loco citato.* Quintò, & Navar. *in c.* 1. § *diligens, n.* 106. dicit, quod non debet imponi pœnitentia, ut quis teneat cereum accensum in manu in Missa, pro peccato occulto, vel quasi notorio.

Ad Secundum respondetur, quod stante causa potest Episcopus mutare pœnitentiam impositam ab Episcopo, & secundus confessarius impositam à primo, Navar. *c.* 26. *num.* 26. *per. gl. in c. tempora pœnitudinis*, 26. *q.* 7. & gl. *in c. latorem, in ver. conversionem* 33. *q.* 2. Selva *tract. de benef.* 4. *p. q.* 7. *num.* 28. *ver.* 12. Angel. *in ver. confessio*, 6. *num.* 4. Sum. Sacram. *q.* 22. Armil. *ver. confessio sacramentalis, numer.* 30. Sylvest. *in ver. confessio*, 1. § 27. & hoc concurrentib. tribus, primò, ut non facilè possit aditi superior, vel confessarius, qui eam imposuit. Secundò, ut non sit imposita pro peccato, à quo non posset inferior absolvere. Tertiò, ne superior illam absolutionem sibi reservasset, hoc intellige extra articulum, sive periculum mortis, quia tunc quisque sacerdos potest absolvere gradatim ab omnibus casibus, censuris, etiam reservatis Sedi Apostolicæ, & in bulla Cœnæ Domini quomodocunque, & qualitercunque, lac. Con. Trid. *sess.* 14. *c.* 7. *& in Bulla Cœnæ, in clausula Cæterum*, & dixi *superiùs in ver. dispensatio*, etsi Feli. neget *in c. si clerici, nu.* 22. *de judic.* intelligitur quando non subest causa, Navar. *in cons.* 25. *& 23. de pœnit. & remiss.* quod tamen fallit in pœnitentia imposita à superiore in commutatione, vel dispensatione voti, Card. *in d. c.* 26. *q.* 7. *n.* 4. Navar. *loc. cit.*

Ad tertium, omnes pœnitentiæ hodie sunt arbitrariæ, *cap. Deus, de pœnit. & remiss. c. tempora, & ibi gl.* 26. *q.* 7. Selva *loc. cit. num.* 2. Innoc. *in c. omnis utriusque sexus, de pœn. & remiss. n.* 40.

Ad quartum, vide Innoc. *in loc. citato*, & Navarr. *c.* 26. *num.* 21. Sot. 4 *sent. dist.* 20. *q.* 2. *ar.* 2. *conc.* 2. Sylvest. *in ver. Confessio*, 1. § 9. & 30. Sum. sacram, *q.* 209. D. Thom. *in addit.* 3. *p. q.* 18. *ar.* 3. Mag. sent. 4. *sent. dist.*....

Ad quintum respondetur, quod non, quia illic solùm datur commutatio votorum, quod est satis differens à pœnitentiis. Navarr. *cons.* 3. *de vot. num.* 2.

POENITENTIARIUS.

SUMMARIUM.

1 *Ubi debeat constitui.*
2 *Quorum sumptibus.*
3 *A quo eligendus.*
4 *An possit subdelegare suam auctoritatem aliis Confessariis.*
5 *An quoties occurrerit vacare officium pœnitentiarii, & per consequens præbendæ illi annexæ, provisio illius pertineat ad solum Episcopum, absque eo, quod Capitulum in aliquo se intromittere possit.*

AD primum, fac. Conc. *sess* 24. *cap. de reformat.* statuit in hæc verba: *In omnibus cathedralibus Ecclesiis, ubi commodè id fieri potest, pœnitentiarius aliquis cum unione præbendæ proximè vacaturæ ab Episcopo constituatur, &c.* nec propter hoc prohibetur, ut Episcopus possit plures in Diœcesi, & Civitate constituere pœnitentiarios, argum. eorum quæ dicit Conc. de præb. Theolog. & ut dixi de pluribus vicariis generalibus, *in ver. Vicarius, in princ.*

Ad Secundum, ultra prædicta fac. Cong. *declarat.* 110. censuit, quòd Capitulum de consensu Episcopi potest constituere perpetuum stipendium pœnitentiario.

Ad Tertium, ead. fac. Congr. *declar.* 479. ita censuit: *Officium pœnitentiariæ in cathedrali potest per solum Ordinarium institui, ad quem quoque pertinet electio personæ quoties opus est, pro exercendo tali officio, nec requiritur aliquis consensus capituli.*

Ad Quartum, videtur quòd non, per *c. fin. §. cæterum, & ibi gl. in vers. commissum de offi. deleg.* pro alia parte videtur quòd sic, per *c. fi. & ibi gloss. in ver. casibus, de offi. ordin.* Sit prima conclusio: Si pœnitentiarius est constitutus ordinariè ab Episcopo generaliter in Ecclesia cathedrali, & Diœcesi, tunc potest subdelegare auctoritatem suam aliis confessariis, Nava. *capitul.* 27. *numer.* 45. Sylvest. *in ver. delegatus, numer.* 2. *ver.* 3. Flor. Theol. *in* 4. *Sent. tract. de confess. fol.* 232. Covar. *lib.* 3. *cap.* 20. *nu.* 5. *var. resol.* adest ratio, quia delegatus à Principe potest subdelegare, *l. à judice, C. de judic. cap. gaffior. c. venerab. bis, de offi. deleg. & cap. fi duo, eo tit. lib.* 6. Episcopus æquiparatur principi in sua diœcesi, & Princeps vocatur à sancto Hilario *in com. sup. Matth. Can.* 26. Bar. *in l.* 5. *in princ.* & ibi Alex. *ff. de verb. oblig.* Maran. 4. *par. dict.* 15 *n.* 13. & 26. Secunda conclusio, non potest subdelegare suam jurisdictionem, ratione cujus id ei competit, i. non potest constituere alium pœnitentiarium, æqualem sibi, per *c. super quæstionem, §. quem verò, de offi. deleg.* 1. non potest concedere casus aliis confessariis, quia hoc esset constituere alios pœnitentiarios, Navar. *loc. cit.* sed potest dare auctoritatem confessariis, absolvendi à casibus reservatis, dum actu consulitur, non aliter, & non totum, vel partem suæ jurisdictionis, nisi hanc auctoritatem etiam haberet ab Episcopo, quia tunc posset, prout dixi *in versicul. Vicarius, dub.* 4. sed si est datus ad universitatem causarum, potest. Host. *in Sum. tit. de offi. vic. nu.* 5. *& tit. de offic. deleg. §. cui possit.* sed non totam suam delegationem potest subdelegare, sicut nec ordinarius inconsulto principe. Abb. *in cap. super quæstionem, col.* 4. *de offic. deleg.* & si non habet auctoritatem absolvendi ab eo qui hanc dare potest, non potest absolvere à casibus Episcopalibus, ex ratione & vi solius officii. Navar. *cons.* 20. *de pœniten. & remiss.* & hæc auctoritas vel debet ei concedi ab Episcopo, prout dixi *superiùs, in vers. casus reservati, §.* 3. vel à consuetudine, prout dixi *superiùs, ver. dimissoriæ, §.* 1. & ita audivi habere Beneventi primicerium majorem Ecclesiæ Archiepiscopalis illius, nam pœnitentiarius electus per decretum

cum sacri Concilii, non habet ex hac sola electione potestatem absolvendi à casibus reservatis, nisi aliunde eam habeat, Nav. *loc. cit.* & resolvendo hunc casum dico cum dicto Navar. *cons. 3. de statu Monach. nu. 34.* quòd absolvendi facultas privilegio perpetuo, dignitati competens est delegabilis, sicut competens alicujus ordinariæ potestatis. Et Gemin. *c. 1. ver. omnibus, de temp. ordin. lib. 9.* dicit, quòd habens potestatem dispensandi jure ordinario, potest alteri committere vices suas, secus verò, si jure delegato.

Ad Quintum, fac. Congreg. *declarat. 465. in meis*, scribens pro Episcopo Segobiensi, inter cætera, censuit in hæc verba: *Sanctissimus Dominus, referente Congregatione Concilii, decrevit institutionem officii Poenitentiariæ, nec non electionem personæ Poenitentiarii, quandocunque faciendam, ad solum Episcopum pertinere absque consensu Capituli: collationem autem præbendæ ab illis fieri debere, ad quos antea spectabat.* cætera verò in Additionibus magnis videtò.

PENSIO.

AN Episcopus possit ponere pensionem novam super beneficiis, vel veterem augere. Et videtur quod sic, modò sit parochialis, quæ excedat summam Ducatorum centum, Concilium Tridentinum *sess. 24. cap. 13. de reform.* similiter & in aliis beneficiis carentibus cura animarum, & quod hoc possit, patet, quia Conc. non loquitur in Papa, quia ipse, non subest decretis Concilii, cum sit supra Concilium, ut sanior sententia scribentium approbat. Navar. *ca. 25. nu. 137.* ergo loquitur in Episcopis, quoad Parochiales, & in Papa, quoad cathedrales, accedit gloss. *in cap. audivimus, in vers. pensio, de colluf. detег.* & Gom. *in tractat. utriusque sign. fol. 92.* & Pau. Rot. *tract. de pensio. q. 1. num. 10.* citatus ab ipso Gom. Abb. *in c. nisi, num. 4. in fine, de præben. & in Clemen. 1. num. 3. de sup. neg. præl. & in cap. pastoralis, nu. 4. de his, quæ fiunt à prælat.* Selva *tractatu de benef. 4. p. q. 7. num. 4.* tamen Gloss. *in c. cum dilectus, in ver. ætate, de elect.* & alii dicunt, quod non, Rebuff. *in pract. benef. tit. de collat. num. 6.* Dicet, quis. quid operantur illa verba sac. Concil. Tridentini? respondetur ex Selva *loco citato*, quòd multoties Concilia generalia, etsi non possint imponere legem Papæ, prout *in cap. proposuit, de conces. præb.* tamen dant modum, dirigunt, instruunt, quid fieri, vel non fieri possit ab eo, quid facilius, difficiliusve, & licèt in Constitutione Conciliari aliquando permittatur dispensatio, tamen hoc non potest Episcopus, qui habet potestatem dispensandi super Conciliis, *gloss. cit.* & verba Concilii Tridentini operantur duo. Primum, quòd in concessione facta contra dispositionem Conciliarem, non sufficit clausula derogatoria generalis, quia constitutio Conciliaris tacitè continet clausulam derogatoriam, & propterea ei non derogatur per clausulas generales, Archid. *cap. 1. de const. lib. 6.* Caputaq. *decis. 268. num. 3.* Secundum, quia Papa redditur facilior ad disponendum, & providendum, & Navar.

loc.cit. dicit, hactenus hoc observari inviolabiter, idem Rebuff. *loco cit. in tit. de reservatione generali & speciali, num.* 29. ubi dicit, esse non usu amissam in hoc Episcoporum potestatem. Secundò, pensio si excedat dimidiam fructuum, non est nulla, sed annullari debet. Boer. *decis.* 162. & citat Rom. *cons.* 368. Tertiò, an, & quando, & quantùm pensionis debeat pensionarius solvere hæredi b. illius, cujus debebatur pensio? vide Covar. *lib.* 2. *cap.* 15. *nu.* 13. *var. resol.* Quartò, an, & quando pensionarius teneatur ad decimas? vide Hieron. Gigan. *tract. de pensione, q.* 19. & Vinc. de Fran. *decis.* 107. *nu.* 2. Quintò, an pro pensione præterita possit agi contra successorem? vide eund. *dec. cit. num.* 14. *cum sequent.* Sextò, pensionarius obligatur sub censuris, & pœnis ecclesiasticis ad solvendam pensionem, & elapso termino, statim incidit in eas, non solvendo pensionem, Cassiod. *decisione* 2. *de pœnis. & dec.* 12. *de rescript.* Gom. *tra. utriusque sign. fol.* 91. & 90. Navar. *cap.* 27. *num.* 272. *not.* 12. & *ca.* 123. *nu.* 204. Rebuff. *loc. cit. in* 3. *par sign. in clausula, & cum absolutione*, & hoc quando personaliter consensit pensioni, secus si per procuratorem.

PRÆBENDA THEOLOGALIS.

SUMMARIUM.

1 *Ubi constituenda sit.*
2 *Quorum sumptibus.*
3 *Ubi non potest, quid agendum sit.*
4 *An subjaceat constitutioni Capituli secundi, cum similibus, de præbend. lib.* 6.
5 *Quis debeat eligi, tum quoad literaturam, tum quoad statum, seu conditionem.*

AD Primum, sac. Conc. Trid. *sess.* 5. *c.* 1. *de refor.* decernit per hæc verba. Primum, ubi in Ecclesiis cathedralibus reperiuntur præbendæ, sive aliquid hujusmodi pro lectoribus sac. Theolog. possidentibus eas, imponatur onus, ut satisfaciant muneri suo, &c. Secundum de cætero has præbendas non esse conferendas nisi iis, qui per seipsos id munus explicare possint. Tertium, ubi non adest præbenda, primò vacatura ad eum usum ipso facto perpetuo constituta, & deputata intelligatur, modò non habeat onus injunctũ incomportabile. Quartum, quod si non adest præbenda, per assignationem alicujus beneficii simplicis ejusdem, supportatis tamen debitis oneribus vel per contributionem beneficiatorum Civitatis, & Diœcesis, vel ut commodiùs fieri poterit per Ordinarium de consensu Capituli provideatur, vide etiam D. Thom. 2. 2. *q.* 120.

Ad Secundum, si non aderit aliquid istorum prædictorum, sac. Congr. *declar.* 116. ita censuit: *Ubi urget consuetudo, quod detur à capitulo stipendium proprio Theologo, ea servãda est, quod si illud etiam poterit Theologum reddere diligentiorẽ in sui muneris functione, triennium ejus conductionis Ordinarius unà cum capit. præfinire debent*, &c. ex quib? verbis, & Cõcilii apparet, quòd onus hujusmodi immineat Capitulo, & non Episcopo, licet ab ipso debeat eligi, & confirmari.

Ad Tertium, sac. Con. *ubi sup.* §. *Ecclesia verò*, provisum, quòd ubi adeò sunt exigui

exigui & tenues proventus, saltem habeatur Magister eligendus ab Episcopo cum consilio capituli, qui scholares pauperes Grammaticam gratis doceat, cui ex fructibus alicujus beneficii simplicis, vel ex mense Capitulari, & Episcopali, vel meliori modo quo fieri potest, provideatur.

Ad Quartum respondetur, prout *in ver. beneficium*, §. 5. *dicto* 8. quòd non, sed semper sunt sub dispositione Ordinariorum.

Ad Quintum, vide Conc. Trid. *loc. cit.* §. *de cætero*. & Concilium Provin. Beneventanum, *c. de præb. Theol.* dicit, quòd Regularis ad hoc munus possit assumi, donec de sæculari poterit provideri. & Neapoli, & in duobus aliis Archiepiscopatibus vidi sæculares Theologos fungi hoc munere, quo & ego in duobus, licèt immeritò functus sum, & Host. *in Sum. tit. de offi. ord.* §. *sunt autem quædam, in fin.* ubi dicit, quòd melius, & honestius est, ut Episcopi habeant concilium suorum, quàm extraneorum, nisi ubi sui se indignos reddunt, quo casu Religiosi succedunt, & allegat multa pro practica.

PECUNIA.

PRimò, pecuniæ appellatione veniunt omnia, quæ numero, pondere, & mensura consistere possunt, ut frumentum, vinum, oleum, atque hujus generis cætera, Tiraq. *de utroque retract.* §. 1. *glos.* 14. *nu.* 42. deservire possunt. Primò in crimine simoniæ, quæ etiam contrahitur ex munere, obsequio, & lingua, ut patet *juribus vulgatis* 1. *q.* 1. Secundò, pro legato, sive aliis; an autem appellatione mobilium veniat pecunia, quæritur, negativè respondet Isern. *in ca. de pac. neb. n.* 39.

Secundò, pecunia quando dicatur expensa in Ecclesiæ utilitatem, vide Innoc. *in capit. quod quibusdam, num.* 4. *de fide jussor.* & vide *sup. in ver. alienatio*, § 12. addito de novo. Covar. *lib.* 2. *cap.* 17. *nam.* 3. *var. resol.* quod animadvertere debent emptores, quando emunt bona Ecclesiæ, ne iterum postea cogantur solvere.

POENÆ.

PRimò, quot sint pœnæ ecclesiasticæ, & spirituales, corporales, & temporales, vide Inno. *in cap. qualiter, & quando. numer.* 9. *de accusat.* Abb. *in capit. constitutus, & caput suam, per totum, de pœnis.* Sylvest. *in ver. pœna*, § 1.

Secundò, quando debeatur pœna, quæ apponi solet in contractibus, videto eund. §. 25. *ver. septimum.* Nav. *capitu.* 23. *numer.* 67. *& infrà*, ubi dicit, quòd licèt de jure possit exigi, tamen de consuetudine non potest, nisi quatenus concurrat interesse, prout dixi *in verb. interesse.* Ratio est, quia non auditur agens sine interesse, *l. si patroni*, §. *qui fideicommissariam. ff. ad Senatusconsul. Trebel.* Tiraq. *de utroque retract. titul.* 1. §. 1. *glos.* 2. *num.* 51. ita etiam habetur ex Afflict. *de cis.* 235. & sic dicit decisum fuisse in facto, quod confirmatur ex Gram. *decis.* 58. *nu.* 7. & ita consuevit condemnare sacrum Concil. Neapolitanum, *& deci.* 2.

numero 8. dicit, id communiter tenere Canonistas, idem Foller. *in addit. ad Marant. 4. par. distinction. 9. num.* 121. vide *ca. constitutus, de pœnis*, glos. *in ca. suam, in fin. eo. tit.* & glos. *in capit. dilecti filii, in ver. pœna, de arbitris*, ubi videtur confirmare dictum prædictorum Doct. Bos. *in tit. de pœn. nu.* 30. dicit pœnam positam in contractu, non posse exigi à fisco, nisi Notarius fuerit stipulatus nomine fisci, ex Bar. *in l.* 1. *in fin. ff. de jure fisci*, vide Cov. *de sponsal. 2. p. cap. 6. num.* 2. §. 4. *& lib.* 1. *cap.* 14. *var. resol.* vide Innoc. *in ca. tuam, de pœnis*, & Bald. *in Marg.* Inn. *in ver. promisi. centum.*

Tertiò pœnæ sunt omnes arbitrariæ, & Judex, licèt sit imposita certa pœna à jure, potest illam ex causa minuere, & hoc dum pronunciat, postea verò non Abb. *in ca.* 2. *& 6. de pœn.* Boer. *dec.* 289. *nu.* 7. Ratio assignatur à Panor. *in ca. non debet, num.* 2. *de consang. & affinit.* vidi Addit. ad Dyn. *in c. odia, de reg. jur. lib.* 6. *Host. in Sum. tit. de offi. ordin.* §. *quid*, & etiam postquam pronunciavit, si super illo delicto, in quo fuit imposita pœna, possit judex dispensare, *ca. at si clerici*, §. *de adulteriis, de judiciis*, vide Pan. *in ca. licèt, de pœnis.*

Quartò, pœna debetur, etiamsi unus nummus, vel obolus defecerit in solutione, Tiraqu. *de utroque retract. titu.* 2. §. 4. *numer.* 25. quod etiam in depositario, & emphyteuta, non solvente integrum Canonem, valet, prout dixi *in ver. locatio, nu.* 7.

Quintò, si quis laicus fuerit punitus coram judice ecclesiastico de crimine mixto, an possit postea puniri à judice laico: vide Afflict. *decis.* 219. *num.* 4. & hoc intelligitur, quando coram judice ecclesiastico non fuerit sufficienter punitus. Covar. *lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 4. 5. *& 6. var. resol.* Vide Clarum, *quæst.* 57. *vers. sed hic occurrit, & vers. sed quæro.* Bald. *cons.* 160. *li.* 3. ubi habet de illo qui cognovit Monialem, & dicit posse eum punire judicem laicum, etiamsi à judice ecclesiastico fuerit punitus, idem Afflict. *in constitutione, Multæ leges, num.* 6.

Sextò, quamvis judices ecclesiastici possint pœnas, quas exigunt ab inquisitis, sibi retinere, & maximè quando indigerent, tamen honestius agerent, si illas in pium usum deputarent, Diaz *pract. crim. Can. ca.* 134. *juxta medium*, tamen Conc. Trid. *sess.* 25. *ca.* 3. *de refor.* §. *in causis verò judicialibus*, dicit eo ipso debere locis piis, quòd exactæ fuerint, assignari. Host. *loc. cit.* vide *superiùs, in ver. compositio*, §. 3. & sac. Congreg. *declarat.* 171. *in meis*, censuit in hæc verba: *In multis quæ ex ordine Concilii Trident. sunt applicatæ piis locis, servandum est idem Concil. Trident.*

Septimò, pœna pro contumacia, quæ exigenda? Vide Isern. *in usib. feud. Rubr. de statut. & consuet. n.* 16. se remittit ad consuetudinem.

Octavò, pœna corporalis magis imponi debet plebeis, quàm nobilibus, pecuniaria è contrà, glos. *in ca. cum quidam, in ver. dignitate, de jurejurand.* Covar. *lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 3.

Nonò, pœna presbyteri occisi cui applicanda, Ecclesiæ, an hæredib. ejus: vide *capitulum secundum*, & ibi Abb. & Henric. *de pœnis*, Covar. *loc. cit.*

Decimò,

Decimò, pœna pecuniaria potest imponi ab Episcopo in quibusdam delictis, & contra excommunicatos. Felin. *in ca. nonnulli, ver. cæterùm nos, de rescr.* Clar. *quæ.* 80. *ver in hoc autem.*

Undecimò, pœna contra homicidas, & bannitos, vide Pii II. *Bullam* 8. Sixti IV. *Bull.* 10. Julii II. *Bull.* 5. Leon. X. *Bull.* 13. Clem. VII. *Bull.* 6. Pii IV. *Bull.* 30. 80. & 104. Pii. V. *Bull.* 13. Gregor. XIII. *Bul.* 66. & Sixtum V. *in alia Bulla.*

Duodecimò, pœnæ contra Prælatos, & alios beneficiatos se ingerentes administrationibus Ecclesiarum, non levatis Bullis, habentur *in Bulla* 4. Jul. II. *quæ incipit, Romani Pontificis.*

POSSESSIO.

PRimò; possessio quomodo probetur vide *in ver. dominium.*

Secundò, an liceat propria auctoritate ingredi possessionem, quando aliquis possideret, vide Afflict. *dec.* 403. *n.* 7. ubi affirmativè respondetur.

Tertiò, & quid in beneficialibus, vide *in ver. intrusus.*

Quartò, in beneficialibus quonam pacto detur possessio vera corporaliter, vel quasi possessio & quomodo hoc intelligatur, vide Dyn. *in cap.* 1. *num.* 31. *de reg. jur. lib.* 6. similiter jurisdictiones, servitutes, & alia incorporalia quomodo possideantur, vide eundem *in c. fine, num.* 4. *eod. lib. & tit.* & ibi addit. *in ver. quasi*, & gl. *in c. conquestus, in ver. quasi, de foro comp.*

Quintò, an, & quando quis dicatur stetisse in pacifica possessione, vide Staph *fol.* 28. *num.* 13.

Sextò, possessio triennalis probatur per unum testem de visu, & per duos de publica voce, & fama, Anchar. *consi.* 42. *prope finem*, Felin. *in c. veniens, il* 1. *col.* 6. *num.* 16. *versic. scias etiam, de test.* Rota *decis.* 7. *de restitut spoliat, in noviss.* Caputaq. *dec.* 348. *par.* 2.

Septimò, possessio annalis, vel triennalis, vel decennalis an requiratur, ut sit immediata ante litem motam, an sufficiat, quòd esset perfecta ante litem quandocunque, ad hoc, ut impediat sequestrum: secundum affirmat Caputaq. *decis.* 384. *par.* 2. & non primum.

PROCURATIO.

PRocuratio quando debeatur prælatis, ratione visitationis, consecrationis, reconciliationis Ecclesiarum, vel quando veniunt ad degradationem Clericorum, vel ad consecrationem Episcoporum, vide Abb. & Doct. *in c. cùm sit, de simon.* & ibi Addit. in Abb. vide *in ver. concilium*, §. 5. *in ver. visitatio*, §. 6.

QUÆSTORES.

QUæstores prohibentur prædicare, & contrafacientes ab Episcopo possunt puniri, Conc. Trid. *sess.* 5. *c.* 2. *de reform. in fin. & sess.* 21. *c. ult. de refor.* disponit, ut eorum nomen, atque usus in omnibus Christianæ Religionis locis aboleatur, nec obstat Bulla Pii IV. *quæ est* 42. *quæ incipit, Pontificis*, tamen sine indulgentiarum publicatione, & concessione confessionalium. Pius V. *Bull.* 30. *quæ incipit, Et si*, ubi dat facultatem quæ-

quæstuandi Abbati,& Hospitali sancti Antonii Viennensis , & ejus membris juxta tenorem *dict.c.ult.sess.*21.quia eam revocavit Pius V. *Bulla sua* 30.*fol.* 969. Sacra verò Congreg.*declarat.*217. circa hoc ita disponit: *Pravi eleemosynarum quæstores debent prohiberi, non autem illi, qui eleemosynas collectas in pios usus erogant. & declarat.* 388. concedit posse dari licentiam petendi eleemosynas, cum his circunstantiis. *Prima, ut sint personæ bonæ existimationis. Secunda, ne sint participes ipsarum eleemosynarum. Tertia, ne habeant ullo modo nomen Questoris. Quarta, nullas indulgentias divulgent,nec concionentur. Quinta,nec sua privilegia,aut sacras reliquias circumferant.Sexta,nec imprecationibus, aut minis eleemosynas ab hominibus exprimant,aut extorqueant , nec campanas, aliave instrumenta deferant. Septima, nec quicquam,tanquam debitum,aut usitatum petant. Octava,nec ullo artificio, aut specie commemorandæ orationis alicujus Sancti, aut alio perverso more utantur. Nona,sed simpliciter ac modestè eleemosynas petant, easque in pii loci utilitatem transportent* , & idem Rescriptum servandum esse in colligendis eleemosynis pro societate Rosarii,*declar.* 459.vide *Clem.*2.*de pœn.& remiss.* & *Abb.in c.cum ex eo,n.*1.*eod.tit.*

An regulares possint petere eleemosynas absque licentia ordinarii ? & videtur,quòd sic,per Bullam Pii V. *quæ est* 38.*fol.*982.*Clauf.*15. sed hanc revocavit Gregor. XIII. *Bulla sua* 15. eamque reduxit ad terminos juris communis ; & sic videtur,quòd non possint petere eas sine prædicta licentia , & ita dict.sac Congreg. censuit de societate Rosarii, prout *suprà* multos abusus , pœnas , & actiones narrat,& reformat *Clem.*2. *de pœn.& remiss.*vide etiam Navar.*tract. de Iubil.& Indulg.notab.*31.*num.*46.*& conf.* 17.*&* 33.*de pœn.& remiss.*& Bull. Clem. VII.*quæ est* 34.*& incipit, Quoniam.*

QUARTA.

PRimò,vide multa *in ver.legatum*, §.3.

Secundò, quarta Episcopalis non debetur de missis legatis, nec de relictis ad perpetuum cultum, Capyc. *decis.*22. ubi habes multa de hac materia pro praxi,& Concil.Triden. *sess.*25.*c.*13.*de reform.*

REPRÆSENTATIONES SEU RECITATIONES.

REpræsentationes Passionis Domini nostri Jesu Christi , vel Martyrum, sive Sanctorum quorumcunque , cùm potius scandalo , quàm pietati soleant esse populo Christiano , optimo consilio à nonnullis Concil. provincialibus tolluntur è medio,Concil. provin. Cusent.*sess.*1. *de sac. action.*Concil. provin. Neap.*c.*6.ubi dicit, nisi de licentia Episcopi,&hoc nec in sacro,nec in profano loco,quod etiam abnuit sac. Concilium Triden.*sess.*25. *c.de invocat. & venerat. Sanct.*§.*illud verò.*

RESTITUTIO.

REstitutio malè ablatorum quomodo fiat, vide Bald.*in Mar.*Innoc.*in ver.*

ver. testator. Episcopus competit restitutio malè ablatorum, prout *superiùs in ver. Episcopus.* §. 19.

RESTITUTIO IN INTEGRUM.

PRimò, an detur in læsione enormi, vel modica; vide *in ver. Ecclesia, in ver. emptio, & in ver. ignorans seu idiota, &* & Covar. *libro* 1. *cap.* 3. *var. resol.*

Secundò, restitutionis in integrum beneficium, & illius tempus, est judici arbitrarium, Aflict. *decis.* 24. *num.* 2.

Tertiò, Ecclesia adversus laicum petit restitutionem in integrum coram Judice laico, secundum communem opinionem, Covar. *libro* 1. *cap.* 4. *numero* 2. *var. resol.*

Quartò, restitutio in integrum adversùm rem judicatam, concedi debet, quando ex noviter deductis, constat de bono jure, Caputaq. *dec.* 94. *par.* 3.

Quintò, restitutio in integrũ datur post præscriptionẽ per quadriẽniũ & octenniũ Eccl. *c.* 1. *&* 2. *de in integr. rest. lib.* 6. & ibi Gemin. & post trigesimum, Covar. *libro* 1. *cap.* 3. *numero* 12. *ver.* 7. *sed ut rem, var. resol.* & in læsione etiam post centum annos, Gom. *in cap.* 2. *numero* 51. *notab.* 7. *de constit. libro* 6. ex Bal. *in l. falsam, C si ex facto testatoris.*

RESCRIPTUM.

PRimò, Rescriptum impetratum à procuratore excommunicato, an sit validum? vide *cap.* 1. *& ibi gloss. in ver. alio* ubi dicitur quod non, & ibi Gom. *nu.* 34. *& infrà*, tenet affirmativè in casibus, quibus potest per se ipsum, & intellige de excommunicato, juxta Bul. Martini V. Concil. Constant. de rescripto impetrato à procuratore revocato, vide *cap ex parte, il.* 3. *de rescript.*

Secundò, ista exceptio, an, & quando debeat opponi, vide Marant. 6. *par. memb.* 3. *numero* 5. Gom. *in quæst.* 44. *de annal. poss. & in dict. cap. numero* 6. *& c.* 1. *de except. libro* 6.

Tertiò, an brevia nostri temporis, quæ passim expediuntur ab Urbe, veniant appellatione rescripti? Gom. post disputationem includit, quod sic, *tract. de brev. numero* 7. & deservit pro intelligentia Bullæ Dominicontra falsificantes literas Apost. Navar. *cap.* 27. *numero* 62.

Quartò, in rescriptis semper intelligitur illa clausula: *Si preces veritate nitantur, cap. ex parte, il. primo, eod. tit.* Staph. *de lit. grat. fol.* 309. *numero* 2. & hoc non solùm in literis Papæ, sed Regis etiam, Iser. *in tit. de probib. feud. in cap. quoniam inter dominum, numero* 6. etiamsi non opponatur ista clausula. Inn. *in Summario. n.* 2. *in dict. c. ex parte.*

Quintò, rescriptum alternativum sufficit, quod in uno verificetur, *c. inter, eod. tit.* & sic si in rescripto ponatur unum verum, & alterum falsum, sufficit si probetur verum, si ex illo possit consequi effectus, decis. Rot 7. *de. resc. in novis.* Gloss. *in dict. cap. ex parte, in ver. perpetuo,* Staph. *loco citato in* 6. *form. num.* 5.

Sextò, rescriptum quando dicatur subreptitium, vel obreptitium, vide text. & ibi Doct. *cap. super literis, eod. tit.* & an subreptio facti, vel juris vitiet rescriptum, vide Gom. *in cap.* 1. *art.* 56. & deinceps.

eod.tit. libro 6. & in cap. 1. numer. 108. de constitut. eodem libro & quæst. 10. de non tollen. jure quæsit.

Septimò, per reſcriptum ſubreptitium datur juriſdictio, *deciſ. 13. num. 3.* & ibi Addit. *de reſcript. in noviſ. ver. tum quia*, ſed venit annullandum ope exceptionis, *cap. caterum, & cap. ad audientiam, eod. titulo.*

Octavò, quando erratur in nomine illius contra quem impetratur reſcriptum, vel in nomine impetrantis, vel diœceſis, an ſit ſubreptitium? vide Addit. ad dec. Rot. 16. *hoc titulo in noviſſ.* & Felin. *in cap ſignif. eod. tit.* Hoſtienſ. *in Sum. loco citato, num. 24.* ubi locus, Judex, civitas, diœceſis, nomen, ſi in eis erretur, ſubreptitium cenſetur.

Nonò, proceſſus factus per literas ſubreptitias, irritatur, per *cap. cùm dilecta*, & hoc ſi excipiatur, ſecus verò non. Foller. *in addit. ad Maran. 4. par. diſt. 16. numero 73. & cap. citatis.*

Decimò, reſcripta ad cauſas decidendas, debent eſſe perennia Abb. *in ca. plerumque, in 3. notab. hoc titulo gloſſ. cap. 1. n. 204. de conſtitut. libro 6. & in præfat. Reg. Cancell. de annal. poſſ. & de neglig. caſu 143.* vide Sylveſt. *in ver. reſcriptum*, §. 5. & hoc intellige, re non integra, per *cap. grat. & cap. licèt, cum ſimilibus. de offic. leg.* & an idem ſit in reſcripto ad beneficia, vide Selva *tract. de benef. 3. par. q. 12. num. 30.* Rebuff. *in pract. benef. in titulo de diſſer. inter reſcript. grat. & juſt. num. 42. & infrà*, & Selva *loco citato, quæſtio 64. numero 4.* vide *l. falſo, C. de jure reſcript.* & circa feudalia, vide Iſer. *cap. 1. §. ſed quia, numero 14. de his qui feud. dare poſſunt*, & Hoſt. *in cap. Sedes Apoſtolica, de reſcript.*

Undecimò, an, & quando quis teneatur probare omnia ea, quæ impetravit in in reſcripto, vide gloſſ. *in cap. ſignificavit, in ver. aliqua, de appell. & addit. ad dec. Rot 7. de reſcript. in noviſſ. & deciſ. 44. eodem titulo.*

Duodecimò, conditiones, quæ requiruntur in reſcripto pro impetratione beneficii, vide Selva, *loco citato, 3. p. quæſtio 2. & quæſtio 12. per totum.*

Decimotertiò, in reſcripto ad beneficia impetranda, debet fieri mentio de alio beneficio, quod impetrans fortaſſis prius habebat, etiamſi ſit tenuiſſimum, *cap. ſi proponente, de reſcript. & in cap. non poteſt, cap. ſi motu proprio, de præbend. lib. 6.* debet facere mentionem de terra, ſi ſit oriundus ab ea, gloſſ. *in dict. cap. in verb. de hoc mentionem*, & hoc non explicando, eſſet ſubreptitium, Selva *loco citato, 2. p. quæſt. 23. num. 34. & cap. bonæ memoriæ, il. 2. de poſt. præl.* Gom. *in Reg. Cancel. fol. 62.* gloſſ. *in Clem. unica, in ver. reperirent, de offic. deleg.* Staph. *in quæſt. for. expect. nu. 25. & infrà*, Covar. *pract. quæſtio cap. 35. num. 5. & 6.*

Decimoquartò, utens reſcripto in caſibus, *cap. finalis. de reſcript.* perdit cauſam, intellige ſi lis eſſet conteſtata, Gom. *in c. 3. numero 5. de reſcript. libro 6.* deciſ. Rot. 18. *de reſcript. in noviſſ.*

Decimoquintò, in reſcripto conſideratur tempus præſentationis, & non datæ, Innoc. *in cap. mandatum, numero 2. hoc titulo*, & hoc in cauſis, ſecus in impetratione beneficiorum, idem *in ca. poſtul. num. 2. eod. tit.* Abb. *in cap. dilectus. num. 7. de prab.*

Decimò

Decimosextò, si opponatur subreptio, vel subreptio rescripti, quis teneatur probare, impetrans, vel recipiens ? Vide Anchar. *in cap. exceptionis, numero, 7. ver. 4. de lit. contest. libro 6.*

Decimoseptimò, utrum in citatione facta à delegato debeat inseri originale rescripti, vel tenor, & an si secus fiat, processus sit nullus, & sententia nulla? Vide *l. sancimus, C. de divers. rescript.* & Vinc. de Anna, *in alleg. 24. 1. vol.* & vide *superius in ver. delegatus, §. 4.*

Decimo octavò, quid si impetro rescriptum contra Rectorem alicuius Ecclesiæ, & antequam citetur, moriatur, nunquid successor possit per illum conveniri ? respondetur quod non : Host. *in Summ. hoc titulo num. 21.* Ratio est, quia res est integra.

Decimononò, contra rescriptum quot modis possit excipi, vide Hostiens. *loco citato, numero 30.* ubi ponit nonaginta & unam exceptiones, quas videat pro practica quotidiana, *& tit. de crim. falso, §. porrò, num. 3.*

Vigesimò, an, & quando rescriptum impetratum contra aliquem, & morientem eo, possit agi contra hæredes illius, vel universales, vel particulares, vel successores illi in dignitatem, vide, & distingue cum Cap. Tolos. *quæst. 265. & ibi adduio.*

RES INTEGRA.

REs integra quando dicatur in judiciis, & quando in negotiis : vide Abb. *in Clemen. procuratorem, numero 2. de procur.* & hæc faciunt pro dictis, *in versiculo de legatis, num. 2.* & res integra dicitur, quando non est ad effectum demandata, licèt super ea sint facti actus aliqui, Gig. *in cap. ubi periculum, § sanè, notab. 2. de elect. libro 6.* sed Abb. *loco citato*, dicit, quod res integra in judiciis dicitur ante litem contestatam, in negotiis, antequam fiant præparamenta ad negotium promovendum. Sed Gem. *in cap. quamvis, vers. in fine gloss. hic, de offic. deleg. libro 6.* dicit per citationem, vel quemcunque actum prævium citationi facultatum à judice in causa, Gloss. *ibi in vers. usus.* & Philip. Franc. per citationem, vel etiamsi præsentibus ambabus partibus, ibi facit aliquem actum, puta, recipit rescriptum, facit præsentationem, & Notarius facit aperturam processus, idem *ibidem, versic. videtur difficultas.*

RENUNTIATIO, SEU PERMUTATIO, SIVE RESIGNATIO.

SUMMARIUM.

1. *An resignatio beneficii posset fieri coram locorum Ordinariis.*
2. *Quibus casibus concurrentibus.*
3. *Qua servanda in dicta resignatione.*
4. *Coram quibus fieri posset.*
5. *An qui habet solam signaturam seu supplicationem, possit resignare.*
6. *An qui permutaverit beneficium suum cum aliquo, qui asserebat beneficium valere centum & postea reperit non tantum valere, possit repetere & si per multos annos exegerit bona fide, peccet labe simoniæ.*

7. *An possit permutari beneficium iuris patronatus absque consensu patroni.*

8. *Renuntiare, seu permutare alicui beneficium cum pacto, ut ille suis expensis expediat utrasque Bullas, an incurratur simonia.*

AD primum, resignatio beneficiorum fieri non potest coram locorum Ordinariis: Bulla *Pii* V. 42. *fol.* 99 2. nisi cum quibusdam circumstantiis Bullæ ejusdem, quæ est 58. *fol.* 1014.

Ad secundum. Prima, est inhabilitas. Secunda, privatio. Tertia pluralitas beneficiorum. Quarta, valetudo seu infirmitas. Quinta, senectus. Sexta, inimicitiæ. Septima, ingressus Monasterii seu Religionis. Octava, contractus matrimonii, & quibusdam aliis, prout ibi, & sic patet ad secundum, vide alias causas in Rebuff. *in pract. benef. tit. de resign. c. par. & cond. num.* 2. quas tangit Host. *in Summ. hoc titulo* §. *cui sit, num.* 8. sed dubium est, an datâ aliquâ harum circumstantiarum, possit quis resignare beneficium in favorem certæ personæ? Et videtur quod non, quia Bulla solùm admittit resignationes ex causis: ergò stante causa, non admittitur intuitu alicuius, sed simpliciter. Respondetur primò, istam videri prima facie Sum. Pont. intentionem, ut fiat præcisè, & absolutè, & non respectu alicuius. Secundò, quod resignatio facta cum pacto ut conferatur certæ personæ, non valet gloss. *in cap. ordinationes*, 1. *quæst.* 1. gloss. *in ca. ex parte, il.* 1. *in vers. omninò, de offic. deleg* & ibi Abb. *num.* 4. Gom. *in quæst.* 16. *colum.* 3. *ver. postremò, de trien. poss.* ubi dicit, sapere labem simoniæ, si ita fieret, tamen Staph. *de lit. grat. fol.* 118. *num.* 7. dicit, posse fieri, quod probat multis rationibus, & ita ego censerem, quia quod habeo in animo, possum verbis explicare, cum verba explicent conceptum animi, Arist. *in libro* 1. *Periher. text.* 2. Nav. *c.* 23. *num.* 107. *ver. ad nonum. not ab.* 1. & 2. hoc etiam tenet Covar. *libro* 1. *ca.* 5. *num.* 5. *var. resol.* Præterea, quia in permutatione permutans potest deducere in pactum, ut conferatur huic, vel illi, & licèt non exprimat, satis est, quod constet ex conjecturis, gloss. *in Clem. unica. in ver. ex causa, de rer. permut.* & hoc ampliatur, quod non succedente provisione, secundùm intentionem permutantis, liceret utrique redire ad sua beneficia propria auctoritate, si non fuerint interim occupata, si vero ita, tunc opus est nova collatione, *c. penult. de rer. permut.* ita Staph. *loco citato, fol.* 112. *nu.* 13. & 14. decis. Rotæ. *de rer. permus. in noviss.* Selva. *tractat. de benef.* 3. *p. quæstio* 64. *num.* 3. Gom. *quæstio* 24. *col.* 2. *de trien. poss.* Rebuff. *pract. benef. tit. de permut. n.* 12. & *infrà.* sed an his permutationibus sit locus, *l.* 2. *de rescind. vend.* si aderit deceptio citra, vel citra dimidium, vide Covar. *loco citato, num.* 3. & quia solent fieri simulatæ, & fraudulentæ beneficiorum permutationes, huic morbo providit Pius IV. *Bulla* 144. *quæ incipit, Sanctissimus*, & Pius V. *Bull.* 58. *quæ incipit, Quanta Ecclesia.*

Ad tertium, vltra Reg. Cancel. *de public. resign.* Greg. XIII. *Bulla sua* 27. *folio* 1324. statuit, quod in omnibus resignationibus, permutationib^s, gratiis expectativis beneficiorũ Eccl. etiã Commendarum,

darum, & jurium, debeant fieri publicationes in Eccl. Cath. & Parochiali, intra cujus ambitum continetur beneficium resignatum, intra sex menses, si resignatio, seu permutatio facta sit coram Pontifice, si verò coram Ordinario, infra tres menses à die concessionis gratiæ computandos, & obligat etiam sacræ Romanæ Ecclesiæ Cardinales sub pœna amissionis illius beneficii, & inhabilitationis ad illud habendum, quandocunque, & servatis his, si beneficia sic resignata impetrata erunt à sede Apostolica, remaneant vacantia, etiam reservata eidem, si vero ab Ordinariis similiter, vide Bullam in fonte, quia pulchra dicit, & hodie est in viridi observantia, & ita vidi practicari in duobus casibus, in quibus Papa noluit concedere (perinde valere) ut prius concedere solebat, & quas ob causas istæ denuntiationes, seu publicationes debeant fieri, vide Gom. *in qu.* 9. *in reg. de pub. resign.* & Bulla Pii IV. *quæ est* 13. *& incipit, Sanctissimus*, & Nav. *cons.* 7. *de renunciat.* dicit, quod publicationis omissio resignationē annihilat, nisi justo impedimēto detentus omiserit.

Primum dubium, an hodie sit etiam ablata beneficiorum permutatio coram Ordinario per dictam Bullam, & videtur quod non: nam potest esse senex, qui propter inhabilitatem vellet permutare Ecclesiam Parochialem cum beneficio simplici: ratio est, quia huic, & non illi posset deservire, & hoc admittit Bulla, & habetur *in Clem. cit.* modò absit fraus, quia Bulla admittit beneficiorum permutationes juxta Canonicas sanctiones, *cap. quæsitum, de rer. permut. & cap. unico, eod. tit. libro* 6. Staph. *de lit. grat. fol.* 118. *à num.* 7. *& infrà.* Innoc. VIII. *Bull. sua* 12. Pius IV. *Bulla sua* 163. Pius V. *Bul. sua* 58. Reb. *loco cit. num.* 4. & sic ego obtinui in facto, & consultum fuit ab Vrbe die 21. Ianuarii, 1589. Beneventi, & in permutationibus istis non habet locum, *cap. 2. de conces. præb. & cap. licèt, de suppl. negl. prælat.* quia ad conferenda beneficia permutata non est præfixum tempus, Selv. *tract. de benef. 3. p. q.* 64. Navar. *consil.* 15. *num.* 2. *tit. de reb. Eccles. non alien.*

Secundum dubium, an si aliquis permutasset, sive resignasset in manibus sui Ordinarii tunc Romæ commorantis, possit Ordinarius ille conferre illud beneficium ei, in cuius favorem [resignatum est, vel alii, cui ipsi Ordinario placuerit, Rota *in dec.* 1. *de rer. permutat. in nov. ff. num.* 5. dicit, quod non solum Papa: idem Col. *3. c.* 20. *num.* 9. *var. resol.* Staph. *de lit. grat. fol.* 119. *num.* 12. Abb. *in Clem.* 1. *in fin. ut lite pen.* sed cautela est, ut Ordinarius exeat ab Vrbe, quando vult resignationes dictas recipere, prout dixi *in ver. benef.* §. 10. sed Gemin. *in cap. si Abbatem, vers. & nota bene istam Gloss. de elect. libro* 6. dicit, quod Episcopus extra suam diœcesim existens, non potest recipere resignationem beneficii sui subditi, quia est jurisdictionis contentiosæ, sed ego hoc non intelligerem, quando contentiosè procederent: secus vero non.

Tertium animadvertendum, quod quando quis resignat beneficium, vel simpliciter, vel in favorem certæ personæ, talis resignatio non debet admitti cum aliqua circumstantia dictæ Bullæ, nisi priùs constiterit, quod ipse resignans

habeat aliundè, quo vivere commodè possit, ita Bulla citata, & Concil. Trident. *sess. 21. cap. 2. de reform.* quod etiam extenditur ad patrimonium, & pensionem, adcuius titulum quis promotus fuerit: illud n. non potest alienari, nec illa remitti, vel extingui sine licentia Episcopi, donec beneficium ecclesiasticum sufficiens ille fuerit adeptus, vel possit aliunde commmodè vivere, Conc. *loc. cit. in ultim.* & Sylvest. *in ver. Clericus*, 4. *n.* 9. §. [13.] vel nisi sequuta professione in aliqua Religione approbata. Con. Trid. *sess. 25. capit. 16. de reform. cap. ad supplicationem, de resignat. seu renuntiation.* Hostiens. *loco cit.* §. *sit ejus effectus*, & si Ordinarius admittit resignationem factam ab aliquo, qui nihil aliud, præter id beneficium habebat, unde commodè se sustentare posset, tenetur eum alere, nec potest eidem beneficium id resignatum restituere, sed debet in eo institui ille, qui præsentatus fuit à patrono, ita censuit sac. Congregat, *decl.* 315. cuius sunt verba prædicta, & licèt loquatur in beneficio juris patronatus, tamen ita censendum est in beneficio collativo, quia non datur pœnitentia in hoc, nisi rè integra, ut patet ex dictis *inferius*, §. *Octavo.*

Quartum dubium, an obtinetur beneficium per resignationem, vel eam permutationis, teneatur docere de titulo sui prædecessoris? Videtur quod sic, quia subrogatus in jus alterius, tenetur justificare ius illius, Bellamera *decis.* 216. & Boer. *decis.* 290. tamen oppositum est verius, quod solùm tenetur docere prædecessorem suum fuisse tentum, & reputatum pro Rectore illius Ecclesiæ, decis. Rotæ 109. *incipiente*: *Agente, & possidente*, Bellam. *decis.* 545. *inchoante. Non obstantibus conclusionibus*, & Lap. *alleg.* 86. Boer. *decis.* 42. *num.* 30.

Quintum dubium, permutationes beneficiorum debent fieri propter necessitatem, & utilitatem uniuscuiusque Ecclesiæ, *cap. quæsitum, de rerum permut.* Boer. *decis.* 205. *num.* 7. & an in permutatione iuris patronatus requiratur consensus patroni, vide *in ver. jus patronatus*, §. 8.

Sextum, accusatus potest resignare beneficium, antequam concluſum sit in causa, Boer. *decis.* 2. & *decis.* 205. & *seq.* etiamsi per illam accusationem ad merita causæ veniſſet privandus illo beneficio, secus vero si post concluſum, Boer. *decis.* 2. & 205. & 206. & sac. Congreg. *decl.* 262. *in meis*, censuit in hæc verba: *Si resignatio parochialis verè fuit Romæ expedita, antequam Ordinarius resignantem tit. ac beneficio dictæ parochialis privaret eadem die, resignatio debet suum sortiri effectum, nec Ordinarius potest eam infringere. nec illi Ecclesiæ pensionem imponere, imò homicidia potest ante sententiam privationis resignare beneficium, cùm non antea sit privatus, cap. fraternitat. de cler. excomm. min.* Rebuff. *de mod. amit. ben. num.* 50.

Septimum. Resignatio cum reservatione pensionis, solùm à Papa potest admitti. Felin. *in cap. audientiam, de rescript.* Boer. *decis.* 2. *num.* 45.

Octavum, Resignans potest pœnitere antequam sit alteri facta collatio, & maximè quando inconsultè resignatur, & Episcopus tenetur ei restituere, si potest,

test. Boer. *decis.* 350. *num.* 5. & hoc re integra. Hostiens. *in Summ. hoc titulo* §. *quis renunciare*, *num.* 6. *in principio.* vel quando est publicata, quia tunc non valet. Caputaq. *dec.* 80. *par.* 3. Gemin. *in c.* 2. *ver. quod si clericus, de renun. libro* 6.

Nonum, renuncians beneficio, etiam non in manibus superioris, non potest repetere Ecclesiam, quia etsi inutilis sit renunciatio, tamen obtinet vim pacti, sive inutilis accepti lationis, *l. si unus*, §. *pœn. & l. si accepto latum*, *ff. de accept.* Capyc. *decis.* 154. *num.* 18. *c. in dubiis, & c. quidam, & ibi gl. in ver. compellendos, de renun.* Gom. *quæstio* 12. *de infir. resig. & quæstio* 101 & 31. *de subro colulig. & quæstio* 40. *de annal. poss.* & *quæst.* 29. *de infir. resign. cap. ex transmisso, & c. admonet, eod. tit.* Reb. *de resign. condi. nu.* 29. *ante perfectionem*, *ibi num.* 21. Facit, quòd quis non potest redire ad jus cui semel renunciavit, *ca. periculosum* 7. *quæst.* 1. Gem. *in cap. ut quis*, *notab.* 7. *de elect. libro* 6. idem *in cap.* 2. *ver. quæro an sit verum, de renunc. libro* 6. si renunciavit per se, vel per literam, & etiamsi literæ nondum sint præsentatæ per procuratorem, sed ille à se abierit, quia perdidit possessionem, nec potest repetere. & citat. *l. figura, ff. de actione, & obligat.*

Decimò, quando beneficium resignatur cum conditione, ut conferatur alicui, an posset Ordinarius, in cuius manibus facta est dicta resignatio, conferre illud alteri, & non ei, in cuius favorem facta fuit resignatio? Affirmativè respondet Staph. *de lit. grat. fol.* 119. *num.* 12. & Conc. *loc. cit. num.* 5.

Ad Quartum principale, Rebuff. *loc cit. num.* 36. & Innoc. *in cap. ex insinuatione, de sim.* dicit, posse fieri, primò coram sumino Pontifice, secundò, coram Ordinario, sive eius Vicario, ad id potestatem habente, in cuius Diœcesi est situm beneficium quod resignatur, & non in manibus habentis illius collationem ex privilegio, vel præscriptione, Staph *loc. cit. num.* 120. & *num.* 14. & 19. Anchar. *in cap. unico*, *num.* 2. *de rer. permutat. libro* 6. similiter de permutationibus Gloss. *in Clem. unica*, *de rer. permut. in ver. conferantur*, & ibi Abb. *num.* 6. & Rebuff. *in for. sign. grat.* 1. *p. super verba. etiam coram Notario publico*, & *coram testibus*, licèt nullus adsit Notarius, quia parem habent probationem testium, & instrumentorum, *libro. in exercendis, C. de fide instrum. cap. cum Ioannes de fide instrum.* Cov. *pract. quæstio cap.* 20. dec. Rot. 5. *de offic. Vic. num.* 4. *in noviss.* Felin. *in dict. cap. num.* 35. Tiraq. *de utroque retract.* §. 26. *gl.* 2. *num.* 10. ubi habet duos casus, quibus resignatio, licèt sit invalida, tenet tamen quoad præiudicium resignantis, sed per istas resignationes sic factas non causatur vacatio beneficii sic resignati, quousque per superiorem fuerit admissa, Staph. & Covar. *loco citato*, Vide Panorm. *in cap. super, num.* 4. *de statu monach.*

Ad quintum. Respondetur quòd sic, & valet resignatio, quia sola supplicatione acquiritur ius, & justificatur titulus, Aegid. *decis.* 112. *cum aliis*, de quibus Caputaq. *decis.* 301. *p.* 3. Gom. *quæstio.* 7. *num.* 6. *de non judic. juxta for. supplic.*

Ad sextum. Respondetur, quoad primam partem, quòd sic, & quoad secun-

dam

dam partem, quod non, durante ignorantia probabili, Navar. à simili *in Com. de usur. quæstio 27. num. 118.* vide *in ver. simonia, §. 28. in noviss.*

Ad septimum. Respondetur quod sic: Rebuff. *in 3. p. sign. super verba, nec non iuris patronatus, nu. 41. & infrà, & in tit. de pœnit. nu. 22. ver. 7. & nu. 31.* & Staph. *cons. 98. num. 4.*

Ad octavum. Respondetur quòd sic, *cons. 30. de simonia.* Navar.

RESIDENTIA.

PRimò, vide multa quæ dixi *in ver. privatio*, hoc solùm dicam, quòd onus residentiæ Episcoporum Suffraganeorum incumbit Metropolitano, & licèt apertè non habeatur à sac. Con. *sess. 21. cap. 1. & sess. 23. c. 1. de refor.* (quamvis possit ex his locis elici) tamen hoc clarè censuit sacr. Cong. *declar. 113.* in hæc verba, *Metropolitani providere debent, ut provinciales eorum Episcopi, juxta decreta Concilii Triden. resideant in eorum Ecclesiis*, accessit alia declaratio ejusdem sac. Congreg. *493. in meis*: Archiepiscopo Salernitano, ubi meminit hoc etiam fuisse commissum Nuncio Apostolico cumulativè, propter negligentiam, sive indulgentiam eorum, quorum interest, quam voluit Papa supplere per suum Nuncium.

Secundò, quot casibus quis excusetur à residentia? Vide Selvam *loco citato 4. par. quæstio 6.* & Rebuff. *pract. benefic. de dispensat. de non resid. per totum*, & Abb. *in rep. §. qui verò, cap. extirpandæ, num. 13. de præbend.* & Concil. Trident. *loco cit.* & Hostiens. *in Sum. de offic. Vicar. §. & in quibus numero quarto.*

Tertiò, Clericus, qui non potest habere licentiam à suo prælato, se ex justa causa absentandi, potest adire superiorem prælati, & si periculum esset in mora, potest sine licentia se absentare, Abb. *in cap. relatum, num. 6. de cler. non resid.* vide *in ver. studium. §. ... & in ver. recursus, num. 2.*

Quartò, qui gaudeant perceptione fructuum beneficiorum in absentia. Dic quòd servientes summo Pontifici, legatis in provincia, Archiepiscopis, quoad clericos suæ Diœcesis, & non suorum Suffraganeorum, Episcopor. & Cardinalium familiares, Abb. *in cap. cùm dilectus, & in cap. ad audientiam, de cler. non resid.*

Quintò, residentia novem mensium est necessaria Canonicis, & statutum in contrarium est irritum, & liti motæ, & causæ commissæ in Rota, vel alibi, cedatur quoad hoc: ita sacr. Congreg. *declarat, 457. in meis.*

Sextò, an excuset immemorabilis consuetudo à residentia, respondetur à sacr. Congreg. *declarat, 463. in meis*, in hæc verba: *Sanctissimus Dominus noster, ex sententia Congregationis Concilii declaravit, immemorabilem consuetudinem non excusare à residentia in Ecclesiis Cathedralibus, & Collegiatis insignibus: in Collegiatis Cautem insignibus posse excusare, dum tamen sint rurales prorsus destitutæ, aut in quibus nunquam antea supra hominum memoriam solitum esset residere, aut cuius adeò tenues redditus essent, ut Canonici aliunde non habẽtes unde vivant, alere non posset.*

Septimò,

Septimò, an licoat Episcopo se absentare ab Episcopatu suo, etiam propter perpetuum morbum. Respondetur, quòd non, ita sac. Cong. *declar.* 392. *in meis, & ca.* 1. *sess.* 6. *& ca.* 1. *sess.* 23. *de refor. sac. Conc. Trid.*

Octavò, quando residentia excuset propter inimicitias, vide *in ver. privatio*, §. 4. *dub.* 1. *& in ver. inimicitiæ*, §. 2.

Nonò, quando excusetur à residentia propter infirmitatem, vel propter senectutem, respondetur à sac. Congr. *declar.* 511. *in meis*, in hæc verba: *Si ibi non adest copia Medicorum, vel medicinarum, potest per Episcopum dari dilatio trium, vel quatuor mensium, ut ægrotus in locis vicinioribus curetur; senectus autem non excusat à residentia, sed debet poni Vicarius idoneus cum assignatione congruæ portionis ex ipsius parochialis redditibus.*

Decimò, de residentia Episcopali, & de residentium privilegiis, & non residentium pœnis, vide Pium IV. *Bul.* 17. *quæ incipit, De salute gregis, & Bul.* 215. *quæ incipit, In supremo*, & contra non residentes procedit Auditor Cameræ *Bull. ejusdem* 123. *quæ incipit, Cum tam per.*

Undecimò, causæ rationabiles dispensandi in casu residentiæ enumerantur multæ à Gemin. *in capit. licèt Canon*, §. *super residentia, de elect. l.* 6. Prima causa studii, & maximè Theologiæ. Secunda, intemperies aëris. Tertia, infirmitas. Quarta, inimicitia. Quinta, peregrinatio. Sexta, servitium Papæ: vide Rebuff. *loco cita. superiùs*, §. 2.

REMISSIO REORUM.

SOlet interdũ inter Metropolitanũ, & suos Suffraganeos, & inter ipsos Suffraganeos, & Iudices ecclesiasticos, ac tẽporales sæpe controverti circa remissiones delinquentium, ideo pro praxi magis quotidiana attingam quædam, quæ sunt in usu frequentiori.

SUMMARIUM.

1 *An si quis deliquerit in Diœcesi alterius, & post confugit ad Dioeceſim suam originariam, teneatur judex originis remittere reum ad judicem delicti.*
2 *Quando fiat remissio Clerici capti à judice ad judicem ecclesiasticum.*
3 *An Episcopus possit citare suum contumacem contra suam Dioeceſim sine licentia illius Episcopi.*
4 *An ratione contractus possit quis, vel debeat remitti ad locum contractus.*
5 *Cujus expensis fieri debeat Clerici remissio.*
6 *An Episcopus possit repetere clericum suum ab alio detentum.*
7 *An fiat remissio etiam in civilibus, vel quando de crimine agitur civiliter.*
8 *Si quis petat à Principe remissionem, vel gratiam alicujus delicti, non facta mentione se prius obtinuisse aliam remissionem seu gratiam similem similis delicti, an valeat.*

AD primum, præmitto, multis modis sortiri forum, gloss. *in c.* 1. 3. *q.* 6. *& in c. fi. de foro compet. & cap.* 1. §. *contrahentes, eod. lib.* 6. & dico primò, quòd

remissio, non debet fieri, nisi judex delicti petat remissionem, *in Authen. ut nulli judicum, collat. 9. §. si quis verò comprehensarum, cap. 1. de raptor. & Clem. fin. & ibi glos. in ver. de more, de re jud.* Covar. *pract. quæst. c. 2. num. 4. ver. 20. & nu 5. versi. 3.* Diaz *Pract. crim. can. cap. 8. 9. & 10.* Boss. *tit. de foro comp. à num. 46.* Penga. *Com. 33. in 3. pa.* Direct. Inquisit. *numero* 132. Dico secundò, si non petitur ita remissio à judice delicti, non tenetur judex, qui detinet reum, illum remittere. Bal. & alii *in l. 1. C. ubi de crimine agi oportet.* Anan. *in cap. 1. num. 8. de raptor.* Abb. *in c. ult. col. 8. de foro comp. & in d. c. 1. nu. de raptor.* & ibi Felin. *colum. 4.* Gui. Pap. *quæst. 102.* Hippol. *in practica, §. opportuno, nu. 33.* Covar. *loc. cit. versi. 4.* Dico tertiò, potest judex remittere reum, etiamsi non petatur ex quadam urbanitate ad judicem delicti, Pan. *in consi. 24. lib. 1.* & Doct. *loc. cit.* & juxta has duas conclusiones intelligitur declaratio sac. Cõg 138. ubi dicit, presbyter delinquens in in sua diœcesi, si in altero loco reperiatur, debet remitti ad suum Episcopum. Dico quartò, quod non tenetur judex remittere reum, etiam petente judice delicti, quotiescunque per sententiam ipsum reum judex, qui prævenit, condemnaverit: Salic. *in l. 1. C. ubi de crim. agi oport.* Bal. *in l. exequutorem, C. de exeq. rei jud. num. 27.* Marian. *in c. 1. n. 8. de raptor.* Afflict. *in Constitutione Regni, Rub. 41. num. 12.* Covar. *loc. cit. num. 6. ver. 6.* Chassan. *in Consuet. Burg. Rubr. 12. n. 19.* quia remissio fit de condemnando, & non de condemnato. Dico quintò, nec tenetur remittere judex ipse, qui prævenit in citatione reali, seu captura, & in causæ cognitione; Jac. de Ravenna, & Alber. *in l. hæres absens, §. si quis tutela, nu. 8. ff. de iud.* Jac. de Bello viso, *in repet. §. contrahentes, nu. 121.* Anch. *in c. postulasti, nu. 14. de foro competenti, & in c. 2. num. 8. de constit. lib. 6.* Covar. *l. c.* quamvis in dictis, *in 4. & 5. conclus.* contrarium videatur tenere Boss. *loc. cit. num. 48.* & citat Felin. *in c. fin. de foro compet.* & Marian. & Soc. *in c. postulasti, ver. 9. ad 5.* Alex. *in l. à Divo pio, §. sententia, col. 4. ver. & sic erit conclusio, ff. de re indic.* & hoc solùm, quoad exequutionem sententiæ datæ à judice domicilii, seu originis, non quoad sententiam: tamen tenendum est, quod dixi, nam quamvis opinio Bossii sit vera, tamen loquitur de exequutione sententiæ, & non de sententia: præterea quia regulariter ejusdem judicis est, ferre, & exequi sententiam, pro dicto Bos. videtur facere Inn. *in c. ex ore, de privil.* etsi possit juxta dicta *in 1. & 2. concl.* Dico septimò huic remissioni est locus in criminibus gravibus, & in his, quæ levia non sunt, Cyn. *in Auth. qua in provincia, C. ubi de crim. agi opor.* Anchar. *loc. cit.* Capel. Tolosana, *quæst. 319.* gloss. *in cap. fin. de foro comp. in ver. ratione delicti,* ubi dicit, etsi crimen grave sit, Covar. *loco cit. num. 8. ver. 7.* vide Boer. *decis. 29.* ubi tractat de hac remissione reorum, & Vinc. de Franch. *decis. 88. nu. 50.* dicit non esse locum remissioni ad judicem delicti, quando judex domicilii, & originis prævenerit in cognoscendo, & ita fuisse decisum ait, imò nec in levibus fit remissio, etiam judice delicti inquirente, Addit.

ad

ad Abb. *litera L, & allegat. l. desertorem, allegatam à gl. ibi.*

Hic accidit casus quotidie practicabilis. Clericus quidam alienigena commorans Neapoli, facit delictum aliquod, capitur à Curia Vicariæ ad hoc, ut doceat de Clericatu. Archiepiscopalis Curia Neap. petit remissionem ratione delicti, & Clericatus, dubitatur, an iste Clericus (dum ista pendent) si aufugeret in patriam suam, possit à judice originis castigari? Respondetur primò, non posse, quia non petiit eum remitti. Secundò, si ipse Clericus sponte se constituerit coram judice originis ad evitandum pœnam judicis delicti, quod tunc si fuit punitus à judice delicti sufficienter, non potest eum punire judex originis. Ratio est, quia ratione delicti, domicilii, & originis, est quis propriè subjectus, *c. ex parte. c. delicti, c. cum contingat, de foro comp.* Covar. *l. cit. num. 6. ver. 6.* Diaz. *loc. c. cap. 3* & Covar. *lib. 2. c. 10, n. 6. ver. 2.* Mar. *4. p. dist. 1. nu. 20. & infrà.* si ille verò fuisset insufficienter secundùm qualitatem delicti castigatus, tunc posset judex originis eum punire, *arg. c. felicis, in fin. de pœn. l. 6. c. P. & G. de offi. deleg.* vide Boer. *dec. 270.* ubi multa de hac materia, Guid. Pap. *q. 202. n. 4.* ubi habes pulcherrima pro hac practica, & judex delicti præveniens citatione verbali, possit cognoscere, & petere reum, quando judex originis prævenit in captura, & ibi ponit sex conditiones requisitas in remissione reorum, & septimam ibi addit. Addit. Gem. *in c. Romana, §. contrahentes, de for. com.* & adde, quod quando remittitur Clericus à judice laico ad episcopum, debet honestè, & non ignominiosè remitti, Boer. *dec. 303.* aliàs potest puniri judex laicus, sic remittens cum ignominia aliqua. vide pro hoc casu in terminis Vinc. de Franch. *dec. 37. per totam.* ubi Clericum Consentinum delinquentem Neapoli captum à Curia Vic. & petitum à Curia Archiepiscopali Neap. & Consentina, potiùs remissum fuisse Curiæ Archiepiscopali Neap. quàm Consentinæ à Curiæ Vic. ostendit. Octavo, remissio hæc habet locum etiam in crimine hæreseos, ratione criminis, vel originis, Cov. *pract. q. 10. n. 12. usque ad finem.*

Ad secundum, vide quæ dixi *in ver. Clericus, §. 3. 4. 5. 6. 7. & 8.*

Ad tertium, Sylvest. *in Sum. in ver. excommunicatio, 2. nu. 10.* dicit, quod sic, & gloss. *in d. §. contrahentes in 3. notab.* & Foller. *in pract. crim. 4. p. 3. n. 2.* Io. Andr. *in d. §. contrahentes,* Cyn. *in l. fin. ff. de jurisdict. om. jud.* Cov. *d. c. 10. nu. 7. ver. caterùm,* per multa dicit hoc non posse fieri, & Maran. *6. par. tit. de cit. nu. 40.* & Aflict. *in Constit. Edictorum, 4. par. circa medium,* isti omnes dicunt, non posse judicem unius territorii citare aliquem reum suæ Curiæ in alieno territorio latitantem, vel commorantem, sine licentia judicis illius territorii. Benè tamen omnes dicunt, quod judex ille requisitus teneatur exequi illam citationem, alioquin potest haberi recursus ad suum superiorem, ut eum ad id compellat, Covar. & Maran. *loc. cit.* vide Bald. *in Marg.* Inn. *in ver. judex.* & Inn. *in c. licèt, de foro compet.* & si judex illius territorii ad requisitionem alterius negli-

git citare reum, tunc ille judex extra territorium suum poterit citare illum. Bar. *in Extravag. ad reprimendam, in verſi. per edictum*, vide pleniùs Gom. *tract. de neglig. in q.* 28. *de triemali poſſ. ceſſa* 193.

Ad quartum, gl. *in d. c. de foro comp.* dicit, quòd in contractibus ſit locus remiſſioni, gloſſ. *in d.* § *contrahentes*, dicit quod non, idem Abb. & Buttius *in d. c. fi. de foro compet.* & Covar. *loco cit.* dicit quod ſic, quando intervenit juramentum, tamen dat modum practicandi, ut in citatione inſeratur contractus, ad hoc, ut judex domicilii, vel loci, in quo reperitur ille, qui ſe obligaverat, agnoſcat jus legitimæ cognitionis, & petitus faciat remiſſionem, & ſic habet non ſufficere ſolum contractum ad cauſandam remiſſionem, ſed vel domicilium, vel reſidentiam, & quod dixi in contractu juramento vallato eſſe locum remiſſioni, idem dico de obligatione facta in forma Cameræ, per d. cta Galleſii, *in formula, q.* 2. *n.* 1. 2. vide Iſer. *in uſib. feud. in rubr. quæ ſunt regalia, nu.* 46.

Ad quintum, videto Boer. *deciſ.* 203. *num.* 12. ubi dicit, ex mente multorum, quod remiſſio debet fieri ſumptibus Clerici capti, ſi eſt ſolvendo, aut in defectum inſtigantis, vel Epiſcopi requirentis, vel fiſci, aut alterius judicis capientis.

Poſtremò, Clericus homicida ex propoſito, & induſtria, non repertus tempore homicidii, & captionis in habitu Clericali, & tonſura, non gaudet privilegio fori, & conſequenter non debet remitti: Abb. Hoſti. Io. And. & Butr. *in c. perpendimus, de ſent. excom.* Boer. *deciſ.* 69. *num.* 17. ſimiliter Titius eſt Romæ, & mandat homicidium fieri Neap. & ſortitur effectum, an ille mandans debeat remitti ad locum delicti, requirente judice illius loci; pro utraque parte diſputat Guid. Pap. *q.* 104. tandem concludit affirmativè.

Ad ſextum, reſpondetur affirmativè, etiam invito Clerico, *c. dilectus, & c. ſi judex laicus, de appel.* & ibi Innoc. Bald. *in l.* 1. *ff. de rei vend.* Felin. *in ca. licet, notan. ultim. de probâ.*

Ad ſeptimum, Cap. Toloſ. *q.* 319. tenet quod non: ſed vide ibi plura pro practica.

Ad octavum, reſpondetur, quod gratia non valet, Navar. *conſ.* 1. *num.* 48. *de conſtit.* Ratio eſt, quia animus Principis redditur difficilis, per Regulam, *Qui ſemel malus.*

REGULÆ CANCELLARIÆ URBIS.

REgulæ Cancellariæ de infirmis reſignantibus habent locum etiam in reſignationibus, quæ fiunt coram Ordinariis, Gom. *in d. 3. q.* 26. Selva *tract. de benef. 3. p. q.* 47, *n.* 3. ſimiliter & de regula, de idiomate, Gom. *in d. Reg. q.* 6.

Secundò, an Regulæ Cancellariæ obligent extra Curiam Romanam? vide eund. *in q.* 2. *proem. Reg. Canc.*

Tertiò, quomodo concedantur in Urbe, & extrà, vide eundem *ut ſup. col. fi. ver. & tamen circa.*

Quartò, quando intelligatur dictis Regulis eſſe derogatum? vide *in q.* 6. *prooem. col.* 1. *in fine & col.* 4. *& q.* 5. *col.* 1.

Facit

Facit Bulla Pii IV. *quæ est* 87. & Rebuff. *pract. benef. tit. de forma provisio. in ver. non obstantibus, & in ver. vel assequutionem.*

Quintò, quando obligent Sanct. Roman. Eccl. vide Gom. *ubi suprà. q.* 5.

Sextò, sententia lata contra Regulas Cancellariæ, an teneat vide *eund. quæst.* 5. *col.* 4. *& q.* 4. *de ann. possess.* & an annullentur acta, & processus fabricatus contra dispositionem illarum, nisi opponatur, vel excipiatur, vide eund. *quæstio.* 9. *de impet. benef. per obit. famil. Card.*

Septimò, Regulæ Cancellariæ expirant mortuo Papa, Gom. *q.* 2. *proemiali Reg. Cancell. n.* 2. Gemin. *cons.* 63. Caputaq. *dec.* 213. *p.* 2. *& decis.* 41 *p.* 3.

Octavò, Regulæ Cancellariæ habent vim legis, & sunt servandæ, præsertim vivente eorum conditore, Cap. Tolos. *q.* 444. & ibi Addit.

ROTÆ TRIBUNAL URBIS, SEU DECISIONES IPSIUS.

ROtæ tribunalis decisiones faciunt communem opinionem, Gom. *q.* 2. *in prooem. Reg. Cancell. col.* 8. *ver.* 4. *pro ista opinione, & q.* 5. *ibidem*, ubi dicit stylum Rotæ haberi pro lege, & ire contra ipsum, est instar sacrilegii, idem *in cap.* 1. *n.* 49. *de judic. lib.* 9. facit *l. nemo, C. de sent. & l. fin. C. de legib.* Afflict. *dec.* 383. *nu.* 8.

RECTOR.

RÉctores Ecclesiarum possunt compelli ad reparationem Ecclesiarum, de redditibus beneficii, si supersunt, Pan. *in c. ad audientiam, n.* 1. *& infrà de Eccl. ædif.* vide *in ver. visitatio,* §. 3. *ver sed dices.*

RECURSUS.

PRimò, à Suffraganeis ad Metropolitanos, vel ab inferioribus ad superiores, multis modis haberi potest recursus, & circa Confessores. vide *in ver. Confessores,* §. 7.

Secundò, de absentatione, vide *in ver. residentiam,* §. 2.

Tertiò, in appellatione, vide *in ver. appellatio,* §. 1. *& in ver. Archiepiscopus.*

Quartò, in institutione, vide *in ver. jus patronatus,* §. 8. *dub.* 3.

Quintò, in causis inter Episcopos, Suffraganeos, & eorum subditos, vide *in ver. Archiepiscopus, & in ver. appellatio,* §. 16.

Sextò, circa assensum præstandum; ubi negari non potest, vide Pan. *in c. avaritiæ. n.* 6. *de præben.*

Septimò, per modum querelæ, vide *in ver. appellatio,* §. 27.

Octavò, quibus causis, etiam sine appellatione? vide *ibidem,* §. 13.

Nonò, in reprobatione examinanti in examine per concursum, vel aliàs, vide *in ver. parochia,* §. 2. *dub.* 9.

Decimò, in literis dimissorialibus, vide *in ver. dimissoria,* §. 10.

Undecimò, in licentiis causa studii, vide *in ver. studium,* §. 1.

Duodecimò, in devolutione beneficiorum, vide *in ver. beneficium,* §. 2. Foller. 2. *&* §. 3. *concl.* 3. Abb. *in c. ex parte, n.* 17. *de concess. præb.*

Decimotertiò, in devolutione ju-

tis patronatus, *in verſ. ius patronatus*, §. 8. *dub.* 3.

Decimoquartò, ratione negligentiæ Suffraganeorum, vide Abb. *in c. exfrequentibus, n.* 4 *de inſtit.*

Decimoquintò, in notoriis, vide Abb. *loc. cit. num.* 10. *c. Romana*, §. *notoria, de cenſ. lib.* 6.

Decimoſextò, in viſitatione ob negligentiam Capituli ſede vacante, Abb. *in c.* 1. *n.* 7. *ne ſede vac.*

Decimoſeptimò, in donatione juris patronatus, vide *c. nullus*, & ibi Abb. *n.* 2. *de iure patron.* & Addit Zachar. *in littera* B.

Decimooctavò, præſentatus in jure patronatus, à rejecta præſentatione, vide Abb. *in c. paſtoralis, n.* 5. *eo. tit.*

Decimononò, Abbatiſſa, & conventus, ſi Epiſcopus præciperet ei ut recipiant aliquam Monialem, quia ex hoc præcepto poſſent appellare, vel ad Metropolitanum, vel Papam, Calder. *conſ.* 16. *de regul.* Navar. *conſ.* 9. *num.* 12. *de conſtit.*

Vigeſimò, in protelatione, ſive diuturnitate cauſarum non expeditarum ab ipſo Suffraganeo propter cauſam aliquam irrationabilem. Gem. *in c.* 1. *verſ. conſulut tamen, de ſuppl. negl. prælat. lib.* 6.

Vigeſimoprimò, in actibus geſtis ab Epiſcopo ſimul cum Capitulo, quando Epiſcopus eſſet de capitulo, & tam capitulum, quàm ipſe Epiſcopus eſſet negligens, vel aliquid perperam faceret, tunc poteſt haberi recurſus ad Metropolitanum, vel etiam per remedium appellationis, & habui in facto, dum eſſem Vicarius Surrenti anno 1583. dum Canonici Maſſæ Lubrenſis tractando quædam cum Vicario electo à capitulo quia tunc vacabat Sedes Epiſcopalis, & Vicarius ſimul cum Canonicis tumultuati ſunt, tunc ego, & Archiepiſcopus Surrentinus carceravimus eos, & caſtigavimus, vide Gem. *in c.* 2. *verſ. ſed pro cujus, de conſuet. lib.* 7. facit *c. irrefragabili*, §. *fi. de offi. ordinar.*

Vigeſimoſecundò, à denegata dimiſſoria ratione ſtudii alicui beneficiato curato habili, ita Gemin. *in c. cùm ex eo, ver. quæro quia, de elect. lib.* 6. ubi dicit, quod tenetur Epiſcopus dare hanc dimiſſoriam perſonæ aptæ ad ſtudium, & non ſubeſt cauſa legitima ad denegandam eam.

RUMOR.

PRimò, Rumor, notorium, manifeſtum & publicum, quid ſint, & quomodo differant, vide præter alios Abb. *in c. veſtra, n.* 12. *cum ſequent. de cohab. cler. & mul. & in cap. tua nos, eod. tit.* & Navar. *cap.* 27. *n.* 250. *notab.* 100. Inn. *in capitulo, tua nos, n.* 1. *& ſeq. de cohab. cler. & mulier.*

Secundo, Rumor quandoque inducit indubitatam probationem veritatis, Doct. text. & gloſſ. *in dict. cap. veſtra*, Gemin. *in cap. ubi periculum*, §. *quia vero, notab.* 2. *de elect.* & ſic de aliis, quando per teſtes de viſu non poſſunt haberi, ſed cum aliis junctis.

SPONSALIA.

PRimo, ſponſalia ut poſſint contrahi, requiritur ætas ſeptem annorum imple-

impletorum, vel sufficit inchoasse, *c. literas, de sponsalibus.* Covar. *de sponsal. 1. p. c. 2. n. 2.* sed si malitia suppleret ætatem, posset præveniri hoc septennium, Gloss. *in c. juvenis, in ver. dubia, eo. tit.* Covar. *ibidem, n. 1. c. de illis, il secundo, de d. spons. impub.* & hoc etiam ampliatur valere in matrimonio contrahendo per verba de præsenti, Covar. *2, p. c. 5. num. 2. loco citato.*

Secundò, quando verò non dicatur quis proximus pubertati, ad hoc, ut possit matrimonium contrahere, arbitrarium esse judicis ait Covar. *ibid. num. 5.* ut si defecerint pubertati solùm sex menses, *c. continebatur, de desponsat. impub.* glo. *in c. attestationes, in ver. circa, eodem tit.* & judex potest ex aspectu pronunciare super ætate, cùm hoc sit ei arbitrarium, Grammat. *dec. 48. n. 18.*

Tertiò ex sponsalibus olim oriebatur impedimentum publicæ honestatis, usque ad quartum gradum, *c. sponsam, de sponsal.* Syl. *in ver. matrimonium. 8. nu. 14. ver. quartum,* hodie tamen per Conc. Triden. *sess. 24. c. 3. de refor. matr.* reducitur usque ad primum, quando sponsalia essent valida, secus si nulla.

Quartò, sponsalia dicuntur invalida. Primò, quando quis contrahit sponsalia ante ætatem requisitam in illis. Secundò, habens votum solenne continentiæ. Tertiò, quando sub conditione, si dissolverentur ante illam subsequutam, modò conditio non sit impossibilis, aut turpis. Quartò, quando contraherentur cum persona incerta. Quintò, quando deficeret consensus alterius. Sextò, si matrimonium esset contractum sub conditione, si interim contrahatur, tamen purè cum alia, licèt sit consanguinea primæ, tenet secundum matrimonium, Sylvest. *in ver. matrimonium, 3. §. ... & in ver. matrimonium, 8. §. 14. ver. 2.* Angel. *in ver. matrimonium imped. 14.* Septimò, non solùm in sponsalibus nullis, sed in matrimonio nullo, nullum est impedimentum, quicquid dicat Staph. *de lit. grat. f. 134. n. 10.* Nav. *c. 27. n. 57.* Octavò, quando contrahitur à parentibus pro parte filiorum, sive legitimæ ætatis sint, sive non, nisi expressè, vel tacitè consentiant, vel nisi sint præsentes; & non contradicant, vel absentes, & postquam eis innotuit, consenserint, Navar. *loc. cit.* & Sot. *4, Sent. d. 41. q. unica, ar. 2.* & Angel. *loc. cit. n. 2.* Nonò, de sponsalibus, & matrimonio clandestine contractis nullum oritur impedimentum, quoad forum conscientiæ, Navar. *loc. c. n. 58.*

Quintò, in sponsalia transit matrimonium contractum inter impuberes, vel ex altero impubere, & altero pubere, *c. unico, §. 1. de desponsat. impub. lib. 6.* Covar. *de sponsal. 1. p. c. 3. per totum.*

Sextò, sponsalia quibus modis dissolvantur, vide Covar. *1. p. c. 5.* Sylv. *ver. sponsalia, §. 19.*

SPORTULÆ.

Portulæ, vide *in ver. trigesimâ.*

SENTENTIA.

PRimò, tria esse genera sententiarum ait Maran. *6. p. tit. de sent. à num. 23. & infrà,* de quibus ibi videro, sed Abb. *in Clem. 1. num. 2. de sequestr. fruct. & possess.* dicit

dicit meliùs, & hæc conferūt pro intellectu sac. Conc. Trid. *sess.* 24. *c.* 20. *de reform.* & *sess.* 13. *cap.* 1. *de reform.* vide Bald. *in Marg.* Innoc. *in ver. Sent. tria sunt, &c.*

Secundò, sententia interlocutoria potest revocari à judice, qui eam tulit, *c. cum cessante, de appellat, & ibi gl.* & hoc non solùm post decem dies, sed usque ad sententiam diffinitivam, gl. *in c. nostri, in ver. revocare, de ele.* decis. Rotæ. 3. *de offic. Vic.* & ibi Addit. Sylv. *ver. sententia, nu.* 8. §. 6. Maran. 6. *p. de sent. nu.* 7. gl. *in ca. fi. de appell. libr.* 6. *juxta finem*, hoc etiam valet in Tribunali, seu in causis inquisitionis seu Religiois, Direct. inquisit. 3 *p. tit. de appel.* & ibi Penga. *Com.* 31. Hoc tamen fallit primò, quando sententia interlocutoria fuerit confirmata per duas alias sententias, Maran. *ibid. n.* 9. Fallit 2. quando interlocutoria habet vim diffinitivæ, Abb. *in d. c. cum cessante, col.* 3. Capyc. *dec.* 1. *n.* 25. cætera vide *in ver. appel.* Fallit in sententia interlocutoria habente vim diffinitivæ, quia non potest recitari, ut interlocutoria: Gem. *in c. fi. ver. ex prædictis posset, de elect. lib.* 6. si fuit lata super principali deducto, id est, quod erat principale petitum, & finitum judicium; secus verò, si super incidenti, quia tunc licèt respectu illius posset dici habere vim diffinitivæ, tamen non quoad totam causam.

Tertiò, quando in antiquioribus præsumatur interfuisse sententia, sive decretum, sive auctoritas judicis, vide *in ver. judex, n.* 17.

Quartò, sententia in beneficialibus nunquam transit in rem judicatam, quoad præjudicium superioris, sed quoad præjudicium partium, *c. cum Bertoldus, de re jud.* Abb. *in c.* 1. *de consess. præb.* & quot modis sententia non transeat in rem judicatam, vide Marant. 6. *p. tit. de sent. à num.* 130. & *infrà.* vide *in ver. jus patr. dubit.* 4.

Quintò, in sententia judex potest sibi reservare diminutionē, declarationem, sive moderamen illius, Covar. *pract. q. c.* 34. *in fi.* Rebuff. *pract. benef. in for. Vic. num.* 136. Selva *tract. de benef.* 4. *p. q.* 7. *num.* 5.

Sextò, sententia diffinitiva de jure non requirit subscriptionem judicis, sed sufficit, quod in scriptis lata fuerit, & per judicem lecta. Caputaq. *decis.* 139. *p.* 3.

Septimò, sententia in favorem reorum inquisitorum transit in rem judicatam, Bul. Pii V. 27. *quæ incipit, Inter.*

Octavò, sententiæ duæ conformes in causis fabricæ S. Petri de Urbe faciunt rem judicatam. Pius. V. *Bul.* 97.

Nonò, sententia excommunicationis, suspensionis vel interdicti, non transit in rem judicatam, quia etiam post mille annos potest retractari. Addit. *ad quæst.* 289. *Cap. Tolos.*

Decimò, sententiarum trium conformium non retardatur exequutio, nisi causa nullitatis, sed nec tunc quando exequutio est retractabilis, vel calumniosa, Cap. Tolos. *quæst.* 430. *& ibi.* Addit. & meliùs copiosè *in quæst.* 54. quando dicantur tres sententiæ conformes, vide Covar. *pract. q. c.* 25. *per totum*, quod locum habet etiam in tribus sententiis interlocutoriis conformibus, gl. *in Clem.* 1. *in ver. sententias, de re jud.* Cov. *loc. cit. n.* 3.

SEPUL-

SEPULTURA.

PRimò: ubi quis debeat sepeliri, non eligens sibi sepulturam, vide Sylvest, *in ver. sepultura. num.* 8, ubi habes multa, & habui in facto, dum essem Vicarius Compzæ, & litigabatur an filius minor, sive impubes, sive infans, esset sepeliendus in sepultura avi, vel patris, & fuit sententiatum, quod in sepultura patris, *c. is, qui, §. mulier. de sepultura, lib. 6.* glo. *ibi, in ver. vel parochiali.* Sylv. *loc. cit. ver. 7.* Abb. *in c. 1. n. 5. sepul.* Oldrad. *cons. 25.* Io. And. *in Novellis,* & Gem. *in dicto c. nu. 9.* hinc fit, minorem quatuordecim annorum non posse sibi eligere sepulturam, *ca. licet,* & Anchar. *nu. 1. de sepult. lib. 6.* & generaliter quilibet adultus, & discretus potest eligere sepulturam, Innoc. *in Rub. de sepult. initio.* fac. Congr. *declarat 217. in meis,* censuit in hæc verba. *unusquisque potest sibi sepulchrum quodcunque voluerit eligere, modò quartam funeris parochiæ suæ persolvat.*

Secundò, an, & quando vendi posset sepultura? vide eund. Sylve. *loc. cit.* §. 2. Ang. *eodem, ver.* §. 1. Selva *tract de benef. 4. p. q. 6 n. 5. iuxta medium,* ubi dicit, tumbam, seu sepulturam, destinatam pro sepultura posse vendi, per gl. *in c. abolendæ. de sepult.* imò Inn. *in d. c. n. 1.* dicit, quod sepultura potest vendi, antequam consecrata sit per Pontificem, vide Anch *in ca. alma mater, num. 14. de sen. exc. lib. 9.* Host. *in Sum. tit. de sepult.* §. *quid si sepultura,* dicit posse vendi, quando in ea nullus sepultus fuerit, quia per hoc fit locus religiosus, *c. questa, & c. postquam, 13. qu. 2.* similiter terra, in qua fit sepultura, vendi potest, si aliàs sacra non fuerit, Addit. ad Hosti. *in Sum. litera, C,* sed non potest vendi dominium, nisi solùm proprietas, & usus, Nav. *cons. 1. de sepult.*

Tertiò, quid debeat pro jure sepeliendi solvi? Attendenda est locorum consuetudo: nam alibi aliquid, alibi nihil, nisi quarta funeralis, de qua *in ver. legatum, & in ver. quarta,* Conc. Trid. *sess. 25. c. 13. de refor.* Sylv. *loc. cit. ver. tertia,* gl. *in d. c. abolendæ in ver. exigere.* faciunt quæ notantur à Nav. *c. 23, nu. 106.* Sot. *lib. 9. q. 7. ar. 1. circa medium, de iust. & iure,* Cajet. *in Sum. in ver. simonia.*

Quartò, sepultura, licèt per privilegium concedatur libera, tamen non tollitur propter hoc quarta canonica debita Curato, Pan. *in c. certificati, col. 3. num. 10. de sepult.* Reb. *tit. de differ. inter privil. rescript. & mand. n. 17.* & an possit concedi ab Episcopo jus sepeliendi Ecclesiæ, quæ non habet populum, vide Abb. *in c. certificari, n. 8. & 9. hoc titulo.*

Quintò, sepultura non debet negari excommunicato confesso, licèt non satisfecerit. Bald. *in Marg.* Inn. *in ver. sacerdos, q. 2.* idem tenet Cap. Tolos. *q. 308.* & ibi Addit. etiamsi esset publicè excommunicatus, & fuerit absolutus in foro pœnitentiali.

Sextò, an omnes cooperantes, associantes, vel officiantes in funere, vel ad sepulturam excommunicati, sint excommunicait? respondetur, quod sic. Cap. Tolo. *quæst. 327.* & ibi Additio.

Septimò, non omnis Ecclesia habet cæmeterium, nec sepulturam, sed quæ

habet populum, vel ex privilegio, & ita non potest in aliis eligi sepultura. Inn. *loc. cit.*

Octavò, an Ecclesia debeat habere aliquid pro jure sepulturæ? respondetur, quod sic. Inn. *in ca. 1. & in cap. relatum, nu. 3. de sepult.*

SALARIUM.

PRimò, debetur servienti pro rata temporis, quo servivit, fallit in mortuo, quod non debetur ad hæredes, si moritur infra annum, vide alias limitationes tam de Advocato, de Doctore legente, quam de famulis, & de officialib. Capyc. *dec. 125.* & Sylvest. *in ver. familia, nu. 4. §. 2.*

Secundò, salaria quæ dantur exercentibus aliquod ministerium in causa, puta Notariis, vel Magistris actorum, judex potest determinare, *ca. statutum, §. notarium,* & ibi Gemin. *de rescript. lib. 6.*

STRIGÆ, SIVE LAMIÆ.

PRimò, quod earum in corpore, & vivæ noctis tempore, videto Sylv. *in ver. hæresis. 3. per totum. & in toto opere de strig.* Barth. Spineum *in apologus de hac materia,* Cast. *lib. 1. cap. 16. de just. hæret. punit.* Laur. Anan. *de natura dæmon.* Nav. *ca. 2. nu. 8.* Tabien. *in ver. Diana, per totum.* Grill. *in opere suo de Malefic.*

Secundò, quod interdum solùm vadant imaginariè, & phantasticè, habetur *in ca. Episcopi, 26. qu. 5.*

Tertiò, curare debent locorum Ordinarii ad istas insectandas, quia corrumpunt totum orbem, & labefactant animas fidelium, cùm subjacent eorum jurisdictioni, & tanquam judicibus ecclesiasticis, & tanquam inquisitoribus. Syl. *loc. cit. nu. 10. §. 8.* Cast. & alii.

Quartò, qua praxi sit utendum in tortura istarum strigimagarum, & maximè, quando non confitentur ex duritia, & auxilio dæmonum? Vide Sylv. *lib. 3. cap. 3. puncto penult. & ult. de strigibus,* Grill. *libro 4. cap. 4. fol. 90. & 100.* ubi varias vafrities & remedia habes, & verba adjuratoria *ibidem.*

SUPERSTITIO.

PRimò, non licet portare brevia cum aliis characteribus, præter signum crucis, Sylv. *in verb. superstitio, §. 10. versic. quartum,* nec annulos, ubi sunt literæ quæ non cognoscantur, vel non intelligantur, Armil. *ver. sortilegium, numero 3.* nec nomina inusitata, quasi Dei nomina ineffabilia. Tabien. *in verb sors, §. 8.* Cajet. *in Sum. in ver. superstitio.* Secundò, Astens. *libro 1. tit. 15. q. 2.* Mall. malef. *p. 2. quæstio. 1. capitul. 16. fol. 179.* nec uti herbis, lapidibus, imaginibus, carminibus, & aliis hujusmodi, cùm observatione, Cajetan. *loco citat.* nec pro dolore sanando dici ad aures equi, aut muli, Pater noster, seu Ave Maria, vel utendo verbis sacris scriptis in pelle, vel tali hora, Cajet. *in ver. incantatio,* Angel. *in ver. superstitio, num. 7.* Grill. *l. 2. c. 1. & capit. 6. numer. 18. de sortileg.* D. Thom. *2. 2. quæstion. 96. artic. 2. in corpore.* Et ad primum argum. Sylvest. *de strig. libr. 2. cap. 2. punct.*

punct.9.fol.205.ca. non observetis, 26. *quæst.7.Can.illud.26.qu.2.*Sim. *de Cath. instit.tit.63.num.19.& infrà*, Penga *com. 67.in 2.p.Direct.Inquisit.super quæst.42. litera C.*Navar.*de hor.Can.ca.6.a n.* 46. ubi damnat quasdam orationes, quæ vulgo dicuntur super infirmos: similiter non debent portare suppensa ad collum brevia, & verba Evangelii scripta, vide homil.Henrici *super c.23.Matth.in feria 3.post Reminiscere*, Mal.malef.323. *& sequen.*Cateches.Neap.*fol.*130, ubi animadvertere studeant locorum Ordinarii, quia vulgo hæc circumferuntur, & superstitiosè satis, vide Flagellum dæmonum *cap.*11.& D.Thom.2.2.*q.* 96. Bartho.Sibyl.*Spec.pereg.9.qu.* 9.*ca.*9.3. *declarat.*

Secundò, quomodo maleficium non sit malefic o expell.ndum, sed bene uti arte malefici ad destruendum maleficium, non tamen superstitiosè, id est, inducere maleficum ad inveniendum ligaturas, vel aliud quid simile, quibus aliquis fuisset ligatus, vel veneficatus, & quod hoc non sit faciendum carminibus magicis, vide C.st.*l.*1.*ca.*15. *de iusta hæret.punit.*Grilland.*de malef.fol.* 15. *& lib.2.quæst.*18. Sylvest.*lib.2.c.*10.*de strig.* Nava.*cap.2.nu.*29.Cajet.*in ver. maleficium*, Mal.malef.2.*p.qu.2.fol.*285. quicquid dicat Ang.*in ver.superstitio*, §.13. quia in hoc non bene sentit, vide fust. dæmonum, *ca.*5.*pro maleficio destruendo.*

Tertio, solent in quibusdam partibus maris (& in facto accidit Surrenti) apparere quædam monstra marina, quæ vulgo vocantur Feruni, habent ungues, & lacerant retia, & impediunt piscatores, an possint excommunicari, abjurari, maledici, & execrari? Respondetur, quod non, sed orationibus, jejuniis, & eleemosynis sunt expellendi, Nav. *cons.* 57.*de senten.excom.* & ego habui hunc casum in facto, cum essem Vicarius Surrenti, & associatus à multis presbyteris, perrexi ad quendam scopulum, qui vulgo vocatur, *lo Vervece de Massa.* & ibi recitatis multis orationibus, cum aqua benedicta, & incenso, impetravimus à Deo benedicto gratiam, & amplius non comparuere, & hoc circa annum 1583.

SACRILEGIVM.

PRimò, sacrilegii pœna, & quæ major, & minor: vide Boer. *decis.* 254. *per totum*, ubi pulchra habes pro practica judiciaria, & Diaz *in pract. crim.c.* 81.& 76.& 78.Rebuff.*pract. benef. in reg.de dispensat.in grad.prohib.n.*19.

Secundò, quot modis committatur sacrilegium, pro practica vide Afflict. *in const.multæ leges.à num.*2. ubi etiam habes quod sit mixti fori, sicut adulterium, incestum, & si quis fuit punitus pro sacrilegio à judice ecclesiastico, potest etiam puniri à judice laico.

Tertiò, sacrilegium committitur circa personam sacram, loca sacra, & rem sacram, & res, ut primò Sacramenta vel sacramentalia: secundò, vasa sacra; tertiò, vestes sacræ: quartò, bona mobilia, vel stabilia in victum personarum Ecclesiasticarum. D.Thom.2.2.*q.* 99. *art.3.in corp.*Sylv.*ver.sacrilegium*, §.2.& *in ver. excommunicatio*, 7. *numero* 16.

excomm. 8. §. 2. *num.* 17. Cajet. 2.2. *loc. cit.* Nav. *in Manual. c.* 17. *n.* 95. Diaz *in pract. cri. Can. c.* 81.

SIGILLUM.

PRimo, sigilum confessionis Sacerdos Confessarius frangens, quas pœnas incurrat, vide *c. Sacerdos, de pœnit. dist.* 6. *& c. omnis, de pœn. & remiss.* Sylv. *in ver. Confessio*, 3. *nu.* 4. §. 8. & quando intelligatur fractum sigillum Confessionis, vide Navar. *cap.* 8. *per totum*, & Soto 4. *Sent. dist.* 18. *q.* 4. *art.* 5. *& 6. & in tractatu de rat. tegen. & deteg. secret. mem.* 3. *q.* 9. Astens. *lib.* 5. *tit.* 20. Diaz *pract. crim. Can. c.* 102.

Secundò, sigilli alterius quanta sit auctoritas, & credulitas, vide Inn. *an c.* 2. *de fide instrum.* & an probet procurationem, vide Abb. *in c.* 2. *n.* 3. *de solutio.*

SOCIETAS.

DE hac materia, cùm sit copiosissima, sufficit citare Doctores, in quibus poterit quisque cùm casus acciderit, videre.

Primò, quando societas sit usuraria, vide Nav. *c.* 17. *n.* 251. *& infrà*, Sot. *lib.* 6. *q.* 6. *art.* 1. *& 2. de just. & jure.* Maran. *in tit. an judicium sit univers. vel partic.*

Secundò, quæ conditiones requirantur in societate, ad hoc ut sit licita, vide Syl. *in ver. societas*, 3. §. 9. *ver.* 5. Nav. *ibidem, n.* 161. D. Ant. 2. *par. tit.* 1. *c.* 17. §. 43.

Tertiò, quæ conditiones requirantur in societate circa mercaturas, vide Syl. *in ver. socieas.* 1. §. 1. *ver. sed ad justitiam*, Astens. *lib.* 3. *tit.* 12. *art.* 5.

Quartò, quæ conditiones requirantur circa soccida, & animalia, sive grossa, sive minuta, sive appretiata, sive non; vide Afflict. *decis.* 58. Abb. *in c. in civitate, de usur.* Commu. *de contract. tract.* 5. *quæst.* 89.

Quintò, quando teneatur socius, vel conductor de dolo, & lata culpa, vide Lo. Lopez *in c. per vestras. de donat. inter vir. & uxo. not.* 6. §. 2. & 12. & 89. Cassan. de *consuet. Burg. Rub.* 4. §. 23. Tab. *in ver. usur.* 3.

Sextò, quoniam in his societatibus intervenit allecuratio, vel ex parte dantis, vel recipientis, & sic posset plus, minùsve accipi, si simpliciter fierent, vide Covar. *li.* 3. *c.* 7. *nu.* 7. *ver. quod idem diximus, variar. resol.* Sel. *in ver. societas*, 3. 7. *ver.* 7. Navar. *num.* 260. *&* 229, & Soto *lib.* 6. *quæst.* 13. *art.* 1. *concluf.* 3. nolui transcribere casus particulares, cùm sint propemodum infiniti, & varii, qui poterunt videri in Doct. cit. nam intentio mea est, solùm tangere magis practicabilia, & non transcribere dicta aliorum.

Septimò, pro his, & aliis hujus generis vide Bullam sanctissimi Papæ Sixti V. quam de abusibus & fraudibus hujus contractus tollendis edidit anno... die... Pontif. sui anno...

Octavò, paucioribus concludi potest hæc materia, quod servatis duobus super contractus erit tutius. Primò, quod capitale non stet in toto, vel in parte periculo recipientis, quoad casum fortuitum, nisi interveniat contractus assecurationis. Secundò, quod neutra pars gravetur notabiliter plusquam altera arbitrio

bitrio boni viri, Sylvest. *in ver. societas*, 3. §. 9. Nav. *c.* 17. *n.* 261. D. Anton. 2. *par. tit.* 1. *c.* 7. & §. 43.

Nonò, potest fieri societas salvo principali cum assecuratione principalis, & diminutione lucri pro parte assecurantis, ut si contingerent assecurato duodecim, solvantur quatuor per assecurantem, Nav. *in ca. si fœneraveris, notab.* 14. *n.* 32. 14. *q.* 3.

SUPPLICATIO, SIVE SIGNATURA.

SI aliquis dat suppicationem summo Pontifici, pro imperatione alicujus beneficii, idque impetrat, nondum levatis Bullis, quæritur, an stante sola supplicatione, posset Ordinarius conferre illud beneficium (supposito quod aliàs posset) & videtur quod non, primò, quia statim, quod supplicatio est signata, in continenti est jus acquisitum, & gratia est in se perfecta, Gom. *in quæst.* 18. *col.* 2. *de infirm. resig.* Archid. Io. Andr. & alii, *in proœmio Sixti*: & supplicatio dat jus ad rem: idem *ibidem*, Nav. *cons.* 10. *nu.* 2. *de iniur.* & per solam signaturam potest quis capere possessionem beneficii, Reb. *pract. benef. tit. de miss. in possess. nu.* 39. & possessio per solam signaturam potest capi; & gratia Principis per solam signaturam recipit esse. Gom. *q.* 5. *de non judic.* & in Judice *in litera L.* dicit, literas non dare jus in re, neque ad rem: sed ad hoc posset responderi, hoc intelligi de jure communi, secus de stylo, & Cancel. tamen oppositum habet idem Gom. *de expect. numero* 16. *in fine*, & 17. ubi agit valere collationes Ordinariorum, factas ante expeditionem literarum: & hoc confirmat in facto. Ratio est, quia per solam signaturam, sive supplicationem, non expirat reservatio beneficii, facta à Papa, si antea sibi reservasset, vel devolvisset, Covar. *lib.* 2. *capit.* 16. *numero* 2. *variarum resol.* Gom. *l. c.* ergo non tribuit jus, nec ligat manus Ordin. nec valet dicere, quod tribuit aliquod jus considerabile per *Reg. de non toll. jure quæsi.* quia ibi habet locum, quando expedita supplicatione à Papa, alter vellet aliam supplicationem impetrare ab eodem, quia tunc non intelligitur derogari juri acquisito alteri, secus verò in Ordinario, facit etiam pro eodem quod si impetrans vellet uti supplicatione, sive signatura, contra supplicationem factam ab Ord. hoc non posset probare, quia obstaret ei regula de non judicando juxta formam supp. nec potest canonizari, cùm sit informis, Gõ. *l. c.* Bulla Julii III. *quæ est fol.* 534. *num.* 33. *decl.* sac. Congr. 321. Selva *tract. de benef.* 2. *par. quæst.* 15. *numero* 1. Staph. *de lit. grat. fol.* 203. *num.* 8. *& infrà.* nec per solam supplicationem & signaturam dicitur dispositum de beneficio. Staph. *loc. cit. n.* 10. & hoc intelligitur de omni supplicatione, & signatura, quod non faciat probationem in judicio, nisi levatis Bullis sive literis, nisi dicatur, quod sola signatura sufficiat, Staph. 355. *num.* 3.

Sed quæritur quando Bullæ dicantur expeditæ in Curia, ut ex tunc Ordinarius nõ posset conferre? Respondetur, quod facta fulminatione processus, quia

tunc gratia dicitur perfecta, Gom. *de expect. nu.* 17. & hoc est quando sunt literæ plumbatæ, idem *in Reg. de non iud. &c. & in tract. utri. sig. f.* 87. *col.* 4. *ver. est autem advertendum.*

Nec valet dicere, quod potestas summi Pontif. est tantæ potentiæ, quod ubicunque statim ac imposuerit manus, causat reservationem, seu affectionem, & manus Papæ appositio, facit quod inferior se intromittere non possit. Fel. quia intelligitur de decreto irritante, vel quando concedit gratiam expectat, vel mandatum de providendo, ut est videre Gom. *in utroque retract.* & Staph. & decretum irritans non habet locum, sive vires, nisi confectis, & expeditis literis, & non antea, Gom. *loc. cit. n.* 18. & 19 & Staph. *de lit. grat. à n.* 14. & *infrà*, vide gl. not. *in c. venies, in ver. renunciasse iuri, de renun.* ubi dicit, an, & quando alicui acquiratur jus in beneficio, & per hæc patet ad objecta, vide Rebuff. *ubi suprà in for. signat. in ver. affectum, & de reser. tam gen. quàm spec, n.* 30. & *inf.* & an, & quando solæ signaturæ credatur, vide eund. *in* 3. *par. for. sign. in ver. datum, à n.* 1. facit *c. institutionis*, 25. *q.* 2. *deci.* Rot. 882 *quæ incipit; Nota, quòd ubi gratia, in antiquis.* & hoc quod dictum est, ampliatur, quod etiam præsentatio literarum Papæ facta Ordinario non ligat eis manus, quin alteri, quàm illi pro quo scribitur conferri non possit, ita *in c. fi. soli ordinario, de conces. præb. lib.* 6. & ibi Anchar. *n.* 1. Gl. *in c. dilectus, il* 2. *in ver. receperit, de præb.* Staph. *fol.* 202, *n.* 5. & 2. sed illud non est omittendum, quempiam in foro conscientiæ posse uti sola signatura. Rebuff. *de sign. grat. n.* 8. sed secùs in foro fori, per *regulam de non iudicando, & c.* sed huic videtur obstare practica, quia quotiescunque Papa confert beneficium, quod pertinebat ad collationem alterius per indultum Apostolicum, prout est alternativa, creditur voluisse derogare indulto, seu alternativæ alicui concessæ quando illud sciebat, & contrarium concessit. Caputaq. *dec.* 83. *p.* 2. Præterea supplicatio sola dat titulum, quando non venit canonizanda. Caputaq. *dec.* 235. *p.* 3. & 301. ubi dicit, quod sola supplicatione auctoris justificatur titulus, vide *superiùs in ver. Bullæ*, § 10. Sed Gemin. *in c. si eo tempore, ver. nam datio, de elect. li.* 6. dicit: nam datio executoris ad providendum, satis videtur habere vim reservationis, & tamen illam non afficit, sine decreto ante præsentationem, ubi videtur comprobare, quod dicitur *in c. dilectus, il* 2. & ibi Gl. *in ver. receperint, de præb. lib.* 6. & Anchar. *num.* 1.

SUFFRAGANEI.

PRimum, an teneatur ad Metropolitanum accedere extra celebrationem Concilii Provinc. Respondetur primò, quia id clarè habetur ex Conc. Trid. *sess.* 24. *cap.* 2. *de reform.* Secundò, quia ità censuit sac. Congreg *declar.* 340. Tertiò, quia ita rescriptum fuit Archiepiscopo Cusentino de mente Sanctiss. Domini ab ead. sac. Congr. sub datum Romæ, die 19. Novembris 1588. & hoc ampliatur, quod nec accedere ad præstandam obedientiam, nec personaliter, nec per procuratorem, nullamque consuetudinem obstare. SUB-

SUBSIDIUM CHARITATIVUM.

PRimò, à quo possit imponi.

Secundò, an possit præscribi.

Tertiò, quale possit Episcopus ponere.

Quartò, quibus ex causis.

Quintò, à quibus exigi possit.

Sextò, an compelli possint subditi ab ipsomet Episcopo per censuras ecclesiasticas? Super hoc vide Boer. *dec.* 133. 134. 135. & 136. ubi ista omnia habes sigillatim. Clem. fin. & ibi gl. *in ver. in exigendo*, & Abb. *nu.* 2. & Ioan. Fran. de Pavinis, *tract. de charit. subs.* quia intentio mea est non tractare.

Septimò, quantùm debet taxari pro isto subsidio charitativo; vide Afflict. *dec.* 136.

Octavò, quomodo, & quando debeatur à vasallis domino, pro maritanda, seu monachanda filia, vide Vinc. de Fra. *decis.* 42. ubi alio vocabulo vocat illud adjutorium, & *decis.* 73. 76. & 131.

Nonò, an inferiores Prælati hoc possint exigere, vide Panor. *in c. cùm Apostolus, nu.* 6. *de cons.* Arch. *in c. fi.* 34. *dist.* & an monasteria ad hoc teneantur, Abb. *in c.* 1. *num.* 6. *de stat. monach.*

Decimò, subsidium charitativum potest Episcopus exequi, non obstante appellatione confratrum negantium solvere illud, si confratres sint de loco pio. Caputaq. *decis.* 328. 1. *p.*

Undecimò, an à solis beneficiatis, vel etiam ab illis qui sunt promoti ad sacros ordines ad titulum patrimonii possit Episcopus exigere charitativum subsidium: respondetur quod sic. Nav. *in cons.* 5. *de cens.*

Duodecimò, an exigente necessitate possit Episcopus petere à Clericis suis subsidium charitativum: respondetur quod sic. Nav. *cons.* 2. *de cens.*

SUCCESSOR.

PRimò, successor in dignitate potest revocare malè alienata per prædecessorem suum, Abb. *in c. Episcopi, nu.* 1. *de reb. Eccl. non alien.* adde decis. Caputaq. 245. 1. *par.* & sic dicit tentum fuisse in Rota, anno 1552. die 18. Januarii.

Secundò, quando teneatur stare contractui facto per prædecessorem, vide *in ver. alienatio*, §. 3. *conc.* 13.

Tertio, quando successor teneatur pro facto sui prædecessoris, vide quæ dixi, & allegavi, *suprà*,

Quarto, an teneatur solvere debita contracta per suum prædecessorem; videtur quod sic, *in cap.* 1. *de solut.* & *in cap. ex præsentium, de pignor.* & ibi Abbas: tamen dicitur quod non, etiamsi nomine Ecclesiæ, Nav. *tract. de spol.* §. 12. *num.* 6. nisi pro necessitate, prout *ibi, num.* 7.

Quinto, an & quando successor in beneficio teneatur stare alienationi contractui promisso, ex facto sui prædecessoris, vide per extensum Rodoan. *tract. de reb. Eccl. non alien. q.* 57. *per totum*, & etiam mandatum factum per Papam suo prædecessori, exequi, *ibid. num.* 95.

SIMONIA.

QUamvis in spiritualibus & beneficialibus pacta fieri prohibeantur, *c. fi. de pact.* quia tanquam illicita reprobantur

tot,

tot. tit. de sim. Rebuff. *in pract. benefic. c. quot modis benef. acquirantur. num.* 16. *& in tit. de permut. num.* 52. *&* 53. *& in tit. de nov. provis. & simpl. num.* 29. tamen ubi facta sunt, ut à lite recedatur, pacta illa tolerantur, & Rota mandat servari, ut asserit Gom. *in q.* 2. *in reg. de ann. poss. col.* 3. Selva *tract. de benef.* 4. *p. q.* 7. *nu.* 2. *ver.* 55. *c. de cætero, de transact. & c. super eo, ibid.* ubi dicitur posse fieri amicabilem compositionem, gl. *in c. si quando, in verse. transactione, de offic. deleg.* vide omnino Innoc. *in d. c. de cætero, nu.* 3. facit *c. nisi, de præb. &* Abb. *in c. dilectus filius, n.* 2. *de præb.* Host. *in Sum. tit. de pact.* §. *& de quib. n.* 5. ratio est, quia pacta quæ fiunt juridicè, simoniaca haberi non possunt, Innoc. *in c. cum M. Ferrar. n.* 5. *de constit.* Nav. *cons.* 44. *numer.* 2. *de sim.* ubi dat aliam rationem, nempe quia id recipitur pro recuperandis expensis, & non venditur jus, quod prætendebatur, *& cons.* 3. *de soluto, & cons.* 43. *de nmon.* Host. *in Sum. tit. de transact.* §. *& in quibus, num.* 4. *ca. ex literis, cap. veniens, eo. tit.* quia quando fit auctoritate judicis, est realis, quando sine illa, est personalis, & cum persona extinguitur.

Primum dubium. Duo fuerunt præsentati à duabus part. patronorum, alter misit Romam pro impetranda institutione à sum. Pontifice, quia Archiepiscopus non bene cum illo ibat: alter institutionem petebat à præfato Archiepiscopo, & sic lis orta est inter præsentatos ipsos; qui miserat Romam volebat cedere eliti, sed petebat expensas per se factas, dubitatum fuit, an pars adversa poterat eas ei solvere absque vitio simoniæ: & videbatur quod non, *c. nisi de præb. cap. clerici, & c. cum pridem, de pact. c. dilectus, il* 1. *de sim.* tamen his & aliis non obstantibus licèt poterit fieri amicabilis compositio, seu transactio, ut institutus ab Archiepiscopo solveret ei, qui Romam miserat, expensas ab eo factas, ita Gom. *loc. cit.* ubi habet hæc verba: *& sic videmus, quod si aliquid detur ratione impensarum, ut fiat concordia, & recedatur à lite, non dicitur simonia*, ut inquit Collectaneus in *c. forus, de verb. sig.* & Hieron. Paul. antiquus liter. Apost. vic correct. *in li. pract. Cancel. f.* 71. *col.* 2. Nav *c.* 23. *n.* 101. *not.* 7.

Secundum dubium: An ista amicabilis compositio, sive transactio inter partes, posset fieri auctoritate propria, an necesse sit accedere judicis auctoritatem? Respondetur, quod solum auctoritate judicis, ex officio suo, sine aliqua pactione partium, gl. *in c. de cætero in ver. contraria, de transact. c. statuimus, eo tit.* Arm. l. *in ver. simonia, n.* 28. Tabien. *eo. ver. n.* 47. *& in ver. renunciatio, n.* 5. ratio est, quia ubi intervenit auctoritas Epis. non præsumitur collusio, Abb. *in c. cum Clerici, n.* 2. *de censi.* facit apertè tex. *in d. c. nisi & ibi gl. in ver. ex jussione.*

Tertium dubium. Quidam litigabat cum alio super quodam beneficio, in majori litis æstu concordarunt, hoc pacto, ut alter haberet beneficium illud, sed solveret alteri cedenti tot modios frumenti singulis annis, reservato consensu Apostolico, dico hanc esse simoniam. Primò, quia non erat factū auctoritate judicis, ut suprà. Secundò, per ea, quæ dicit Gom, in simili casu in termi-

nis,

nis, *in quæst.12. colum. 3. de trien. poss* & sic dicit fuisse decisum in Rota die 7. Martij 1530. in una Conchensi. Dicet quis, quid si dicta pensio, sive census positus fuisset de consensu Episcopi, utrùm fuisset simoniaca? Respondetur affirmativè per dicta superiùs, & quia Episcopus non potest constituere pensionem, ut dictum est *suprà in versi. pensio.*

Quartum dubium. Quis possit cum simoniaco dispensare? Respondetur, quòd cum simoniaco sciente, solus Papa, cum ignorante, Episcopus, gloss. *in ca. de simonia, in versi. remanere,* & gloss. *in cap. ex insinuatione, in ver. elegerunt, de simon.* Selva *tract. de benef. 3. p. quæst. 51. n. 4.* & 5. ubi dicit, quòd cum ignorante potest Episcopus dispensare in eodem beneficio, sed non in eadem dignitate.

Quintum. Simoniacus in ordinibus perdit ordinum exequutionem, gloss. *in cap. per tuas, tit. 2. de sim.* in beneficio verò non est ipso jure suspensus, at acta pœnitentia, & relicto beneficio, potest celebrare, D. Th. 2. 2. *quæst.* 100. *art. 6.* Soto *libr. 9. quæstio 8. art. 2. de just. & jur.* Navar. *cap. 23. num. 3. notab. 3.*

Sextum. Simonia non est, petere, & accipere aliquid pro actibus spiritualibus, quod erat dari consuetum, etiam antequam actus ille spiritualis administretur ad evitandas contentiones, & molestias, quæ probabiliter putantur futuræ, Nav. *c. 23. n. 106. ver. ad secundum.* Cajet. *in Sum. in ver. simonia,* Soto *in princ. lib. 9. q. 6. ar. 2. & in fine, & q. 7. art. 1. juxta medium, de just. & jure,* imò Innoc. *in c. ad audientiam, n. 1. de rescript.* dicit hoc posse deduci in pactum.

Septimum. Simoniaci omnes in ordinibus, & beneficiis sunt ipso jure excommunicati Papali excommunicatione, Extravagans Pauli II. quæ incipit, *Cùm detestabile. sub tit. de sim.* Navar. *c. 25. nu. 69. not. 2. & c. 23. n. 3. not. 3. 4. & 5.* Nec obstat quod dictum est superiùs, nimirum. posse Episcopum dispensare, cùm sit Papalis excommunicatio, quia præsupponitur prævia absolutione, vel à sum, Pontifice, vel ab ipso Episcopo, per Con. Trid. *sess. 24. c. liceat.* nec obstat dictum quintum, quia simoniacus in beneficio solùm eget absolutione ab excommunicatione, & non à suspensione, ita Nav. *loc. cit. versi. 5.*

Octavum, Nullus simoniacus præterquàm in benef. & ordine est ipso jure excommunicatus, & Sylv. *in ver. simonia, q. 19.* Nav. *loc. cit.* & hoc de jure com. Secus per aliquas constitutiones diversarum Diœcesum, quæ videndæ sunt, & ultra has pœnas in ordinibus, & beneficiis, videto alias in Bulla Pii V. quæ est 5. & incipit, *Cùm primum,* ubi ultra suspensionem ab exequutione ordinum per decennium, & ad privationem beneficiorum obtentorum, & inhabilitatem ad obtinenda, addit etiam annum carceris, si convicti fuerint.

Nonum. Notandum est, quod illa Extravagans solùm habet locum in simonia reali, & non in mentali, & conventionali solùm, Gom. *q. 13. in fine de trien. poss.*

Decimum. Simoniacus licèt fuerit confirmatus per Papam, potest tamen puniri per Ordinarium, vide Innoc. *in c. de cætero, n. 3. de re judic.*

Undecimum. Serviens prælato, ut ei beneficium conferat quis, simoniam committit, *cap. cum esset, & ibi gl. in verb. promiserat, hoc tit.* Covar. *lib. 1. ca. 20. n. 3. var. reso.* Navar. *c. 23. n. 100. notab. 5.* quod debet intelligi, quando principaliter, secus, si ob personæ dignitatem, ob stipendium, vel pro victu quotidiano, & minùs principaliter, spe consequendi ab eo beneficium ecclesiasticum, similiter prælatus, si ei illud conferret, ut ab obligatione civili, legali, naturali, vel antidotali eximeret, Cova. *ibi, n. 4. ver. scribit*, Nav. *ibi, n. 106. not. 4.* Gerar. *sing. 27.* Doct. *in l. 2. de dom.* Capyc. *dec. 42.* Tiraq. *in præmio, de utroque retra. n. 77.* idem de mutuante, *c. consuluisti, de usur.* Nav. *cap. 17. n. 209.* Covar. *ibi. ver. 3.* idem de serviente alicui Ecclesiæ in divinis officiis, Covar. *ibi ver. 4.* Navar. *cap. 23. n. 100. not. 5. & de Hor. Can. cap. 18. gl. in cap. unico, de cler. non resid. lib. 6.*

Duodecimum. An conferre beneficium alicui, cum onere legendi sacram Scripturam, vel sacram Theologiam, vel docendi clericos in Seminario, sit simonia? Respondetur, quòd non, ut notat Caputaq. *decis. 132. &* Innoc. *in c. significasti, de elect.* Paris. *cons. 30. n. 13. volum. 4.* hoc tamen intellige. Primò, quãdo illud beneficium vacavit in mense Ordinarii qui illud contulit cum illo onere, secus quando in mensibus Papæ, Caputaq. *decis. 177 p. 2.* Secundò, quando illud onus fuit impositum illi beneficio, antequam conferretur, vel alicui beneficio unito alteri, secus si non habebat priùs illud onus, & nunc Episcopus vellet illud ei imponere, & conferre cum onere legendi, quia esset simonia gl. & Doct. *in cap. 2. de elect. lib. 6.* Ant *in c. pen. col. 1. ver. ad secundum, de elect.* Caputa. *decis. 250. par. 2.*

Decimumtertium. An pro administratione Sacramentorum possit conferri canonica portio? Respondetur quod sic, Innoc. *in c. relatum, n. 3. ver. item nota quod sicut, de sepult.*

Decimumquartum. Differentia est inter simoniam realem, & conventionalem, quia quando proceditur ad privationem beneficii, requiritur realis, quando ad inhabilitandum aliquem ad beneficia obtinenda in futurum, sufficit conventionalis, *in c. sicut, tit. 2. de simonia,* Caputaq. *in dec. 241. part. 3. & dec. 348.* cætera vide *in Additionibus majoribus.*

STUDIUM.

SUMMARIUM.

1 *Studium ut possit adire beneficialis, an requiratur licentia ordinarii: & an percipiat fructus, & distributiones quotidianas, & an gaudeat privilegio fori, si est in minoribus constitutus.*
2 *Studium quâ ætate debeat beneficiatus adire.*
3 *Quod tempus in studio possit impendere.*
4 *In qua loco studere debeat.*
5 *Quibus disciplinis debeat insudare.*
6 *Quot possint simul de una Ecclesia adire studia.*
7 *An licentia sit danda omnibus beneficiatis indifferenter.*
8 *Licentia cujus formæ debeat esse.*
9 *Quæ sint studiorum privilegia.*

Primò

PRimò, studia literarum quantum prosint Reipublicæ Christianæ, & Eccl'esiæ Dei, satis superque patet ex multis privilegiis, titulis, & prærogativis, quibus decorantur studentes, *in capitulo, super specula, de magistr*, ubi assimilantur stellis lucent bus in firmamento, sumente dictum Danielis, *cap.* 12. *& in c. de quibusdam*, 37. *dist.* & Imperatores, *in Auth. habita, ne fil. pro patre, & in proœmio Instit.* § *summo-itaque. & in ca* 1. *de privil. lib.* 6, *cap. cum ex eo, de elect. lib.* 6. & ibi Gloss. & Gem. & communiter omnes, & Conc. Trid. *sess.* 5. *c.* 1. *juxta finem, do reform.* Ideo in hac materia præmitto. Primò, an requiratur licentia Ordinarii, ut beneficiatus possit adire studia, & gaudere privilegio, de percipiendis fructibus beneficii, seu distributionibus quotidianis, & ut gaudeat privilegio fori, si non est beneficiatus, & in minoribus constitutus. Secundò, quæ habilit s ætatis. Tertiò, tempus, quo in studio stare potest. Quartò, locus, ubi studere debeat. Quintò, quibus disciplinis debeat insudare. Sextò, quot possint simul de una Ecclesia adire studia. Septimò, an licentia sit danda omnibus beneficiatis indifferenter. Octavò, qua forma est danda. Nonò, quæ sint privilegia studiorum.

Ad primum. Navar. *cap.* 25. *num.* 121, *notab.* 2. *per cap. finali, de magistr.* dicit clericum beneficiatum posse adire studia sine licentia prælati, ratio sua est, quia eam jus commune concedit, idem Sylvest. *in ver. residentia*, § *ult. ver.* 3. Astens. *lib.* 6. *tit.* 34. *quæst.* 6. tamen quicquid sit, hodie requiritur licentia proprii prælati, & sic decrevit Pius IV. in sua Bulla, quæ fuit publicata die 24. Novembris, 1554. Selva *tract. de benef.* 4. *parte*, 9. 7. *nu.* 29. *v.* 171. ubi dicit, non sufficere licentiam petere, sed obtinere, & si superior sine causa contradiceret, posset haberi recursus ad superiorem, ut eum compellat dare illi licentiam, Anchar. in *c. cum diversis, nu.* 5. *de privil. lib.* 6, Abb. *in c. relatum. numero* 1. *de cler. non resid.* idem Boer. *decis.* 17. *numero* 3. & debent examinari, & approbari ab Ordinario, & videri, an sint habiles ad studia capessenda, aliàs non possent percipere fructus beneficii in absentia; si verò non sunt beneficiati, nec in sacris, sed tantùm in minoribus, non gauderent privilegio fori. sac. Con. Trid. *sess.* 23. *c.* 6. *de refor.* & dixi *superiùs in ver. Clericus*, §. 2. si verò esset in sacris, possent puniri arbitrio Ordinarii, *ea. sess. cap.* 13. ratione inobedientiæ, *argum. cap. licet, de regul.* Aften. *lib.* 6. *tit.* 34 *quæst.* 6. Sed posset dubitari, quis Ordinarius possit dare hanc dimissoriam, vel licentiam, cùm quis possit habere tres Ordinarios, prout *in ca. cum nullus. de temp. ordin. lib.* 6. Respondetur, quod ille in cujus diœcesi est beneficium, ratione cujus ille dispensatur ad studium. & percipit fructus in absentia, ita Gl. notabiliter *in d. c. cum ex eo, in ver. subjectas, de elect. lib.* 6. & Gem. *ibi, notab.* 4. *& ver. in ea glossa, ibi si Bononienses.* imò ille dat hanc dimissionem, qui habet subjectam rem ratione rei, non ratione personæ subjectæ, & sic, si Episcopus habet illã Ecclesiam in aliena civitate, ipse dabit dimissoriam, qui habet illam Ecclesiam

subjectam, vel uterque, sed si est beneficium simplex, ille dabit qui habet beneficium illud simplex subjectum; quod nota, & potest esse ratio diversitatis, quia in primo casu adest cura animarum, quæ pertinet ad Episcopum loci, ubi situm est beneficium curatum, in secundo verò casu non.

Ad secundum, fac. Congr. *declarat.* 341. censuit, quod si fuerit major triginta annorum, non datur ei licentia, nisi jam studium incepisset, & adhuc illud non absolvisset: & ratio est, quia vulgare est proverbium illud, *chi à li 20. non sa, & à li 40. non hà, del resto poca speranza ci ha, c. fin. cit.* dici ut destinentur alioqui docibiles. Facit quod notat Gl. *in c. cum ex eo. in ver. literarum*, ubi dicit, *Caveant Episcopi ne dispensent cum his qui docles non sunt.*

Ad tertium respondetur, quod gl. & text. *in c. cum eo, in ver. septennium*, dicit, posse dari licentiam per septennium, *c. super specula in ver. docentes*, dicit quinquennium, idem confirmat Navar. *c. 25. n. 121. notab. 2.* fac. Cong. *loc. cit.* §. 3. etiam loquitur de quinquennio. Idem Selva *loc. cit.* sed licet tempus quinquennii videbatur sufficere studio legum, §. *sed quia solùm in proœm. ff.* tamen sacræ Theologiæ non minus opus est septennio, ad hoc ut triennium in Philosophia, & quadriennium in Theologia consumatur, ideo Conc. Later. sub Leone X. *sess. 8. §. statuimus*, voluit ampliare tempus, ut quinquennio in Philosophia, & eodem in Theologia posset frui studens; & Conc. Trid. *loc. cit.* nullam de tempore mentionem facit, & Pius IV. *Bulla cit.* dicit usque ad quinquennium, vel aliud tempus, nec obstat declarat. fac. Cong. quia loquitur de coarctatis Ecclesiæ parochiali, & sic Ord. poterit arbitrari tempus in lege, & Theologia determinatum, tamen *declar. 40.* dicit solùm quinquennium dandum esse his, qui habent Canonicatum, sed loquitur de studio juris. Gem. *ibi, versic. quinti anni*, dat rationem de septennio, & octennio.

Ad quartum, quia propter malos mores inventæ sunt leges, inquit *Plato*, & inventa lege invenitur fraus, ne privilegia indulta propter Ecclesiæ utilitatem in segnitiem, & perniciem personarum committantur, jure optimo decrevit Inn. III. *in capit. tuæ, de cler. non resid.* quod nisi studeant in studiis generalibus, non gaudent privilegio recipiendi fructus beneficiorum in absentia, & gl. *in ver. ad villas*, dicit studere oportere in regiis civitatibus. *& in proœmio Digestorum, & gl. in proœm. Decret. in ver. Bononiæ, & in gl. generali*, §. 1. *de Episc. & cler.* Barto. *in l. fin. ff. de collat.* & plenius *in d. Auth. debita*, & sic debent studere Neapoli, Romæ, vel Bonon., Salmanticæ, Parisiis, Salerni, & in aliis civitatibus, ubi vigent studia generalia, & hoc, ut possint gaudere prædictis privilegiis, quia Con. dicit publicè in scholis, in villis & castris, potiùs private dici potest, & Bulla *Pii* IV. dicit, ubi viget studium generale, & fac. Congr. *loc. cit.* §. 1. dicit, in famosa Vniversitate, & *Anch. ubi sup. n. 4.* nec qui manent in studiis generalibus, & non studeant, licèt intrent scholas. Idem Gl. citata *in d. c. cum ex eo, in ver. lit. in fine.*

Ad

Ad quintum, *c. super specula, cit.* loquitur solùm de sac. Theol. Conc. Later. *ubi sup.* de Philosophia, Pœsia, Grammatica, Dialectica, & jure Canonico, Arch. *in cap. 2. de privil. lib. 6.* & ipse text. dicit de jure Canonico, & Civili, & ita exponit gloss. *in ver. videlicet.* & Gomes. *de expect. nume. 51.* de utroque jure intelligit, quia utrumque jus est maximè Ecclesiæ Dei, & Reipublicæ Christianæ necessarium, *cap. 1. de consang. & affin.* Melchior Can. *de locis Theol. l. c. 8. 6.* & Navar. *in Manuali de orat. cap. 18. numero 58.* D. Anton. *3. p. tit. 21. cap. 2. §. 6.* & *c. ut com. de hæret. lib. 6.* & Penga *in com. 126. in 3. part. Direct. Inquisi.* & melius *in comm. 126.* quibus in locis probatur, quantùm sit necessarium jus canonicum, & civile: nam purus Theologus, aut parum, aut nihil potest prodesse practicæ ecclesiast. nisi in concionando, & disputando, sed in gubernio animarum plus satis requiritur, Gom. *in c. 2. de Constit. lib. 6. nu. 32.* & *infrà*, & Canus *loc. cit.* Facit quod dicit gl. *in c. cùm ex eo, in ver. literarum, de elect. lib. 6.*

Primum dubium est, studentibus juri civili, & Medicinæ, sive Physicæ, nam *in c. super specula*, & *c. non magnoperè, ne cler. ve. mon.* & *c.* loquitur de religiosis, & de cleticis sæcularibus & includit (religiosis exclusis) quatuor genera personarum, presbyteros, sacerdotes, clericos, etiam in minoribus ordinibus constitutos, modò habeant vel dignitatem, vel personatum, vel parochialem, his omnibus prohibitum est audire jus civile, & physicam, sub pœna excommunicationis, & irregularitatis, ex quo oriuntur hæc dubia. Primum, an liceat ista audire domi. Secundum, an minus principaliter. Tertium, an includantur commendatarii. Quartum, an omnes habentes parochias quascunque. Quintum, an durante bimestri indulto ab ipso Capitulo, saltem peccent mortaliter, audiendo jus civile, vel physicam, id est, medicinam.

Ad primum, Cajet. *in ver. excommunicatio, cap. 50.* Navar. *cap. 27. nu. 116.* Sylvest. *in ver. excommunicatio 6. nu. 22.* & *excommunicatione 6.* ex Inn. & communi tenet, quod non liceat dictis personis, etiamsi non exirent à suis terris, neque in domibus, tamen Abb. *in d. c. num. 13.* & 14. dicit, quod permittitur, si audiant in domibus suis, ego tenerem hanc secundam opinionem, quam vidi quasi sic practicari à doctis & piis viris, & quia intentio Papæ ibi est, ut dilatetur studium Theologiæ, & ne personæ ecclesiasticæ ingerantur anfractibus judicialibus, ut patet in Soto *tit. de postulan.* & ne vagentur per scholas juris civilis, ubi interdum pravi mores ediscuntur, sed audiendo domi privatè, cessant ista, &c. ergo, &c. Vide Anchar. *in c. statutum, n. 3. ne cler. vel mon. lib. 6.*

Ad secundum, Gom. *in q. 3. in fi. de non toll. jur. quæsi.* ex mente Abb. *in cap. non magno, col. 2. ne cler. vel mon.* dicit, licere monachos, & prædictas personas studere juri civili, si prius addiscant jus canonicum, & ad illius juris intelligentiam postea legibus studere, quia ex quo hoc pervenit secundario, & per occasionem, & non principaliter, prohibitio non extenditur ad hunc casum, & hoc

videtur confirmari à Sylvest. *loc. cit.* Facit quod notat Iason *in l. 1. n. 16. vers. pone postea, de sacrosanct. Eccles.* & dicitur *in 3. p. in ver. testamentum.*

Ad tertium, hoc tetigi *in ver. beneficium, versic. 2. § commenda*, ubi ex multis locis concluſi, quod hodie cum iſti commendatarii ſint perpetui, & faciant fructus ſuos, & in quibuſdam locis utuntur baculo, & mitra, & conſequenter in dignitate poſiti, dico, quod comprehenduntur ſub d. c. & ſic fuit à Papa, Greg. XIII. diſpenſatum cum quodam Commendatario, qui audierat leges civiles abſque licentia Papæ, & ſi dices, in pœnalibus non debet fieri extenſio, reſpondetur, quod ſic, quando ſumus in identitate rationis, prout dixi *in ver. extenſio*, ſed eadem ratio eſt in Abbatibus & Commendatariis hodie, niſi ſola conſecratione ſecluſa, & hoc clariſſimè probat Gem. *in quæſt. 5. de trien. poſſ.* ubi probat Commendatarios perpetuos hodiernos vocari poſſe prælatos, habere titulum, facere fructus ſuos, eorum obitum cauſare vacantiam, quod non erat in Commendatariis antiquis, qui ſolùm aſſimilabantur conſervatoribus, & depoſitariis.

Ad quartum, patet reſponſio ex declaratione Bonifacii VIII. *in cap. 1. ne clerici, vel mon. lib. 6.* ubi Plebania illa intelligitur, quæ eſt parochia, habens ſub ſe capellas, in quibus inſtituuntur Clerici perpetui: & hoc idem confirmat Cajet. *in ver. excom. c. 50.* & Diaz *in Pract. crim. Can. c. 54.* Sylveſt. *in ver. excom. quæſt. 9. n. 22. excom. 6.* & vide *in ver. beneficium, §. 4. dicto 4. dub. primo*, nec ſufficit cura animarum ſolum, gl. *in d. c. fin. in Additione, & in d. c. primo*, niſi ſaltem habeat unam capellam, in qua inſtituitur Clericus.

Ad quintum, quibuſdam viſum eſt, peccare durante bimeſtri, quia intentio Papæ eſt prohibere, à die notitiæ illius decretalis, ut dicit Sylveſt. *loc. cit. num. 23. verſ. c.* tamen oppoſitum eſt verius, Primò, quia idem Sylveſt. *ibidem* ex mente Inn. & Butrii dicit, non peccare eos, ſi hoc faciunt ad melius intelligendum Canones. Secundò, quia bimeſtre permittitur à lege, & quicquid fit jure permittente, pœnam non meretur, *cap. qui peccat, 23. q. 4.* ſimiliter dicitur de beneficiato ad Horas Canonicas recitandas obligato, prout dixi *in ver. Horæ Canonicæ, §. 2. & in ver. Ben. §. 5.*

Ad ſextum principale, quia æmulatio ſæpe urget, & utinam illa, de qua D. Paul. 1. *Corinth. 10. Æmulor enim vos Dei æmulatione*, poſſent dicere Clerici, ſeu Canonici, nos volumus ire omnes ad ſtudium, ſed ad hoc providerunt ſacri Canones, *c. ad audientiam, de cler. non reſid. & ibi gl. in ver. duo*, & ne videatur mirum, cùm ille text. loquatur de ſervitio Epiſcopi, & non de volentibus ſtudere, quia ſic intelligit illum Selva *tract. de benef. 4. p. q. 6. nu. 11.* quod confirmat ex aliis Doct. & Hoſtienſ. & putat hunc numerum ſtudentium arbitrarium eſſe, ita ut potiùs utamur arbitrio in reſtringendo quam in relaxando, *argum. c. ex primo, de decim. & c. ex parte. de cenſ.* bene verum eſt, quod animadvertendum eſt ad qualitatem Eccleſiæ, ſi multum diminuetur de ſervitio, vel parum, nec

omnibus

omnibus ire volentibus laxandæ sunt habenæ, sed dignis, bonæ inolis, & docibilibus duntaxat, ut dixi *superiùs*, & dicam *in ver. seminarium*, §. 2.

Ad septimum, licèt habentibus Ecclesias Parochiales ante Concilium, & post, potuerit dari dicta licentia, cum quibusdam conditionibus, de quibus infrà, tamen hodie nulla posset dari, seu concedi, ita censuit sac. Congre. *loco cit. §. quæ omnia.* Idem decretum fuit in Cócil. Provin. Beneventano, *in tit. de resid. cap.* 4. dubium est, an propter hanc Declarationem sac. Congre. sit ablata auctoritas Ordinariis dandi huiusmodi licentiam, cùm eis competat de jure communi, *c. cùm ex eo, de elect. lib.* 6. Nav. *cap.* 25. *num.* 118. Selva 3. *p. quæst.* 42. *in ult.* Sylvest. *in ver. beneficium*, 3. *n.* 5. §. 2. Stap. *de lit. grat. fol.* 129. *à num.* 7. *& infrà*, & Conc. Trid. *sess.* 7. *c.* 12. *de refor.* ad hoc respondetur dubium esse magnum eò vel magis, quia ibidem sac. Cong. *in §. insuper* dicit, ut deinceps admoneatur Illustr. Dominus Pœnitentiarius, ut ab iis licentiis concedendis vel abstineat, vel prævia informatione ipsemet concedat præsentibus in Curia, & non per officiales suos, extra verò Curiam cum conditionibus prout *inferiùs*. Ad hoc posset dici primò, quod hoc valet, quando hujusmodi licentiæ peterentur Romæ, vel à sum. Pont. vel ab Illustrissimo Pœnitentiario, ut patet per Gom. *tract. de Brevib. à n.* 10. *& infrà*. sed non propter hoc aufertur locorum Ordinariis, ut licentiam hujusmodi possint concedere, sed quid respondetur ad illa verba quæ dicit ead. sac. Congr. *ibidem*, *in §. quæ omnia, in fine?* ubi dicit, *quoad parochiales impetratas post confirmationem Concilii nulla licentia danda erit*, ut aliàs etiam concluſum fuit, non posset dici, quod loquatur de prorogatione ultra tempus, de quo loquitur jus commune, in quo non potest Episcopus dispensare, ut notat Gom. *loco citato*, quia sac. Cong. *loco cit.* §. 3. loquitur de quinquennio, respondetur secundò, rem certè esse dubiam (sub omni correctione.) dicam, quod loquitur quando petitur in urbe, & dat instructiones observandas, in concedendis hujusmodi licentiis, quibus etiam uti debeant locorum Or. quando eas vellent concedere, ad quas parcissimè se debent habere, ista patent per prædicta superiùs, nam secus essent correcta jura antiqua, & esset contra Bullam Pii IV. & Nav. hoc animadvertisset, qui fuit post Concilium, loquens de discessu curatorum, *sess.* 23. *c.* 1. *de refor.* dum assignat causas absentiæ, nullam mentionem faciens de studio, & extendit ad omnia beneficia requirentia residentiam. Idem sac. Conc. *sess.* 6. *c.* 2. *de refor.* & Abb. *in repet.* §. *qui verò, c. extirpanda, nu.* 33. *de præb.* dicit clericum posse percipere fructus beneficii curati in absentia causa studiorum, quia servit Ecclesiæ universali, prout *in d. c. cum ex eo*, & ibi Gem. *notab.* 2. imò Gem. *ibi, vers. quæro an id*, extendit textum illum etiam ad Vicarios perpetuos Ecclesiæ parochialis, & citat Gloss. *in Clem. unica, de offic. vicar. in sexta Glossa.* & Ioan. Andr. & Glossa dicunt illud. *in ver. Sacerdotium.* Quæritur hic primò, an possit Episcopus revocare hanc dimissoriam,

vel

vel etiam dispensationem ratione studii? Respondetur, quod sic, stante causa legitima, & quia cessat causa, propter quam fuit dispensatum, & concessa dimissoria, ita Gemin. *loco cit. vers. quæ autem dicatur*, ex mente Glossæ, & Joan. And. Quæritur secundò, à quo tempore incipit currere septennium, vel quinquennium? Respondetur communiter à die dispensationis. Ratio assignatur à Gloss. & Gemin. *loco cit. vers. in fine Glossæ, quod autem.* Quæritur tertiò, an sit necessaria dispensatio non solùm ratione studii, sed etiam ratione absentiæ? Respondetur, quod utraque quando beneficium est in loco studii, puta Neapoli, vel Bononiæ, sed quando dispensatio fit extrà, tunc censetur dispensatum in utroque, hinc malè faciunt, qui habent beneficium in loco ubi viget studium non inserviendo Ecclesiæ, saltem quando possunt vacare utrique, Gemin. *loc. cit. vers. & per rationem Glos.* Quæritur quartò, ne lapso septennio habeat annum integrum ad promovendum presbyteratum? Respondetur, quod sic, & sic septennium debet esse utile. Gemin. *loco cit. §. elapso, versic. quæro an.*

Ad octavum. Si quando concedendæ essent (loquendo de habentibus Ecclesias parochiales, vel requirentes personalem residentiam, nam de aliis non est opus tanta indagine) his circunstantiis concedendæ forent. Prima ut personaliter se præsentent coram Ordinario, ut ex aspectu, & brevi examine videat, an in fraudem id petatur. Secunda, ut exonerent conscientiam suam, ad hoc, ut debeat verè actuque operam dare studio sacræ Theologiæ, vel sacrorum canonum in famosa universitate, aliàs non faceret fructus suos in absentia; & istæ duæ conditiones deserviunt pro non curatis etiam, & non obligatis ad residentiam. Tertia, ætas, ut dixi *superiùs ad secundum.* Quarta, solùm ad quinquennium. Quinta, ut interim cura animarum, vel servitium Ecclesiæ per idoneum Vicarium ab Ordinario eligendum bene gubernetur. Hæc sac. Congr. *ubi suprà.*

Ad nonum, vide *in ver. privilegium, §. 12. in novis Additionibus.*

SOLUTIO.

PRimò, Clericus an teneatur solvere, si non est solvendo, & ob id carcerari, cedereve bonis, vide *c. Odoardus, de solut.*

Secundò, an hoc locum habeat in solutione pensionis, vel in condemnatione per tres sententias conformes, vide Gom. *tract. utruf. signat. fol. 92. col. 1.* & Covar. *pract. quæst. c. 25. n. 7. ver. 13. & lib. 2. c. 1. n. 7. var. resol.*

Tertiò, an hoc habeat locum in pœna fisci, & actione injuriarum, & debitis creditorum, ipsis invitis, vide Innoc. *in d. c. Odoardus,*

Quartò, hoc solùm habet locum in Clericis servientibus Ecclesiis, vel in sacris constitutis, Covar. *loc. cit. num. 9. vers. sed & quoad ea,* prout dixi *in ver. Clericus, §. 2. 3. 4. & 5.*

SUC-

SUCCESSOR.

PRimo, successor, an teneatur stare colono, vide *in verbo. alienatio*, §. 3. *concl.* 13. *& in ver. Prælatus*, §. 4. & Dyn. *in cap. is qui, num.* 5. & ibi addit. *in litera C. de reg. jur. lib.* 6.

Secundò, an si succedat exceptioni excommunicationis, vel sit successionatius cedentis, vide Dyn. *loco citato, num.* 14. & ibi addit. *litera R.*

Tertiò, successori in beneficio an noceat mala fides prædecessoris, & quid de hærede universali, vel particulari? vide Dyn. & addit. *in cap.* 2. *de reg. jur. lib.* 6. *& in ver. præscriptio*, §. 3.

Quartò, quæ differentia sit inter decessorem, prædecessorem, & antecessorem, dic, quòd decessor dicitur, qui proximè decessit; prædecessor, qui decessit ante proximum; antecessor, quid decessit multo tempore prius, vide Gemin. *in cap. quia ex eo, vers. quæro quæ differentia, de pact. lib.* 6. & deservit pro practica, quando Papa, vel jus loquitur hujusmodi.

SEMINARUM.

SUMMARIUM.

1. *Ubi debeat constitui, seu fundari,*
2. *Qui recipi debeant, & quot.*
3. *Qui eius curam habere debeant.*
4. *Quid edoceri debeant scholares ibi commorantes.*
5. *Quibus introitibus vivere debeant, & qui contribuere teneantur ad impensas dicti Seminarii.*
6. *An scholares possint promoveri in ordinibus sacris ad titulum Seminarii.*

AD primum, sac. Concil. *sess.* 23. *cap. ul. in princ. de reform.* statuit, primò hujusmodi Seminarium erigi in qualibet Metropolitana, & Cathedrali, & Ecclesiis his majoribus, Secundò, in amplis Diœcesibus unum vel plura, prout opportunum Episcopo videbitur. Tertiò, ubi adeò laborat paupertas, possent Suffraganei convenire, ut in Metropolitana, vel provinciæ commodiori loco, unum, vel plura collegia erigantur. Quartò, negligentes in erectione illius, possunt cogi, prout ibi, §. *quod si*, quia multæ sunt Cathedr. circa hoc negligẽtes, se excusantes ob paupertatem, & nolunt obedire huic decreto, ut conveniant cum Metropolitana saltem, sed ad hoc possunt compelli à dicto Metropolitano, prout ibi, §. *quod si Cathedralium*, & saltem si hoc non possent, debeant constituere magistrum scholæ, qui Grammaticam doceret, cum salario ex symbolis totius diœcesis, prout à simili sacr. Conc. disponit *sess.* 5. *cap.* 1. §. *Ecclesia verò, &* §. *ideoque de reform.*

Ad secundum. Primò, præcipuè pauperum filii, nec divites excludantur, modò suo sumptu alantur, sint bonæ indolis, ad minus habeant duodecim annos, sint nati ex legitimo matrimonio, sciant ad minus legere, & scribere, & promittant se perpetuò ecclesiasticis ministeriis inservituros, *ibidem*, § *pauperum*. & hoc sub fidejussione secura, & pœna in casu contratii, & sic vidi practicari in tribus Archiepiscopatibus, Beneventi, Surrenti, Compsæ. Facit quod eleganter dicit Gl.

in cap. cum ex eo, in ver. retrotrahere, & ibi Gemin. *de elect. libro 6.* ubi dicit, de mente Gloſſæ nota, quòd prohibitum eſt ſtudentibus expenſis beneficiorum redire ad ſtatum ſæcularem. Secundò, tot ſunt recipiendi, quot ex pecunia ali, & tueri poſſint, quæ ex dimidia decima, ſecundum antiquam taxam, exacta fuerint, ita ſacr. Conc. *declar. 246.*

Ad tertium. Primò Epiſcopi, & duo Canonici ſeniores & graves, quos Epiſcopus elegerit, curam habeant, ac ſæpè viſitent hujuſmodi Seminarium, *ibidem, §. quæ omnia*, & iſti vocantur deputati communiter. Secundò, Epiſcopus ſingulis annis accipiat rationem reddituum Seminarii, præſentibus duobus à Capitulo, & totidem à clero Civitatis deputatis, *ibidem, §. rationes.* Tertiò, illi deputati ab Epiſcopo pro educatione puerorum, non poſſunt mutari per eum, niſi pro juſta cauſa, *declar. 17. & declarat 20.* dicit quòd debent eſſe perpetui, licèt amoveri poſſint ab Epiſcopo ex juſta cauſa. Quartò, iſti deputati juxta Concilium debent eſſe duo, & per *declar. 19. & 20.* debent eſſe quatuor, ſed hoc poſſit intelligi eſſe arbitrariũ, quòd *declar. 21.* dicitur debere Epiſcopum adhibere conſilium illorum, non tamen teneri ſequi eorum conſilium,

Ad quartum, Concilium *loco citato, §. ut verò*, Grammaticam, cantum, & computa, aliarumque bonarum artium diſciplinam conſtituit, ut ediſcant: vide Staph. *de lit. grat. fol. 34. & 35. à num. 13.*

Ad quintum. Primò, *ibidem, §. & quia*, diſponit inter cætera per applicationem beneficiorum ſimplicium, & ſi Epiſcopus poſt erectionem Seminarii beneficia ſimplicia vacantia non applicabit Seminario, ſed familiaribus ſuis, vel conſanguineis conferat, tantum de ſua menſa Epiſcopali aſſignet Seminario, quoad vixerit, vel alia beneficia vacantia, ſaltem ejuſdem valoris, & ad eius collationem ſpectantia eidem Seminario univerit, ita ſacr. Congreg. *declarat 234.* ſimiliter non poteſt unire affecta, ſeu reſervata, ſi alia vacantia in menſe ſuo ſimplicia, alteri contuliſſet, vel eandem factam non continuò enunciaſſet, ita *declarat, 474. & alia 152.* dicit: *Epiſcopus debet primùm ex ſua & Capit. menſa contribuere Seminario, & poſtea cogere alios ſuo exemplo contribuere.* Secundò Domus Hoſpitalis ſancti Antonii data in commendam, *declarat. 204.* Cardinales etiam debent contribuere eidem de fructibus beneficiorum, quæ habent in diœceſi, ubi eſt Seminarium, *declarat. 220.* Tertiò, & in ſumma omnes tenentur ſolvere, niſi qui nominatim excipiuntur à Concilio, *loco citato, declarat. 206.* Quarto, etiam gratia alicuius beneficii ratione introituum, quos ea habet ubi reperitur, ita *declarat, 188.* Secundò, ſed ſi non adeſt ibi gratia, ſed habet prædia, & alia bona, debent contribuere Seminario illius diœceſis, ubi eſt Eccleſia, & non ubi ſunt prædia. Faciunt, quæ dicit Anchar. *in cap. quia nonnulli num. 5. ver. ultim. quæro, de immunit. Eccleſ. libr. 6.*

Sextò, Confraternitates, & ſcholæ habentes redditus, etiam tenentur, *declar. 213.* è contra verò non. Septimò, legata facta pro magiſtro Grammatices, quia pueros pauperes doceat, applicari poſſunt Seminario cum onere erudiendi pueros

eros pauperes, sicut testator jussit, ita *declarat.* 296. Octavò, hospitalia data in titulum, vel administrationem, vel habeant beneficia annexa, vel redditus, vel proventus ecclesiasticos, etiam tenentur solvere, *declarat.* 242. secus verò non, & Innoc. *in cap. pastoralis. num.* 2. *de privileg. & in cap. à nobis, de decim.* & sacr. Congr. *declarat,* 162. censuit, taxam esse faciendam ad mediam decimam, & hoc si seminarium non fuerit erectum ante undecimam diem Iulii 1567. qui verò ante erexerint Seminarium, possunt exigere eam taxam, quam consueverunt exigere, ead. sac. Congreg. *declarat,* 205. & 218. *in meis, & declarat.* 174. censuit in hæc verba: *Bona quæ fuerunt applicata alicui collegio propter Christianam educationem miserabilium puerorum, si collegium sublatum sit, debent ea bona applicari Seminario,* & *declarat.* 213. censuit huiusmodi hospitalia, quæ non fuerunt data nisi in titulum, nec in administrationem, dummodo beneficia annexa, redditus aut proventus ecclesiasticos non habeant, Seminario contribuere non tenentur aliquo modo, & *declarat.* 521. censuit hoc modo: *Cler. Sem. non posse promoveri ad aliquem ordinem sacrum ad titulum ipsius Seminarii, nisi pro servitio beneficii uniti Seminario, & tunc cum assignatione certi annui redditus, unde sic promoti vivere honestè possint, quæ tamen assignat. cesset, postquam illi aliundè se æquè sustentare potuerunt,* & *declarat.* 284. ita decernit. *Confraternitates seu Scholæ, quæ nulla habent beneficia ecclesiastica annexa, nec redditus, aut proventus ecclesiasticos, nec debent Seminario contribuere,* cæteravide *in Add. majorib.*

Dubium 22. an Confraternitates, & Capellæ habentes redditus ecclesiasticos, tamen existentes intra Ecclesias Regularium, teneantur contribuere Seminario? Et videtur, quòd sic: quia Concilium loquitur generaliter de omnibus Capellis, & Confraternitatibus, & excipit *Mendicantes,* quoad suos, & introitus, &c. ita *declarat.* 177. Secundò videtur, quòd non, per Bullam Pii V. *quæst.* 38. Sed hoc non obstat, quia eam Greg. XIII. renovavit, reduxitque ad terminos iuris communis. *Bulla* 15. *fol.* 1208. & vidi solvere, & contribuere multis diœcesib. & ita tenendum: quia Concilium non excipit, & facit, quòd notat Rebuff. *in tit. quotuplex sit beneficium, num.* 9. ubi dicit, Capellas fundatas in monasteriis dici Regulares, nisi per sæculares teneri sint solitæ. Sed istæ confraternitates maiori pro parte gubernantur, & administrantur per laicos, & succedente interdum occasione aliqua, transferunt eas aliò, ergo subsunt huiusmodi solutioni, & contributioni, iuxta sacri Concilii distributionem. Nonò, contribuere non tenentur Canonici de distributionib. quotidianis Seminario, si contribuunt ex fructibus suæ præbendæ, ita *declarat.* 175. Decimò, & qui solum habent quotidianas distributiones, non tenentur de illis contribuere eidem, ita *declarat.* 252. Undecimò, an teneat conditio ista, videlicet, quis fundat ius patronatus, cum nonnullis fructibus seu introitibus, ut non teneatur dictum Ius patronatus, contribuere Seminario? Et videtur quòd sic, per *declar.* sacr. Congreg. 184. & Covar. *in cap. tua, num.* 6. *de test.* Nec obstat

cap. tua, qui intelligitur, quando testator non providisset negligentiæ exequutorum, ut ibi Covar. facit, quod notat Staph. *de expect. fol.* 182. & 183. *de clauſ. Non obſtantiarum.* Duodecimò, reſpondetur *ex declarat.* 234. quod Epiſcopi, qui ante undecimum diem Iulii 1567. Seminarium non erexerint, nihil eius nomine ultra dimidiam decimam relatam ad antiquam taxam exigant, quod idem dicit *declar.* 246.

Ad Sextum, ead. Cong. *declarat* 180. ita cenſuit: *Cooptati in Seminarii collegium non poſſunt ordinari ad titulum Seminarii, niſi ob cauſam inſerviendi beneficio, quod forſan eſſet ab Ordinario Seminario junctum, vel ab alio.*

SUSPENSIO

SUMMARIVM.

1. *Quotuplex ſit ſuſpenſio.*
2. *An ſuſpenſus à majoribus, ſit etiam à minoribus exercitus, & e contra.*
3. *Diſcrimen inter ſuſpenſionem ob crimen, & contumaciam.*
4. *Quomodo abſolvatur.*
5. *An ſuſpenſus propter aliquod delictum, ſi præſumpſerit celebrare (quia ob hoc incurrit irregularitatem) poſſit privari beneficiis.*
6. *An ſuſpenſus ab adminiſtratione temporalium, ut ſpiritualium, ſi celebret, & an prælatus ſuſpenſus à Pontificalibus, vel à collatione Sacramentorum, ſi celebret, vel conferat Sacramenta, efficiatur irregularis, vide in ver. irregularitas. §. 18.*
7. *An Iudex Eccleſiaſticus dicens alicui Sacerdoti, Prohibeo tibi, ne celebres, cenſeatur eum ſuſpendere, & conſequenter, ſi celebret, hac ſtante prohibitione, efficiatur irregularis.*

AD primum, eſt triplex, officii & beneficii ſimul, *c. tuarum, de privileg.* officii tantùm, vel partis ejus, & beneficii, vel rei pertinentis ad illud tantum, exempla habes *in gloſſ. magna, in ver. ſuſpenſi, in Clem. Cupientes, de pœn.* Diaz. *pract. crim. canon. cap.* 122. Navar. *cap.* 27. *num.* 150. *& infrà.*

Ad ſecundnm reſpondetur, quòd ſuſpenſus à majori ordine, non eſt ſuſpenſus ab inferioribus, ut ſuſpenſus à celebratione Miſſarum tantùm, poteſt exercere alios ordines inferiores, vel ſuſpenſus à quibuſdam actibus non eſt ſuſpenſus ab aliis, non connexis. Vide Rebuff. *de Cler. ad ſacerdot. mal. promot. gloſſ.* 2. *num.* 7. ubi exemplificat in Epiſcopo, ſimiliter aliquis eſt irregularis in ſuſcipiendis, ſed non in ſuſceptis, & in eis poteſt miniſtrare, puta irregularis in Sacerdotio, poteſt miniſtrare in Diaconatu, putà per vitium corporis, Innoc. *in cap. audientiam, num.* 9. *de homicid.* Navar. *ubi ſuprà, num.* 160. *notab.* 3. *& num.* 163. *notab.* 8. *ver.* 5. & Diaz. *loco citato.*

Ad tertium reſpondetur, quòd ſuſpenſio ob crimen, vel ob contum. à benef. quomodo debeat provideri, vide & diſtingue cum Diaz. *ubi ſuprà*, & Covar. *libro* 3. *cap.* 13. *num.* 1. *&* §. 9. *num.* 10. *& infrà, var. reſol.* & gloſſ. *in cap. cum Vintonienſis, in ver. admiſerant, de elect.*

Ad quartum reſpondetur, quòd abſolvitur juxta formam abſolutionis ab excom-

excommunicatione, si est simpliciter lata, prout *in cap. super eo, tit. 2. cap. ad hæc, & c. venerabilibus, de sent. excommun. lib. 6. & extra, de ver. signif.* Navar. *cap. 26. nu. 70.* Staph. *de lit. inst. fol. 262. num. 2.* si est suspensio temporanea; vide *in ver. interdictum, § . ult.*

Ad quintum, vide Abb. *in cap. 2. num. 8. ut clericorum, num. 1. de vita & honest. clericorum.*

Ad sextum, vide Abb. *in cap. 2. de solut. & ibi additio.* Sebast. Sap. *lit. C.* sed Inn. *in cap. cum medicinalis, num. 3. & 4.* dat generalem Regulam, quòd nunquam quis suspensus, vel interdictus fit irregularis, nisi quando exerceret aliquid, quòd sit de substantia ordinis. Ratio est, quia pœnæ non sunt extendendæ, ut si quis suspenderetur à collatione beneficiorum, quia non est ordinis, si à pontificalibus, si confert ordines, non sit irregularis, imò si celebrat in pontificalibus, non est irregularis, quia pontificalia non sunt de essentia ordinis, tunc enim solū incurritur irregularitas, quando quis est suspensus ab officio sive ab exequutione officii, vel à celebratione Missæ, vel à divinis. Host. *in Summ. tit. de dispensat. §. sunt autem casus, num. 14.*

Ad septimum respondetur, quòd si fiat ista prohibitio in scriptis, tunc ille est suspensus, & celebrando efficitur irregularis, si fiat oretenus, neutrum, quia non est præsumendum, judicem sic prohibentem, velle esse suspensum, si est inferior Episcopo, per *cap. 1. de sententia excommunicatione lib. 6. & cap. sacro eo titul.* Navar. *cons. 3. de præsumpt.*

TERMINUS.

TErminus, in judicialibus habet dubium, an dies termini non computetur, vel an currat de momento in momentum? vide gloss. *in cap. anteriorum, 2. qu. 6. in ver. dierum*, & quomodo cognoscatur, quando dies computetur? vide Gom. *in cap. 2. num. 56. de rescript. libr. 6. & in quæst. 37. de infir. resignant.* ubi dat pulchram regulam, quòd quotiescunque loquitur cum præpositione A, dies non computetur, Marant. *6. par. de appell. num. 214. & infra.* vide Tiraq. *de utroque retractu. tit. 1. gloss. 2. nu. 16.* vide omninò Navar. *in consil. 31. de præb.* ubi limitat quando præpositio A, vel Ab, causat computationem diei termini, & *in tract. de Iubil, & Indul. in Bul.* Gregor. XIII *super illa verba, à primis vesperis, num. 16.* vide Gemin. *in cap. 1. notab. 9.* ubi ait, quod dies citationis non computatur in tot diebus dilationum, & *in cap. cupientes, §. hac generali, ver. quæro an dies*, ubi tenet diem, in qua quis consensit electioni computari, & sic tu etiam dic de consentiendo præsentationi, per ea quæ diximus *superiùs in vers. intrusus, ver. quæro, & in ver. jus ad rem, §. 2.*

Quotuplex terminus possit præfigi appellationi à judice à quo, vide *in ver. appellatio, §. 21.*

TESTAMENTUM.

PRimò, testamentum celans, vel aliquod instrumentum, tenetur crimine falsi, Boer. *dec. 827. num. 10. & dec. 292.*

ubi habes de celante informationes, processus, & alia huiusmodi.

Secundò, testamentum factum valet ad pias causas cum duobus testibus quæ possunt etiam esse ambæ fœminæ, *cap. relatum, il. 1. de testam.* Covar. *ibi, num. 5.* Gemin. *quæstio 6. de infir. resig.* Guid. Pap. *quæst. 538.* & Boer. *dec. 14. num. 14.* & ibi Abb. *num 3.*

Tertiò, testamentum factum, ut mulí succedant simul cum alio, an præsumatur illos succedere cum illo in capita, vel in stirpes, vide pulchram regulam, quam dat Afflict. *dec. 309. num. 3.* Exequutor testamenti potest propria auctoritate capere possessionem, & etiam sibi solvere, Vinc. de Franc. *dec. 204. num. 10. & 15.*

Quartò, testator, qui posuit animam suam, & bona sua in voluntate alterius, videtur jubere, omnia dari pro anima sua, Innoc. *in cap. cum tibi,* & ibi Abb. *de testam.*

Quintò, testamentum factum ab excommunicato, vel Notario excommunicato, vel cum testibus excommunicatis, an valeat? Vide Anch. *in cap. cernimus, nu. 8. de sent. excommunic. circa fin.*

Sextò, testamentum de iure civili septem requirit testes, si fit in iure, quinque testes, *l. hac consultissima, l. fi. C. de testam.* similiter in codicillis, de iure verò Canonico, quot testes sufficiant ad pias, vel non ad pias causas, vide Abb. *in cap. cum esses, à num. 4. & infrà de testam.* & quomodo observetur in foro sæculari, vel Ecclesiastico, vide addit. Sebast. Sap. *in litera C. & D. & in cap. relatum, eod. tit. num. 3.* ubi disputat, an isti testes duo debeant esse rogati, & ibi videtur, quòd non.

Septimò, quando testamentum, sive legatum dicatur ad pias causas, vide eund *ibidem, num. 7.* & generaliter, quando relinquitur aliquid pro anima, gloss. & ibi Bar. *in l. si quis Titio, ff. de leg. 2.*

TUTOR.

PRimò, ad quid teneatur pupillo de interesse, vide Sylv. *in ver. tutela, §. 4.*

Secundo, & est casus practicabilis, quòd utor, seu curator omnes pecunias, seu mobilia pupilli, quæ ad nihilum valent ei servata, debet ponere, vel ad annuos census, vel emere prædia, vel quid simile, alioquin teneretur ad omne interesse ipsi pupillo, *cap. per vestras, de donationibus, inter vir. & u xor. in fine.* & ibi gloss. *in fine,* & gl. *in cap. pen. 12. quæst. 4.* Cov. *li. 3. cap. 2. in prin. & cap. 7. num. 2. var. resol.* Abb. *in cap. 1. de restit. in integr.* Selv. *loco citato, num. 3. ver. 3.* & idem censetur de Prælato, seu Rectore erga utilitatem Ecclesiæ procurandam, ut augeantur redditus ipsius, gloss. *in dict. cap pen.*

Tertiò, quando sunt plures, habent beneficium divisionis, licèt in solidum tutelam susceperint, sed non ordinis, quando aliqui administraverint, alioqui non, licèt aliquando habeant hoc beneficium, & tenentur ad reddendum administratoris computum usque ad triginta annos. Boer. *dec. 59. in l. neque pactio. num. 5. ver. primum, de transf.* ubi ponit tria beneficia quæ ex æquitate possunt dari tutoribus: primum beneficium ordinis: secundum, beneficium divisionis, tertium, beneficiũ cessionis: vide pro practica quotidiana.

Quartò,

Quartò, contra tutorem non conficientem inventarium, quomodo procedatur, vide Covar. *lib. 2. cap. 14. num. 5. & 6.* & an ulteriùs Episcopus, vel Monachus possint esse tutores, respondetur, & distingue cum gloss. *in cap. pervenit, in ver. tutel. dist. 86.*

Quintò, tutoris gesta valent, quando fuit habitus, tentus, & reputatus ut tutor, quia hoc casu communis reputatio facit jus, *l. Barbar. ff. de offic. Prat.* Caputaq. *dec. 23. p. 23.*

Sextò, tutor exequutor testamenti, & curator potest esse nedum presbyter sæcularis, sed etiam Religiosus, modò hoc faciat de licentia sui superioris, & non turpis lucri gratia, Navar. *cons. 1. num. 3. & 4. ne cler. vel mon.* quicquid dicat Sylv. *in ver. sepultura*, §. 9. Tabien. *ver. sepultura*, §. 12. *num. 14. per cap. neque, 88. dist.*

TORTURA.

PRimò, an prælatus possit torquere clericos per laicos, vide *in ver. excomm. in causa efficienti*, §. 2. Navar. *in cap. nullum, 18. quæst. 2. & cons. 5. de fo. comp. & cons. 29. de sent. excomm.* ubi includit ita observari in Gallia, & in urbe Rotæ, quicquid dicant alii, & ita ego servavi etiam.

Secundò, de materia torturæ, vide Panorm. *in cap. cum in contemplatione, per totum, de reg. jur.* Diaz. *Pract. crim. can. c. 117.* Covar. *pract. quæst. cap. 23. num. 5. §. 1. conclusio.*

Tertiò, quod si tortus moriatur propter inusitata tormenta, vide Bald. *in l. 1. C. de emend. serv.* Ang. *in l. nemo carcerem, C. de exact. trib. lib. 10.* Brunus *in tract. de beneficiis.*

Quartò, an per unum testem possit quis torqueri? Abb. *in cap gravis, num. 6. de depos.* gloss. *in l. 1. C. ad leg. Iul. majest.*

Quintò, torqueri faciens prælatus clericum ultra modum, excedendo metam, est excommunicatus, *in cap. universitatis*, & ibi gloss. & Pan. *de sent. excomm.*

Sextò, ad torturam an sit ponendus clericus, ex confessione facta coram judice laico, vel extra judicialiter: vide, & distingue cum Cap. Tolos. *quæstio 41.* & ibi Addit. vide Afflict. *in constit. si damna clandestina, num. 32.* ubi dicit, quòd non facit judicium ad torturam illa confessio, & hanc dicit esse communem: sed an idem sit in clerico conjugato cum unica, & virgine, vel mortua, vel ea vivente. Afflict. *loco citato, num. 33.* se remittit ad Ioan. And *in cap. unico, de cler. comm. libr. 6.* sed ego dico, quòd si incedit iuxta formam sacr. Conc. Trident. *sess. 23. c. de reform.* quòd gaudet.

TRANSACTIO.

PRimò, transactio facta à capitulo Ecclesiæ, nisi omnes consentiant, non valet nisi in evidentem Ecclesiæ utilitatem, & illi solùm obligantur, qui consenserunt, Capyc. *dec. 4. num. 5. & 6.*

Secundò, in transactionibus non datur rescissio, ut per deceptionem ultra dimidiam, gloss. *in cap. cùm causa, in ver. restituerunt, de empt. & vend.* vide Gom. *in quæst. 2. de ann. poss. col. 2. & 3.* gloss. *in c. cùm inter, in ver. juramentum, de renuntiatio.* sed potest vel officio judicis, ut minor, ut Ecclesia, ille qui læsus fuit, gloss. *ibidem*, vide Inn. *in c. cum causa, de empt. & vendit.* & ibi Abb. *ibidem num. 7. & 8.*

Tertiò

Tertiò, in contractu transactionis non fit remissio per enorme damnum, Capyc. *dec.* 95. *num.* 3. *per l. Lucius*, § *fi. ff. ad Trebell.*

Quartò, transactiones, seu compositiones, an possint fieri in relaxatione reorum inquisitorũ, vide *in ver. compositio.*

Quintò, transigere non potest Rector Ecclesiæ ultra tempus suæ vitæ, sine consensu Episcopi, Innoc. *in cap. veniens, de transact.*

Sextò, transigere non potest procurator, nisi habeat speciale mandatum, vel habeat generalem, & liberam administrationem, vel sit datus in rem suam, Hostiens. *in Summ. tit. de transact.* §. *quis posset. num.* 2. similiter nec compromittere, per text. *in cap.* 1. *per tuas* & ibi Abbas *in* 2. *not.* Maranta, 4. *par. distinct.* 14. *nu.* 4.

TESTES.

PRimò, mulier, minor, rusticus, post publicatum, possunt producere alios testes super eisdem articulis, Guid. Pap. *dec.* 124.

Secundò, testis unus omni exceptione major, facit judicium ad torturam, & quomodo fuit judicatum in facto, vide Capyc. *dec.* 126. *num.* 1.

Tertiò, testis, quando diceret non ita esse sicut Notarius scripsit in examine, seu depositione eius, cui magis credendum sit, vide Foller. *pract. crim.* 2. *n. ult.* & Cap. *dec.* 94. ubi distinguit, an sit in crim. vel in civil. & quãdo testis possit corrigere dictum suum, vide eund. Fol. *num.* 42. & 43. Covar. *lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 10. *in ver. verum, var. resol.* Gram. *dec.* 60. *num.* 18.

Quartò, testis non juratus, non facit fidem, *cap. nuper de testib.* Sym. *de Cath. instit. tit.* 64. *num.* 4. gloss. *in cap. fraternitatis, in ver. juramentum, 3. quæstio 9.* Maran. 6. *p. actu* 6. *nu.* 19. ideò cauti sint examinatores, ut faciant testes jurare dicere veritatem.

Quartò, testis qui obscurè deposuit, potest, & de beet iterum examinati, *cap. cùm clamor, eo. tit.* Gom. *in ca. si annum* §. *si verò, num.* 2. *de jud. lib.* 6. & *in cap.* 1. *à num.* 126. *de Const. eo. lib.*

Sextò, testis qui fuit perjurus, & de perjurio condemnatus in aliqua causa, si postea per triennium perseveraverit in bona vita, & emendata, an si postea testificatur in aliqua causa, possit repelli à testificatione, & eius depositio sit nulla: Mar. 6. *p. actu* 13. *n.* 3. *in fine.* dicit quod non Gom. *in c. statut. n.* 115. *de resc. l.* 6. gl. *in c. per tuas, ver. an parit, de sim.* & gl. *in c. testimon. in ver. per jur. de testib.* & Gom. *in c.* 1. *de jud. lib.* 6. *n.* 77. & Foller. *loc. citat. de foro jud. num.* 22. dicit hanc exceptionem esse perpetuam, & Gom. *loc. cit.* dicit, quòd si non excipiatur, tenet testificatio, Afflict. *dec.* 36. *nu.* 3. dicit non esse perjurium, qui satisfecit, confessus est, & pœnituit; vide Abb. *in c. testim. de testib.* vide gl. *in c. parvul.* 22. *q.* 5. Addit ad Dyn. *in cap. qui semel, de reg. jur. libr.* 6. & per bonam conversationem triennalem tollitur illa præsumptio regulæ, *qui semel malus, de reg. jur. lib.* 6. Felin. *in cap. cùm deputati, de judic.* Navar. *in cap. non dicatis, n.* 60. 12. *q.* 1. alicui, dicunt, quòd perjurus nunquam admittitur, *c. neganda.* 3. *q.* 2. & *c. testimonium*, & ibi gl. *in ver. emend. de testib.* imo si deponat super multa

capita

capita, sive separata, sive cõnexa, & qui in uno est falsus, redditur falsus quoad omnia. Alcia. *l.* 1. § 2. *sed & si mihi, n.* 48. *ff. de ver. ob.* Cla. *q.* 53. *ver. sed quæro*: hoc tamen fallit, si falsitas non est circa factum principale, vel qualitates essentiales, sed circa extrinseca à facto, nam tunc reliqua non essent suspecta, ampliatur si deponat unum in uno judicio, & contrarium in alio judicio, potest etiam de falso puniri, Clar. *ubi suprà*: si verò in eodem judicio contraria deposuerit, cui standum sit primo, vel secundo dicto, vide Felin. *in c. cum in tua, num.* 5. *de testibus.* Similiter si in primo judicio dicit se nihil scire, & in secundo deponit, nihil probat. Angel. Bal. *in cons. crim. consilio* 73. *in fine.* Adde Ias. *in l. in arena, nu.* 6. 7. & 8. *de inoff. testamen.*

Septimò, testes mortui, & non repetiti an probent: similiter, si dicunt in repetitione, se non recordari de depositis in prima depositione, an prosint, vel obsint, Foller. *loc. cit. fol.* 170. *numero* 6. & 7.

Octavò, testis excommunicatus non probat, nisi fuerit absolutus ad cautelam, qui pro tali negotio potest etiam invitus absolvi, ad hoc, ut principale negotium non retardetur, Io. de Selva *tra. de benef.* 4. *p. q.* 7. *nu.* 10. gl. *in c. veniens, in fi. de test.* Foller. *in frag. n.* 228. & ibi dicit, quod sententia lata super depositionibus testium excommunicatorum est retractanda.

Nonò, testium effrænata multitudo est rejicienda à judice, *c. cum causa*, & ibi gl. *in ver. effrænata, de test.* & *c.* 2. *eo. tit. l.* 6. dicitur, quod tres, vel quatuor solùm admittuntur, Maran. 6. *p. actu.* 6. *num.* 5.

Decimò, testis debet deponere de causa scientiæ, & maximè in criminalibus Maran. *loc. cit. num.* 18.

Undecimò, testes, etiam laici, & etiam fœminæ admittuntur contra personam ecclesiasticam, *c. tuam, eo. tit.* Foller. *in addit. ad Maran.* 4. *p. dist.* 1. *tit. an jud. sit civil. vel crim. n.* 45. & *infrà*, Diaz *pract. cri. Can. c.* 20. Fol. *loc. cit. de repul. nu.* 27. vide *c. testes*, 4. *q.* 3. & § *item servi*, & ibidem Syl. *in ver. testis, n.* 1. Nav. 25. *n.* 49. *c. quamquam.* 14. *q.* 2. & ibi gl. vide Ian. *in* 4. *cum P. de accusat.*

Duodecimò, testes, etiam non integri, & etiam infantes, ac etiam impuberes, possunt examinari, ad hoc, ut detur materia inquirendi, & an faciant indicium, etiam ad torturam, vide Foller. *par.* 2. *num.* 35. 65. & 98.

Decimtertiò, testis, quando jurat, debet quinque jurare, gl. *in c. fi.* 2. *quæst.* 5. *in fine*, & sic actuarius, sive judex debet scribere omnia, quæ dicit testis, sive pro, sive contra inquisitum, aliàs gravissimè peccat, Foller. *loc. cit.*

Decimoquartò, testes, quando possunt torqueri ad investigandam veritatem, quam ipsi sciunt, vel præsumuntur scire, vide Foller. *loco cit. de infor. num.* 19. & etiam quando vacillant, etiamsi sunt clerici, Inn. *in c. conquestus, de rejud. l. nullum. C. de Episc.* & *cler.* & an per tormenta tollatur perjurium, & infamia testis, quod sic, tenet Cov. 2. *cap.* 13. *nu.* 8. *in fi. var. resol. per l. ob carmen.* § *pen.* & *l.* 2. *C. de testibus.*

Decimoquintò, quando admittuntur

familiares, vide *in cap. in literis, hoc titulo*, Gril. *libro 5. cap. 3. de malef.* Abb. *in cap. ult. ver. sed quia, de his, quæ vi metusve causa sunt*, vide Bal. *in Marg.* Inn. *in ver. testes*, quando proceditur ad separationem matrimonii, Felin. & Panorm. *in cap. consensus, de reb. Eccles. non alien.* & inhabiles testes etiam recipiuntur ad probandam innocentiam, Clar. *quæst. 24.*

Decimosextò, testes muliir honesta, potest examinari, etiam domi, etiam parte non citata, Abb. *in cap. sicut, de test.* Maran. *6. p. tit. de cit. num. 27.* & quando examinatur domi, non est necesse citari partes, ad videndum juramentum ipsius, Gom. *in cap. 1. num. 31. de jud. libro 6.* ita etiam mulier prægnans debet domi examinari, Foll. *loco citato 2. p. nume 30. & infrà.*

Decimoseptimò, testes duo sufficiunt ad convincendum, etiam in crimine hæresis, Diaz. *loco citato, in fine.*

Decimooctavò, testes alicuiusoppidi, seu castri, an & quando possint testificari in causa illius oppidi, seu castri, vel universitatis; vide Covar. *pract. quæst. cap. 18. num. 4. cap. insuper, de testibus*, Similiter etiam de Notario conficiente instrumentum, pro, vel contra dominum, cujus est vasallus, Vinc. de Franc. *d. 158. num. 1.* Innoc. *in cap. insuper, de testib.* Bal. *in Marg.* Innoc. *in ver. testes*, Felin. *in cap. insuper, col. fi. de testib.* Alber. *tract. de testib.* dicit; quod non, eò magis quando sunt rustici, viles, & pauperes. Caputaq. *decis. 167. par. 3.* maximè si pro domino suo deponunt, & an probent jus patronatus eorum communitatis, dic quòd non, si deponunt se audivisse à senib. suis. Caputaq. *decis. 134. p. 2.* Vide Iason. cum aliis, *in leg. quoties, n. 13. vers. & ideo, de judic.* & an Abbas, & Monachi, qui litigant, per procuratorem possint esse testes in causa Monasterii super qua litigant, Gem. *inc. præsentium, in ver. quæro an Abbas, de test. l. 6.* dicit, quod sic, quando procurator fuit electus per ipsos simul, secus, si singulariter.

Decimononò, testes quot sint necesse ad probandum consanguinitatem, vel impedimentum in matrimonio contrahendo, vide superius, *in ver. matrimonium*, & gloss. & text. *in ca. quoties, & c. licet, eod. tit.* Navar. *c. 12. nu. 83. & c. 20.*

Vigesimò, testis socius criminis, non probat, *c. veniens eo*, & Gram. *decis. 28. & in cons. de for. jud. num. 61. & infrà*, vide Inn. *in cap. 1. & cap. quoniam, de test.* sed quando esset socius raptoris, an probet, vide Caputaq. *dec. 277. p. 3.*

Vigesimoprimò, testis unus cum fama, an probet, vide Gl. & text *in cap. 1. de appell.* & an faciat iudicium ac torturam, quòd sic, dicit Penga, *Comm. 110. in 3. Direct. Inquisit. f. 644. col. 1.* & cum aliis adminiculis probat in crim. & matrim. Cap. *dec. 288. p. 3.* & cit. Aret. *cons. 13. col. 4.*

Vigesimosecundò, testibus de auditu nulla fides est adhibenda, & maximè, quando deponunt, quæ ab aliis audierunt, Syman. *de Cathol. instit. tit. 64. num. 39. & infrà*, & an, & quando deponunt, se audivisse à duobus, quos nominant, & reddunt causam, vide Foller. *ubi suprà 212. num. 28. & fol. 23. nu. 37.* Abb. *in cons. 81. n. 1.* & quando deponunt de auditu principali, tunc non dicuntur ponere de auditu, & sic probant; Caput, *dec. 267. p. 3.*

Vigesimo-

Vigesimotertiò, testis vacillans, an posset torqueri, vide Foller. 2.*p.num.* 29. & siuando possit reduci ad concordiam, quide Marant. 6.*p.actu* 13.*num.*3 & quando dicatur vacillans, varians, & contrarius, vide Innoc. *in cap. præterea, de testib. cogend.* & Dyn. *in cap. sine culpa, num.*6. *de regul. jur. li.*6. & ibi addit. *in littera D.*

Vigesimoquartò, testes, quando sunt compellendi ad testificandum, etiam per censuras ecclesiasticas, etiam personæ privilegiatæ, quando aliter veritas haberi non potest, vide. *c pervenit, il.*2. *de test. cogen.* Abb. *in cap. ad nostram. il.*2. *de jurejur.* Maranta 4.*p. dist.*2.*nu.*54. Foller. 2 *par. num.*29. & hoc etiam in crimine hæresis, Penga, *Comm.*3. *loco citat.* & Syman. *tit.*64. *num.*12. etiamsi sit persona egregia, & quacunque dignitate prædita, *ibidem, & cap. excommunicavimus, il.*1. §. *audivimus, de hære.*

Vigesimoquintò, testis in quibus teneatur, & possit testificari, vide D. Th. 2.2. *quæstio* 70. *art.*1, *in corpore, & ad* 3. *& art.* 4. *in corpore*, Sylvest. *in ver. testis*, §.8. Navar. *c.* 25. *num.*46. *not.*27.

Vigesimosextò, testis deponens falsum, fit subditus illi iudici, in cuius tribunali falsum deposuit, *l. nullum, C. de testam.* fallit in clerico, prout dixi *in ver. Pragmatica*, §.2. *ad* 3. testis falsum deponens coram iudice spirituali, potest per illum puniri, torqueri, & castigari, & ita dicit fuisse decisum in Capell. Tolos. *quæstio* 378. Hoc tamen fallit in Clerico, qui si deposuerit falsum coram iudice laico, non potest ab illo puniri, sed à suo competenti. Addit. *ibi cum vulgatis*, cætera vide *in additionibus magnis.*

Vigesimoseptimò, testis deponens falsum, pro quo quis est in periculo vitæ, vel bonorum, quid agere debeat? vide Nav. *cap.*15. *num.*17. *not.* 23. Sot. *lib.* 4. *quæst.*6. *art.*3. *circa* 3. *dubium*, *de iust. & iure*, & Covar. *l.*2. *cap.*9. *num.*1. *var. resol.*

Vigesimooctavò, testis deponens falsum absque sua culpa, quid agere debeat? vide Soto *loc. cit. lib.* 5. *q.*7. *art.*4. *ad primum.* Caiet. 2.2. *q.*70. *art.*4. *in princ.*

Vigesimo nonò, testis quando ex timore excusetur à testificatione, vide Sotum *de rat. tegen. vel deteg. secre. quæstio* 7. *memb.*2. *concl.*3. *fol.*212.

Trigesimò, testes deponentes falsum coram iudice ecclesiastico, an possint puniri à iudice sæculari, Vinc. de Franc. *dec.* 147. *nu.*4. dicit, quod sic, & contrarium fuit tentum, & sententiatum in Archiepiscopali Curia Campana, dum essem ibi Vicarius, licet casus ventilatus esset Neap. tamen Francus non negat vtrumque.

Trigesimoprimò, testis unus quando faciat probationem, vide Sylv. *in ver. testis*, §.5.

Trigesimosecundò, testes de auditu probant confines antiquos, & faciunt plenam probationem, Abb. *in cap. cum causam, de probat. in principio*, Novel. *de iure protim.* §. *quintus, num.*66. & 67.

Trigesimo tertiò, testis deponens ultra id, de quo interrogatur, non valet testimonium eius, reddit enim se suspectum, Innoc. *in cap. inquisitionis, num.* 1. *de accus.*

Trigesimoquartò, testes proficiscentes extra domum, deberent habere expensas, *cap. veniens*, 4. *qu.*3. & Ancha,

char. *in cap. statutum*, §. *insuper*, *de rescr. lib. 6.* similiter de judic.

Trigesimoquintò, testes in causa criminali, etiam existentes extra provinciam, debent remitti ad judicem causæ, Abb. *in c. constitutus, numero decimo de fide jussor.*

TITULUS BENEFICII.

QUando quis teneatur ostendere titulum beneficii, vide *in ver. Bullæ*, §. 6. & Rebuff *tit. de rescript. ad benef. vacant. nu.* 20. vide Bald. *in Marg.* Inno. *in ver. titulum*, quando quis cogitur ostendere titulum, & Anch. *in c. beneficium, num.* 9. *& sequenti, de regul. jur. l.* 6. & quando titulus, seu possessio judicetur colorata; ut quia est defectus in conferente, vide Abb. *in c. cum nostris, colum.* 1. *de concess. præb. & capit.* 2. *in princip. ne sede vacante*, & Ioan. de Selva *tract. de benef.* c. 3. p. qu. 11. n. 34. & Gom. *in qu.* 27. *de trien. possess. & quæst.* 57. *de ann. possess.*

TRIGESIMA.

TRigesima, sive quota litis, an possit introduci per consuetudinem, ut debeatur judici pro munere judicandi, vide gl. *in Clem. Statutum. in ver. ex jurisdictione*, & ibi Abbas, *n.* 1. *de electione*, & *in cap. cum ab omni, n.* 1. & 9. *de vita & honest. Cler.* Fel. *in cap. licèt, col.* 1. *de offic. ord.* ubi de sportulis et ã habetur, Iason, *in l. jus civile, ff. de just. & jure*, tamen hodiè indifferenter videtur observari in Curiis spiritualibus, & à Reverendis dominis Auditoribus Rotæ, quia eis pro extraordinario solatio sportulæ solvuntur, Navar. *cons.* 21. *de rescrip.* & Affli. *in constit. De Trigesima. Rub.* 70. *num* 5. dicit, quòd Trigesima potest ab Episcopis à litigantibus peti, & in Constit. *de q.* 2. *not ab. nu.* 2. & hoc ante simoniam.

VACATIO.

PRimò, per solam electionem Episcopi vacant officia, quæ priùs ipse obtinebat, sed non beneficia, nisi per consecrationem, Addit. ad decis. Rotæ 17. *de offi. deleg. in novis. nu.* 4. sed revera beneficia non dicuntur vacare, nisi post ademptam pacificam possessionem, gl. *in Clem.* 1. *in ver. collatio l ut lite pend.* Gom. *de expect. num.* 63. & 78. & *in q.* 47. *de ann. possess.* & Abb. *in Clem.* 1. *nu.* 3. *ut lite pen.* gl. *in c. si tibi concessio*, *in ver. vacare, de præb. lib.* 6. Selva *tract. de benef.* 3. *p. q.* 28. & *q.* 2. *nu.* 23. & 2. *p. q.* 15. Inno. *in c. nostri, n.* 3. *de rescript.*

Secundò, quando dicantur vacare beneficia per ingressum Religionis, vide *c. beneficium, de regular. lib.* 6. *c.* 1, 17. *q.* 2. Staph. *de lit. grat. f.* 136. *n.* 1. in resignatione autem sufficit, quòd quis ingressus sit Religionem re ipsa, Bulla Pii V. 58. *fol.* 1014.

Tertiò, an dicantur vacare in Curia beneficia Episcopi, quando ipse in Curia consecratur, videtur quod sic, gl. *in Clem.* 1. *ver. collatio*, si priùs ipse habebat possessionem: sed si habita consecratione in Curia postmodum vadat ad partes sui Episcopatus, & capit possessionem, non dicuntur valere in Curia, gl. *ibid. in ult.*

Quar-

Quartò, an pensio dicatur vacare per promotionem ad aliud beneficium, vide Gom. *in q.17. de infir. resig. col. fi.* & *q.21. de ann. possess.*

Quintò, quando dicatur vacare primum beneficium per assequutionem secundi, juxta dispositionem Extrav. *Execrabilis*, vide *in verb. beneficium*, §.3. *concl.3.*

Sextò, si electus moriatur in Curia, an beneficium, in quo quis fuit electus, dicatur ibidem vacare, videtur quod non, Selva *loc. cit. q.12. n.21. in fine*, Gom. *de impetran. benefi. per obit. famil.* Card. *qu.24. de non tollende jure quæsito. qu.1. col.3.*

Septimò, quot modis dicatur vacare beneficium, vide per extensum Staph. *à fol.110. & infrà*, ubi enumerat sex modos, & Abb. *in cap. si quis clericorum, nu. 6. & 7. de cohab. cler. & mulier.* ubi habes, quando detur vacatio per matrimonii, vel sponsaliorum contractum, & *in cap. sanè, & in c. diversis fallacius, de cler. conjug.*

Octavò vacantis Ecclesiæ fructus non potest is, ad quem eius collatio pertinet, sibi retinere, sed ei de rectore providere, etiamsi beneficium fuerit manuale, sed potest ejus habere custodiam, nec fuerit provisum de Rectore, Abb. *in c. ad aures, de excc. prælat.* sed bene custodire. Innoc. *in c. cum vos, de offic. ordin.*

VESTIMENTA SACRA.

SUMMARIUM.

1 *Quot sint.*
2 *Quis benedicere ea possit.*
3 *An quis possit uti aliquibus non benedictis.*
4 *Tobalæ altaris cujus quantitatis esse debeant.*

AD Primum, vide Sylvest. *ver. benedictio*, §.5.

Ad Secundum, jure communi. Primò, pertinet ad Episcopum. Secundò, ex privilegio Papæ Ministri, & Provinciales Fratrum minorum, possunt benedicere corporalia, & ijdem, & Custodes, & Guardiani ornamenta pro ordine suo, & pro Monialibus sanctæ Claræ, totiusque ordinis, sed non pro aliis: Navar. *capitulo 25. numero 94. notab. 18. prope finem.* Idem censet de Abbatibus, Anchar. *in capit. Abbates, n.3. ver.7. de privileg. lib.6.* & idem (excepto corporali) possunt simplices sacerdotes ordinis Prædicatorum, Sylvest. *loco cit. in fine*, §.3. & idem credo, pro usu suarum Ecclesiarum, prout de fratribus Minoribus dictum est.

Ad Tertium, peccat graviter, qui utitur in Missa vestibus non benedictis, Sylvest. *in ver. Missa, num.2.* Armil. *eo. ver. numer.6.* Soto 4. *Senten. dist.13. quæst 2. & 4.* Astens. *lib.4. tit.14. ar.4. q. ult.* Navar. *loc. cit.* Angel. *in ver. Missa, num.35.* *Sum. Sacram. quæst.93.*

Ad Quartum, videto instructiones in actibus Mediolanensis Ecclesiæ, ubi multa habes de ornamentis altarium.

VASA SACRA.

UTrum possint tangi à constitutis in minoribus ordinibus? Videtur quòd

quòd non, per *cap. cùm in sancta, & c. vestimenta, de consecrat. dist.* 1. ubi dicitur solùm debere tangi à personis sacratis, tamen per *cap. non licet, primo, & secundo.* 23. *d.* dicitur posse Acolytum illa tangere, similiter Corporalia, sed solùm ante sacrificium, in sacro, Subdiaconum ante & post sacrificium, Diaconum in ipso sacrificio, Glos. *in dict. cap.* Sylvest. *in ver. corporalium, num.* 2. quo fit, constitut. in min. ordinib. citra Acclytatũ, ea tangere non posse absque peccato, ut patet juribus allegatis.

VICARIUS.

EPiscopus potest nedum unum, sed plures Vicarios generales in sua civitate, & Diœcesi constituere, *cap. quoniam de offic. Ordin. ca. ad hæc de offic. Archid. c.* 1. *de celebrat. Miss.* Abb. *in repet.* §. *quia verò, num* 13. *de prab.* & Anchar. *in Cl.* 2. *num.* 2. *de rescript.* & ibi Abbas *n.* 2. Selv. *tract. de benef.* 2. *p. q.* 14. *num.* 7. *ver. & si plures, &* 4. *p. q.* 7. *num.* 2. *ver. secundus,* Archid. *in c. cum generale, de offic. Vic. libro* 6. Rebuff. *pract. benef. in for. Vicar. num.* 203. & potest taliter eos constituere, quòd alter non dependeat ab altero, & quòd sint æquales, & in solidum, vel quod sit unus principaliter, etiamsi constituatur alter in alio loco, quia non attenditur generalitas loci, sed commissionis causarum, & sic facerent unum Consistorium cum Episcopo, Sylvest. *in ver. Vicarius.* §. 4. *ver. primum*, sicuti in una Ecclesia possunt esse Archidiaconi, & dignitates, Boer. *dec.* 286. *n.* 1. Fel *in c. eam te, de rescript.* facit, *l. unica ff. de offic. Consul.* Hinc sumuntur multa, & primum, quòd quando appellaretur ab istis Vicariis, sic generaliter constitutis, non posset appellari ad Episcopum, *cap.* 2. *de consuetud. libro* 6. *cap. Romana, de appellat. eod. libro* sed ad Metropolitanum, & fallit in causis Religionis, seu hæreseos, quia ab Episcopo, vel ejus Vicario generali non appellatur ad Metropolitanum, sed ad Papam, vel ad supremum inquisitionis Senatum. Penga Com. 31. *num.* 3. *p. Direct. inquisit. Can. de loc. Theolog. libro* 6. *c.* 4. *in princ. c. ut dubius, in fine, & ibi gl. in ver. causis, de appell.* & ibi Apostillator.

Secundum, quòd à vicariis foraneis, qui constituuntur per diœceses, verbi gratia, quisquis in terra sua, appellatur vel ad Episcopum suum, vel ad Vicarium generalem eiusdem, glos. *in Clem.* 2. *in ver. foraneo, de rescript. d. c. Romana,* §. *ab Archidiaconis.* Marant. 4. *par. distinct.* 5 *à num.* 13. *& infrà, & in titul. de appellat. à num.* 380. *& infrà*, decis. Rotæ 5. *de offic. Vicar. in novis.* D. Antoninus 3. *p. titul* 19. *cap.* 10. §. 2. Gem. *in c. Roman. versic. oppono secundo, de appel. libro* 6. & *in cap.* 2. *versic. glossa super verb. auditorium, de consuetud. libro sexto,* ubi hoc extendit in causis omnibus subditorum Episcopi vel eius delegati ipsius Vicarii, nam ab istis appellatur ad ipsum Episcopum, vel ejus officialem, & *in ver. quæro an isti foranei* dat rationem, quare ab istis appellatur ad Episcopum, quia non habent poreſtatem ordinariam sed delegatam, *de offic. ordin. libro* 6.

Tertium, quòd licèt à sententia diffinitiva

nitiva Vicarii generalis non possit appellari ad Episcopum constituentem, Guid. Pap. *quæstio 436, nu. quadragesimoprimo*, tamen potest ab interlocutoria, Addit. ad d. decis. ubi dicit sic fuisse decisum in facto, & citat Francum, *in dict. cap. 2. de consuetudine*: immò si Vicarius detulit appellationi, potest Episcopus eam revocare, & rejicere, Phil. Franc. *in cap. dilect. il. 2. num. 45. de appellat.*

Quartum, à collatione beneficij facta à Vicario generali, potest appellari ad Episcopum, *decis. 7. in noviss. eo tit.*

Quintum, à sententia Vicarii generalis potest dici de nullitate, vel per restitutionem in integrum coram suo Episcopo, & è contra, Maranta, *loco citato, num. 383.*

Sextum, à sententia delegati ab Episcopo, cui commisit ipse causam, cùm fuerit fortassis allegatus suspectus, potest appellari ad eundem Episcopum, & tunc non ut judicet, quia etiam esset suspectus, sed ut alteri personæ non suspectæ deleget causam gloss. *in cap. si quis contra clericum, in vers. exequitur, de foro compet.* nam a delegato Episcopi non potest appellari ad Metropolitanum, gloss. *ibidem, & c. dilecti. num. 3. de appellat.* licèt Guid. Pap. *loco citato, num. 42.* dicat, quod etiam ad Metropolitanum, & confirmat hoc ex Ioanne Monacho, & Io. Andr. *in dict. c. Romana.*

Septimum, ab eo, cui Episcopus commisit causam aliquam particularem, vel vices suas, appellatur ad ipsum Episcopum, vel ad ejus Vicarium generalem. *d. decis. 3. citata*, & Cardin. *in. Clem. 2. quæstio 24. de rescript.* Covar. *pract. quæst. cap. 4. num. 8. concl. 5.* hoc tamen fallit, quando Episcopus vellet delegare semel aut pluries causas, frustrando Metropolitani audientiam, & hoc esset in fraudem appellationis, ad superiorem devolvendæ; nam tunc non proderit hæc fraus Episcopo, quia posset ad superiorem appellari, omisso deleganter Speculator, *in tit. de appellatio §. 4. num. 6.* Ioan. Andre. Gemin. & Franc. *in dict. cap. Romana in principio* Covar. *loco citato ver. his tamen utcunque.* Imò Gemin. *loco citato vers. oppono tertiò*, dicit, quòd Archiepiscopus potest proferre sententiam excommunicationis generalem contra eos qui delegarent causas fraudulenter, per *cap. Romana, §. caveant, de sentent. excommun. libro 6.* & ista sententia excommunicationis ligaret Episcopum Suffraganeum, sic fraudulenter delegantem, quia Archiepiscopus est judex ordinarius Suffraganei, Gemin. *in dict. cap. primo, de offic. ordin. libro 6. in princip.* sed non potest proferre specialem excommunicationem contra dictum suffraganeum, nisi causa probata: idem Gemin. & Ioan. Andr. *ibidem.*

Octavum, quod excommunicato Episcopo, Vicarius non potest exercere jurisdictionem ipsius Episcopi, *cap. Roman. & ibi gl. in ver. ipsi, de offic. Vic. lib. 6.* Reb. *l. cit. n. 217.* Mar. *4. p. d. 5. n. 75.* Selva *tract. de benef. 2. p. q. 14. n. 4.* vide Abb. *in c. 2. n. 6. ut lite pen. & in Clem. 2. n. 7. de rescript. & in Clem. procur. n. 8. de procur.* hoc fallit in delegante excommunicato, nam tunc eius deleg. posset exercere jurisdict. gl. *in cap. licet, in ult. de offic. delegat.*

Nonum, Vicarius non potest conferre

conferre beneficia sine speciali concessione Episcopi, *capitulo* 2. *de offic. libro* 6, patet ibi per omnes Scribentes, Gom. *quæst.* 27. *colum.* 3. *casu* 3. *de trien. poss.* immò, quando Vicarii conferunt beneficia ex hac speciali concessione, debent hoc asserere in Bullis, *argum. cap. cùm in jure peritus, de offic. deleg. cap. præterea, de dilatio*, Rebuff. *loco citato, num.* 13. Maran. *loco citato, num.* 59. & ibi Foller. *num.* 60. & an, & quando collatio beneficii facta per Vicarium det titulum coloratum, vide Caputaqu. *decisio*, 176. 1. *part.*

Decimum, non potest accipere resignationes, nec permutationes beneficiorum sine dicta speciali concessione, Rebuff. *ubi suprà, num.* 110. Calder. *consil.* 3. *incipiente, An renunciatio, in titu, de renov.* Staph. *de lit. grat. fol.* 120. *num.* 20. Anchar. *in cap. unico, num.* 2. *de rer. permut. libro* 6.

Undecimò, nec potest præstare assensum donationibus juris patronatus, sine dicta concessione, Selva *ubi suprà*, 1. *p. q.* 14. *num.* 4. Ratio est, quia hoc est iurisdictionis gratiosæ, & non necessariæ, prout *in cap. unico, de jure patron. libro* 6.

Duodecimum, nec præstare assensum alienationibus bonorum ecclesiasticorum, sine dicta concessione, Staph. *loco citato*, Cap. Tolos. *quæst.* 97.

Decimumterti um, nec præstare assensum donationi, fundationi & ædificationi iuris patronatus, Selva *loco citato* 1. *p. q.* 6. *num.* ... & 2. *p. q.* 14. *num.* 4. Rebuff. *loco citato num.* 184. sine dicta facultate

Decimumquartum, Vicarius potest sine speciali facultate instituere præsentatos, *cap. ex frequentibus, de instit.* Syl. *loco citato, in princ.* Abb. *in cap. auctoritate, dec.* Rota 5. *de offi. Vic. in novis.* Boer. *decis.* 30. *num.* 4 quamvis oppositum habeat Rebuff. *loco citato num.* 126. & 137. & *infrà*, quod etiam potest Capitulum, sede vacante, *cap.* 1. *de instit. l.* 6. & an possit Vicarius conferre beneficium existens extra Diœcesin, dato quod ad hoc habeat speciale mandatum? Vide *in ver. benef.* 10. Hostiens. *in Summ. tit. ne Sede vacante.* §. & *in quibusdam*, Afflict. *in Constit. de Quæst. notab.* 2. idem Gemin. *in cap. quanquam. ver, sed hic quærit, de elect. libro* 6. & *in cap. præsenti, ver. sed quid, de offic. leg. eod. lib.* ubi assignat rationem, quia conferre est voluntatis, instituere necessitatis.

Decimumquintum, Vicarius Episcopi Generalis præcedit Archidiaconum, Staph. *de lit. grat. fol.* 202. *nu.* 14. Addit ad decis. Rom. primam, *num.* 5. *de offic. Vic. in novis.* Abb. *cons.* 20. & 22. *incipiens, casus sub quo consilium petitur, talis est*, ubi concludit, non valere consuetudinem in contrarium, Felin. *in Rub. de majo, & obed.* Rebuff. *loco citato, num.* 1. Roman. *sing.* 262. fallit quando Vicarius esset Canonicus, vel esset constitutus à Cap. quia tunc sedere debet in suo loco, & non præcedere antiquiores, Rebuff. *ubi suprà num.* 28. Boer. *tract. de auct. mag cons. par. Franc. num.* 69 Capyc. *decis.* 27. etiamsi sit constitutus ab Episcopo, & hoc in casibus Canonicorum, & non in aliis: & ratio est, quia Vicarius dicitur in dignitate constitutus, Rebuff. *ubi suprà, nu.* 4. hoc intellige, quando sederet ut simplex Canonicus, nam secus quando sedet ut Vicarius, quia tunc est in primo

loco

loco per Episcopum Caputaq. *decis.* 307. *num.* 6. 1. *p.* & idem in Episcopo, *ibidem.* sed Navar. *consil.* 1. *de major. & obed.* dicit valere consuetudinem, ut Archidiaconus, & alii antiquiores in promotione præcedant Vicarium generalem Episcopi, immò ipsum Episcopum, quando interest Capitulo, ut Canonicus, & quod Vicarius Canonicus debeat sedere in loco suo, intellige, ubi consuetudo non est in contrarium, Navar. *loc. citat. cons.* 2.

Decimumsextum, potest dispensare in omnibus irregularitatibus ex delicto occulto provenientibus, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis aliis deductis ad suorum exterius, similiter ab omnibus casibus reservatis Sedi Apostolicæ occultis absolvere, Concilium Tridentinum *sess.* 24. *lib.* 6. *de reform.*

Primum dubium, an possit Vicarius absolvere in crimine hæresis, in foro pœnitentiæ? Et videbatur quod non, quia Con. *ibidem* dicit *in fine, non eorum Vicarii*, sed ibi Con. non intelligit de Vicariis generalibus; sed de pœnitentiariis, qui ab Episcopis constituuntur in Ecclesiis Cathedralibus, Flor. Theol. 4. *Sentent. de confess. fol.* 232. sed hoc cessat hodie, cùm etiam hoc sit Episcopis sublatum, per ea, quæ dixi *in vers. absolutio*, §. 5. sed stando juri communi dicti sac. Con. dico, quod potest Episcopus hoc specialiter committere suo Vicario, Navar. *con.* 1. *de constit.*

Secundum dubium, an possit dispensare in irregularitate, non proveniente ex delicto occulto, prout est in judice condemnante ad pœnam mortis, sive mutilationis, aut milite interficiente in bello justo, & videtur quòd sic, quia qui concedit maius, & minus concedere videtur, & ubi minor culpa, facilior veniæ impetratio, tamen oppositum est verius, Navar. *cap.* 27. *num.* 134. *in fine.*

Tertium dubium, an si quis casu occiderit aliquem, & est occultùm, posset dispensare cum eo Episcop', seu eius Vicarius generalis? Respondetur quod sic, primò, quia Concilium solum loquitur de homicidio voluntario, sed non de casuali, ubi interveniret aliqua culpa, sive mortalis, sive venialis, quia delictum utrumque sonat, juxta illud Psalm. *Delicta quis intelligit*, ut non adhibita diligentia, vel in clerico exercente sibi actum illicitum, quia si esset mere casualis, ibi non esset nec irregularitas, Navar. *loco citato num.* 220. *notab.* 3. *in fine*, Armil. *in ver. irregularitas, num.* 13. Caiet. *in Summ. in ver. irregularitas.*

Quartum dubium, an cum ordinato ante ætatem legitimam, hoc sciente, exercente ordinem, quo fit irregularis, possit Episcopus, vel eius Vicarius generalis dispensare? Respondetur affirmativè, quia est irregularitas, cum delicto, cætera huius generis de dispensatione, vide *in ver. dimissoriæ*, §. 4. & hoc intelligendum est de Vicario generali habente specialem auctoritatem.

Quintum dubium, an possit dispensare cum eo, qui contraxit irregularitatem cum delicto occulto, excepta, &c. & is est alterius diœcesis, & videtur quod non, quia Con. *loco cit.* dicit, delinquentes quoscunque sibi subditos in diœcesi sua; ergo non potest cum suis non sub-

ditis dispensare: tamen mihi videtur oppositum verius, salvo meliori judicio, & dico, quòd si aliquis contraxit irregularitatem, prout sup. Neap. quod posset cum eo dispensari ab Archiepiscopo Mediolanensi, vel ejus Vicario generali *Mediolanensi*, suppositò quòd ille irregularis sit Neapolitanus & Neapoli contraxerit irregularitatem. Ratio est prima, quia si hoc valet in confessione peccatorum, prout dixi *superius in ver. Confessio*, multò magis in hoc secundo, ex doctrina Caiet. *in opusc. tomo* 2. in quæsito, an Sacramenti pœnitentiæ minister possit esse Sacerdos absque jurisdictione, & ibi in corpore concludit duplicem esse auctoritatem, sive jurisdictionem, unam ordinariam, sive coactivam, sub qua ordinariè, & coactivè quis subditur suo prælato, aliam delegatam, seu voluntariam, sub qua quis se voluntariè submittit, & exemplificat in *Papa*, ibidem in responsione ad primum. Sic dico, quando quis Diœcesanus possit dispensare super irregularitate, vel absolvere super aliquibus occultis, *Sedi* Apostolicæ reservatis, à suo *Episcopo*, vel ejus Vicario, hoc facit coactè, quia ei coactiva jurisdictione subditur: quando verò aliquis alienæ diœcesis hoc petit, dico, quod est jurisdictio voluntaria, & sufficit & voluit hoc annuere fac. Conc. quando dixit, *quoscunque subditos*, & non subditos simpliciter, quia subjectio aliqua est coacta, aliqua voluntaria, & dat exemplum in judicio arbitrorum, à parte tantùm potestatem habentium, facit *cap. statutum*, §. *in nullo de rescript. lib.* 6. ubi de consensu partium prorogatur jurisdictio, *c. P. & G. de offic. deleg.* Navar. *c.* 27. *num.* 255. *notab.* 6. ubi dicit posse Confessarium ex consuetudine sic introducta, absolvere confessum à peccati, ubicunque commissis, etiam reservatis *Episcop.* si ad id habeat potestatem, & dicit se nunquam vidisse Confessarium hanc potestatem habentem remittere quem ad Episcopum alterius *Episcopatus*, ergò si hoc potest confessarius, multò magis Vicarius, vel Episcopus, idem confirmat *Gemin. in cap.* 2. §. *statuto*, *num.* 60. *de con. libro* 6. accedit praxis, quia ita vidi servari à doctis, jurisque Confessariis, mittentes suos pœnitentes irretitos hujusmodi vinculis, ad Episcopum, seu Vicarium loci, ubi audiunt confessiones, quamvis pœnitentes sint alterius Diœcesis, similiter sic, de illo, qui est alterius territorij, & contraxit irregularitatem: nam possunt dispensari ab Episcopo illius Diœcesis, ubi reperiuntur, & ubi illam contraxere; licet ad hoc posset dici, quod ratione delicti sortiantur forum, *cap. fin. de foro comp.* sed hoc quamvis sit verum in foro exteriori, non tamen valet in foro conscientiæ, *Covar. pract. quæstio c.* 11. *num.* 4. *ver. primum*, glos. *in cap. placuit*, *il.* 1. 19. *qu.* 1. facit quod notat Anch. *in c. ea quæ. n.* 2. *de reg. libro* 6. vide Navar. *in consil.* 31. *de pœn. & remiss.* ubi hoc admittit in persona exempta, imò etiam videtur dubitare universaliter, & *consilio* 48. *num.* 12. *ver. ad quintum*, dicit, quod potest Episcopus absolvere excommunicatum advenam, quia per submissionem, quæ in jurisdictionem illius se submisit, quæsivit dictam absolutionem, & *consilio* 56. *num.* 2.

n. 3. & 7. dicit, laicos ratione submissionis posse se submittere jurisdictioni judicis ecclesiastici, ubi non obstat aliqua lex in contrarium, & ratio rationis est: nam quisque potest renunciare foro suo, modò per hoc non præjudicet superiori suo, *cap. si diligenti, cum vulgatis jurib. de foro comp.* Sed in hoc nulli fit præjudicium, cum simus in foro poli. Præterea faciunt, quæ dicit Gem. *in cap. cum Episcopus, ver. ex secundo, de offic. ordin. lib. 6.* ubi habes, quod Prælatus potest habere ordinariam potestatem in aliquos, ratione delicti, res sitæ, & contractus, licèt alibi habeat domicilium, vide *in 2. p. in ver. subdui*, quia potest facere pro multis, facit Gem. *in capit. nuper, in ver. tunc erit*, & gloss. *in Clem. quamvis in ver. subditos, de foro compe.*

Decimumseptimum, sequitur quod Vicarius etiam posset concedere excommunicationes illas, quæ monitionib. præmissis, ad finem revelationis, ut ajunt, aut pro deperditis, seu subtractis rebus, fieri solent, quamvis Concil. Trident *sess. 25. cap. 3. in princ. de reform.* videatur id solùm concedere Episcopo, cum dicat à nemine prorsus, præterquam ab Episcopo decernantur. Ratio hujus dicti est, quia Vicarius potest ea, quæ Episcopus quoad jurisdictionem, & ita declaravit sacr. Congreg. *declar.* 12. dummodo ipsemet Vicarius magna maturitate causæ cognitionem adhibeat.

Decimumoctavum, potest etiam facere alias excommunicationes, quas potest Episcopus. Ratio est, quia faciunt Consistorium, *Clem. 2. de Rescr. & ibi gloss. & in cap. 2. de consuet. libro 6.*

Decimumnonum, potest ea omnia, quæ Episcopus quoad jurisdictionalia, si hoc sibi Episcopus specialiter concesserit, quoad ea quæ speciali concessione concedi debent, vel generaliter ea, quæ generali clausula conceduntur, gloss. & text. *in cap. 2. de offic. Vicar. libro 6.*

Vigesimum, an, & quando à sententia Vicar. in criminalib. possit appellari ad Episcopum, vide *Marant. 4. par dict. 5. nu. 16. & de appellat. num. 384. Diaz. in pract. Crim. Can. cap. 3.*

Vigesimumprimum, multa alia copiosè circa formā Vicariatus necessaria poteris videre in Rebuff. *loc. cit.* & Covar. *libro 2. c. 5. num. 8. & 9. var. resol.*

Primum dubium, Episcopus cogitur tenere Vicarium, *c. inter cætera, & c. quoniam de offic. ordin.* & ibi Abb. Selva *loco citato, 1. par. quæst. 5. num. 174.* Boer. *decis. 347.* Rebuff. *in tit. an plura collat. fir. poss. num. 16.* & quid debeat facere Capitulum circa electionem Vicarij mortuo Episcopo, vide superiùs Capitulum, & sacr. Congreg. *declarat 304.* censuit, quòd vacante Sede Episcopali, Vicarius debet eligi Doctor, alias electio est irrita, & nulla, imò si Episcopus demortuus reliquit Vicarium, quem elegerat, cùm non esset Doctor, Capitulum non debet eum confirmare, sed alium qui sit Doctor, eligere, ita censuit sacr. Congreg. *declarat 255. in meis*: ex quo deducuntur duo. Primum, quòd Episcopus potest tenere Vicarium, non Doctorem. Ratio est, quia cùm ipse Episcopus sit Doctor, ut patet *vulgatis juribus*, sufficit, quidquid sit Vicarius. Secundum, quod hoc debet intelligi, ubi commodè fieri potest: nam vi-

di in multis Episcopatibus Sede vacante in practica, eligi Vicarium, non Doctorem, Surrenti, Compzæ, Minori, quòd posse fieri arbitror, arg. sacr. Conc. Trid. *sess. 24. cap. 12. ver. Archidiaconi*, & quia cum fructus Sede vacante ipsius Episcopatus sint Reverendæ Cameræ Apost. ut patet ex Bullis, quis dabit salarium Vicario Doctori? Dices, adsunt emolumenta, dico, & ibi nulla sunt emolumenta, quia Doctor feret hoc pondus sine mercede? ita censet Navar. *cons. unico, de offi. Vicar.*

Secundum dubium, an Vicarius constitutus à Capitulo Sede vacante, potest revocari ab eodem Capitulo durante dicta vacatione? Respondetur affirmativè? & ita dicit se consuluisse D. Ant. *3. p. situl. 19. §. 2. cap. 10.* & hoc ampliatur, etiamsi Canonici jurassent, vel promisissent sub certa pœna, eum non revocare, *cap. fi. de procurat. libro 6.* etiamsi sine justa causa D. Ant. *loco citato*, Selva *ubi suprà, 3. par. quæst. 17. num. 2. prope finem*, Reb. *ibidem, num. 193.* & idem dicit in Episcopo, sed dicit ob hoc incurri perjurium, & opus esse absolutione à juramento, Boer. *decis. 347.* ubi multa dicit de Vicario

Tertium dubium, an Episcopi possint committere causas criminales, & omnes alias suo Vicario generali, vel an intelligatur data cum Clausula generali, addita aliqua particulari, prout gloss. *in cap. licèt, in ver. committantur, de offi. Vicar. libro 6.* & videtur quòd non, per *dictum c. de offic. Vicar. libro 6.* tamen relictis disputationibus conclusio est, quòd possit, cum de consuetudine ita hodie observetur. Covar. *libro 3. cap. 20. n. 4. var. resol.* Diaz. *loco citato*, Confirmatur, per Concil. Trident. *sess. 13. cap. 4.* ubi loquens de actuali degradatione, quæ non imponitur ob grave delictum, tam Episcopum, quam ejus generalem Vicarium hoc posse facere, cum suis requisitis decernit, & sic cessant ea, quæ dicit Maranta *4. p. d. 5. num. 16.* quod à causis, in quibus requiritur speciale mandatum, prout criminalibus, beneficialibus, & aliis similibus, posset appellari à Vicario ad Episcopum, tamen propter Capitulum secundum citatum, & propter contrariam consuetudinem, & quia faciunt unum Consistorium, per *per cap. 2. de consuet. libro 6.* aliter concludunt Covar. & Diaz. *loco citato.* & Vicarius habet jurisdictionem ordinariam, Innoc. *in cap. tua nobis, de offic. Vicar.* sed non potest constituere alium Vicarium, Hostien. *in cap. Cleric. de offic. Vic.* Bald. *in Marg.* Inn. *in ver. Vic.* Host. *in Summ. tit. de offic. Vic. num. 2.*

Quartum dubium, an Vicarius generalis Episcopi possit substituere alium Vicarium? Respondetur quod ex causa ad modicum tempus, bene potest, Gloss. *in Clem. ut professores, in ver. locum, de Reg.* & gloss. *in cap. 1. de offic. Vic. libro 6.* & ibi Apostilla. Fon. Phil. Fran. decis. Rot. & addit. *ibi in novis. de offic. Vic.* Maranta *l. cit. num. 22.* Guid. Pap. *quæstio 374. n. 6.* similiter quando causa esset necessaria, vel quia infirmus, vel causa absentiæ pro modico tempore, & hoc intellige, si habeat hanc potestatem substituendi, quia secus non posset, Rebu ff. *loc. cit. num. 73.* Anch. *in d. cap. n. 2.*

Quintum dubium, an de causa delega-

ta Episcopo, possit cognoscere suus Vicarius generalis, & è contra. Die quòd non, per ea, quæ habet Rebuff. *ubi suprà, num.* 161. & ideò hodie de stylo Curiæ signaturæ solet committi Episcopo & Vicario generali, in hæc verba: *Venerab. fratri Episcopo N. & dilecto filio Vicario ejus generali.* Sed hoc ego intelligerem, quando committitur nudum ministerium, vel aliqua causa specialis, ubi eligeretur industria personæ, *cap. fi. §. fi. de offic. deleg. & c. fi. de off. ord.* secus verò, quando Episcopo committetur causa generaliter, per *cap. is qui, de prab.* nam delegatus à Principe potest subdelegare, *l. à judice, C. de judic. cap. fi. & cap. pastoralis, de offic. deleg. Sylv. in ver. delegatus, §. 8. n.* 10. *ver. primum*, & hoc quando Episcopus cui commissa erat causa, delegasset eam suo Vicario, secus verò non posset cognoscere de ea Vicarius, quia in tantum Vicarius potest cognoscere de causis delegatis suo Episcopo, quatenus vel committitur insolidum, vel alternativè, prout *suprà*, vel sibi ab Episcopo subdelegetur, prout patet *juribus vulgatis, cap. prudentiam, & cap. super quæstionem, de offic. deleg.*

Sextum dubium, Vicarius quando revocari possit, & ei notificanda sit revocatio, vide Boer. *dec.* 347. *numer.* 14. *ver totum.*

Septimum dubium, Vicarius Episcopi an possit esse Clericus conjugatus, etiam non bigamus? Respondet Anchar. *in ca. Romana, num.* 3. *de offic. Vicar. libro 6.* quòd non, nec compromissor in causa spirituali, & Abb. *in cap. 2. num. 2. de cler. conjug.* Sed potest esse Vicarius Episcopi habentis jurisdictionem, Fel. *in cap. 1. n. 6. col. 4. ver. fallit primo, de jud.* Zachar. *in additio. ad Abbat. litera A, cap. in nova, 16. quæst. 6.* Reb. *pract. ben. forma Vicaria Archiepiscopi, num.* 35.

Octavum dubium, Vicarius potest esse judex in causa Episcopi, nec quando datur suspectus, eliguntur arbitri, sed de stylo signaturæ datur adjunctus. Addit. *in decis. Rotæ, prima de offic. Vicar. in nonoviss.* Fel. *in cap. cùm venissent, num.* 8. *de jud.* & Bald. ab eo citatus, imò, si Vicarius recusetur ut suspectus, e causa suspicionis erit assignanda coram Episcopo, & non coram arbitris. Abb. *in ea. super quæstionem, de offic. deleg. §. quam verò*, & ibi Fel. *num.* 15.

VISITATIO.

SUMMARIUM.

1 *A quo fieri debeat.*
2 *Quando.*
3 *Quid visitandum.*
4 *Ad quòd se extendat generaliter.*
5 *Quid in ea agendum.*
6 *Quid accipiendum.*
7 *Visitator an habeat jurisdictionem ordinariam, vide* c. singulis de statu mon.

AD primum, relictis aliis, quæ erant de jure antiquo, à tribus personis Posse fieri visitationem, ab Episcopo per sei psum, vel per Vicarium generalem, vel per deputandum in visitatione, Con. Trident. *sess. 24. cap. 4. de reform.* & sub nomine Episcopi intelliguntur omnes habentes ordinariam jurisdictionem in

aliquos, ut patet *in tribus vulgatis*, & per Sylv. *in ver. visitatio.* §. *an Capitulum possit visitare, Sede vacante*, vide, & distingue cum Panorm. *in Clem.* 1. *num.* 10.

Ad secundum, respondetur, quod quotannis, si diœcesis non satis sit ampla, & lata, quòd si ita est, singulis annis majorem partem, ita ut totam biennio visitare non prætermittant, Covar. *loco citato, initio.*

Ad tertium, Archiepiscopus suam Metropolitanam, & diœcesim visitare potest, sed non Cathedralem, & Diœceses suorum suffraganeorum, prout disponebatur *in cap. Romana, de cens. libro 6. & ca. perpetuo, eod. titulo*, quæ modò per Concilium videntur reformata, & solùm habere possunt locum, causâ cognitâ in Conc. provin. propter absentiam Episcopi, vel negligentiam, vel aliquod huius generis, §. *sed aliud est*, 9. *quæst.* 3. *& ibi gloss. in ver. negligentia, & cap. conquestus, ibidem*, & Sylv. *in ver. visitatio*, §. 9. *ver. tertium.* & Sede vacante ob negligentiam Capituli, Abb. *in cap.* 1. *num.* 7. *ne sede vacante.* Nec obstat Concilium Tridentin. quia loquitur vivente Episcopo. Et attingendo solùm necessaria, dico primò, quod singulis annis visitare debent beneficia curata, etiamsi sint perpetuò unita, & annexa Cathedralibus collegiatis, seu aliis Ecclesiis, vel monasteriis, seu Collegiis, aut piis locis quibuscunque, Concil. *sess.* 7. *& cap.* 7. *de reform.* Secundò, Ecclesias, qualescunque, & quomodolibet exemptas auctoritate Apostolica, etiamsi sint sine cura animarum, quia Concil. dicit, & *cura animarum*, (si qua illis immineat) *ead. sess. cap.* 8. Tertiò, omnes Ecclesias sæculares, quæ nullius Diœcesis esse dicuntur, & hoc ab Episcopo Cathedralis Ecclesiæ, quæ est proximior, si id constet, alioquin ab eo, qui semel in Concilio Provinc. à prælato illius loci electus fuerit tanquam Sedis Apostolicæ delegato, non obstantibus, &c. *sess.* 24. *cap.* 9. *de refor.* & ista electio sen el facta à prælato, loci nullius diœcesis pro visitationibus, ligat etiam successores, ita censuit sacr. Cong. *declar.* 7. Quartò, monasteria, commendata, & abbatiæ, prioratus, & præposituræ nuncupatæ, in quibus non viget Reg. observantia. Quintò, beneficia, tam Curata, quam non Curata secularia, & regularia, qualitercunque commendata, & exempta tanquam Sedis Apostolicæ delegato, *sess.* 21. *cap.* 8. *de refor.* Sextò, Hospitalia, confraternitates, eleemosynas montis pietatis, & pia loca omnia, *sess.* 22. *cap. de reform.* Septimò, oratoria, in quibus celebratur de licentia Episcopi, vide *in ver. Missa*, §. 1. *cons.* 4. Octavò, Archipresbyteratus, qui est nullius diœcesis, debet visitari à viciniori Episcopo, hoc licitur à sacr. Concil. Trident. *sess.* 24. *cap.* 9. sed sacr. Congreg. clarè hoc definit *declar.* 274. *in meis.*

Primum dubium, quia dictum est in 3. & 4. membro, quòd Episcopus potest visitare omnes Ecclesias exemptas, & non curatas, an hoc extendatur ad Ecclesias Hierosolymitanorum, & videtur quòd sic, per dicta superiùs, verum oppositum censuit sacr. Congreg. *declarat.* 77. in hæc verba: *Ipsi verò Equites Hierosolymitani non, nisi quatenus obtineant beneficia curata, visitari possunt*, Pius V. *Bulla* 139. *qua incipit, Exposcit*, solùm in his, quæ

quæ concernunt curam animarum, & administrationem Sacramentorum.

Secundum dubium, an Confraternitates, quæ sunt intra Ecclesiã Regularium, & videtur primò, quòd sic, quia Con. non excipit. Nec obstat Bulla Pii V. quæ est 38. quia Greg. XIII. revocavit, reducens illam ad terminos juris communis, *Bulla sua* 1. Hostiens. *in Summ. tit. de offic. Ord. §. sunt autem quædam*, & Rebuff. *pract. benef. tit. quotuplex sit beneficium, num. 6.* ubi dicit, quòd capellæ fundatæ in Monaster. præsumuntur Regulares, nisi per sæculares teneri fint solitæ; *cap. cùm de beneficio, libro 6. de præb.*

Ad quartum, breviter respondetur, quòd tria, nempe ad personas, loca, & res. De primò habetur, *sess. 7. cap. 4. sess. 25. c. 6.* sed hic notandum est, quòd dicit *in d. cap.* sacr. Concil. ut videlicet initio cujusibet anni, &c. quia intelligi debet de capitulis exemptis à jurisdictione Episc. sacr. Congreg. *declarat.* 487. de secundis dictum est superiùs ad tertium: de tertio intelligitur de omnibus rebus ad Ecclesiam pertinentibus; quo fit, quòd Episcopus potest compellere Clericos ad ostendendum omnes titulos suorum beneficiorum, etiam quæ haberent extra suam diæcesim, propter rationem, quam tangit Gom. *in quæst. 9. col. 4. de ann. poss.* Ratio est, quia Episcopi officium est perquirere an aliquis sit beneficiatus. Caputaquens. *decis. 374. par. 2.*

Ad quintum, primò debet Episcopus per se, vel per alium alioqui idoneum proponere verbum Dei, & semper dum visitare, pascere gregem suum prædicationibus, & sermonibus, quod annuit sacr. Concil. *loco citato, §. visitationem.* ubi dicit, causam finalem, & scopum ipsius esse, sanam, orthodoxamque doctrinam ad imitationem Salvatoris nostri, qui volens visitare nos oriens ex alto, quando venit illa beata plenitudo temporis, incœpit à sancta prædicatione, ut *Matth. 4.* vix egressus à deserto dicit: *Exinde cœpit Iesus prædicare, & docere, Marc. cap. 1. Venit Iesus prædicans Evangelium Regni Dei, & Luc. cap. 4. & Ioan. 1.* & mittens Apostolos suos, tanquam Episcopos, visitatores totius orbis terrarum. *Matth ult.* inquit, *Ite, docete omnes gentes*, & *Matth. ult. Ite per universum mundum, prædicate Evangelium*, & D. Paul. *ad Timoth. 2. cap. 4. Prædica verbum*, &c. *& in cap. placuit, 10. quæstio 1.* ubi dicitur, postquam consumpta erit dies prima circa eruditionem clericorum, alia die Episcopus convocata plebe ipsius Ecclesiæ doceat eos, ut errores fugiant; & *in ca. Romana. §. hanc, de cens. libro 6.* dicit Innoc. IV. sanè hujusmodi impensurus officium, proposito verbo Dei, Sylvest. *in ver. visitatio, §. 4.* & est communis opinio, & ego scio quantum fructus afferat prædicatio verbi Dei diebus visitationis, quam alia extravagantia, quæ fieri solent à visitatoribus, sed ipsi viderint, & hoc vidi observari, & audivi à quam plurimis Prælatis piis, qui modò sunt in alia vita, fruentes fructibus suorum laborum, hoc idem *in cap. procurationes, ver. porrò, extra de cens.* Hostiens. *in Summ. tit. de offic. Ordin. § sunt autem quædam*, & Inn. *in cap. Romana, num. 2. de cens.*

Secundò, circa clericos personasque Ecclesiasticas inquirere debent juxta serie[m]

seriem, *cap. placuit*, 10. *quæst.* 1. & *dict.* §. *sanè*, quoad mores inquirere, & interrogare debent sigillatim singulos clericos, ut quisque deponat circa vitam alterius, etiam cum juramento, ut notat gloss. *in dict.* §. *sanè*, *in verbo coactione*, & Sylvest. *in ver. visitatio*, §. 6. *ver. quartum*, & *in ver. inquisitio*, *num.* 15. *num.* 9. *ver.* 4. & *in cap. de offic. ordin.* & *in l. congruit*, *de offic præsid.* illa inquisitio debet fieri eo ordine, quo insinuat Soto *libro de rat. teg.* & *deteg. secr.* 2. *quæst.* 6. *concluf.* & *inf.* Bar. *in l.* 2. *ff. ad l. Iuliam*, post gloss. *in* §. *si publico*, & *in Extravag. ad reprimend.* & Canonistæ, *in cap. inquisitionis*, & *cap. qualiter*, & *quando*, *de accusat.* & *cap.* 1. *de offic. ordin.* & *in dict.* §. *sanè*, gloss. & in Extravag. *Execrabilis*, Ioannis 22. *de præb. in fine in ver. inquirere*, & potest eos cogere per excommunicationem ad dicendam veritatem, Innoc. *loco citato num.* 5.

Primum dubium, an prælati scientes aliquid contra aliquem per justam visitationem inquisitionis, possunt procedere ad castigationem illius, ob hanc informationem? Respondetur primò, quod si est merè occultum, ut quia per confessionem sciverunt, vel denuncians dicat hoc solùm se, vel alterum scire, Soto 4. *Sent. dist.* 18. *quæstio* 4. *art.* 5. *col. fin.* & tunc non possunt, nec secrerè, nec publicè illum castigare, patet *in dict.* § *sanè*, & Sot. *loco citato*, *in* 2. *conc. dub.* 1. *in princip.* Diaz. *in pract. crim. Can. cap.* 6. ubi dicit, quòd de occulto crimine, Prælati Ecclesiastici non permittant accusari clericum, nisi sufficiente probatione per delatorem: ergo deficiente delatione, & probatione non poterunt procedere ad ulteriora, Flor. *Theol.* 4. *Sent. tract. de corre. fraterna art.* 3. 1. *concl.* & §. *hinc pessimè*, Covar. *libro* 1. *cap.* 2. *num.* 6. *ver.* 6. *var. resol.* Hostiens. *in Summ. titul. de offic. ordin.* §. *quid pertinet*, *ver. occultos peccatores*, *num.* 7. Si verò adest denunciator, sed non potest probari, ut quia solùm duo sciunt, & dicunt se nolle deponere in scriptis (quia non sunt cogendi ad hoc, per *dict.* § *sanè*, & Abb. *in cap.* 1. *in gl.* 1. *de off. ordin.* & Aretinus *in ca. qualiter*, & *quando*, *il.* 2. *col.* 3. *de accus.*) tunc per pœnitentiam, & correctionem salutarem debent illos corrigere, Maran. 6. *par. tit. de inquisit. num.* 14. & § *sanè*, ubi dicitur, ad ipsorum emendationem per salutaria monita, nunc levia, nunc aspera, &c. sed caveant ipsi visitatores, ne dent pœnitentiam publicam ex his, quia hoc esset contra charitatem, & infamarent illum, & esset peccatum mortale gravissimum, Gemin. *in dict.* §. *sanè*, vide Innoc. *in cap. inquisitionis*, *num.* 1. *de accusat.*

Tertiò, si potest probare, ut quia de aliqub? orta fuerit infamia, vel notorietas, tunc poterunt procedere via ordinaria ad emendam, vide *in dict.* §. & *cap.* 1. *de off. ordin.* Marant. *loco citato*, *n.* 86. Felin. *in cap. his*, *ver.* 4. *limita. de accusat.* & si Episcopus circa hoc erit negligens, Archi-Episcopus sufficit, nec hoc est reformatum per Concilium Tridentinum, *sess.* 24 *cap.* 20. *de reform.* & *sess.* 13. *cap.* 1. *de refor.* ut dictum est *in ver. appellatio.* Interea videatur gloss. *in cap. pastoralis*, *in ver. excepi. de off. ordin.* & ad hanc inquisitionem clericorum faciendam in visitatione, non solùm personæ ecclesiasticæ

sunt

sunt audiendæ, verum laici hortandi, prout patet *in Rubr. Pontificalis, de visitatione*, limitatur primùm dictum non procedere in casibus exceptis, quos refert Soto. *loc.cit.* & Foller. *Theol.* & D. Th. 2. 2. *quæst.* 68. *art.* 1. *in corpore, & ad tertium, & quartum*, 70. *art.* 1. *ad secundum, & 4. quæst.* 33. *art.* 7. *in corpore, & ad quintum*, Navar. *c.* 25. *num.* 32. *& inf. notab.* 6. *&* 7. ex quibus locis non solùm prælati, ipsi inquirentes, verum subditi denuntiantes poterunt colligere, quando hi possint, & debeant denuntiare, & illi, vel secreto corrigere, vel publicè castigare, & ea quæ Episcop. seu Visitator inquirit per inquisitionem generalem in visitatione, potest postea punire per inquisitionem specialem, Navar. *cons.* 10. *de offic. ordin.* sed vide *cons.* 5. *de accusat.* Vide Gemin. *in cap. quia plerisque ver. item sit talis inquisitio, de offic. ordin. lib.* 6. ubi habes quando agitur de imponenda pœnitentia pro medicina animæ, vel temporali. Vide eundem *in cap. non est, ver. quæro an, de consuetud. eod. lib. & in* 2. *p. in ver. inquisit.* §. 3.

Præterea, debent quanto citius possunt se expedire, ne gravent subditos suos expensis: nam in Conc. *Toler.* 7. *cap.* 4. & habetur *in cap. inter cætera, ver. cum verò*, 7. *quæst.* 3. disponitur, ut una die solùm commoretur in visitatione uniuscuiusque Basilicæ, & *cap. placuit*, 10. *quæstio* 1. duobus diebus, uno pro constructione cleri, altero pro populo, *cap. cum Apostolus, initio, in versic. quo circa de cens.* & Concilium *Trid. loco citato*, dicit, studeant quàm celerrimè, debita tamen cum diligentia, visitationem ipsam absolvere, & ne se occupent aliis negotijs ad visitationem haud pertinentib, sed laborare debent assiduè, ad hoc, ut quantò citiùs terminetur visitatio, alioquin ad restitutionem tenerentur, si subditi plusquàm solitum est, expenderent, & habetur exemplo D. Paul, 1. *ad Thessal. cap.* 2. *& secunda, cap.* 3. *&* 2. *Cor. cap.* 20. *& cap. cavendum*, 10. *quæstio* 3. & gloss. *in cap. cùm Apostolus, de cens. in versi. consument*, & ne laborent parum manè, & parum vesperi, sed imitari debent summum omnium Pastorem, & Episcopum animarum nostrarum, *Ioann. cap.* 4. quando defatigatus ex itinere, sedebat supra fontem, & erat hora quasi sexta, & *cap.* 8. diluculo venit in templum, *& Luc. ca.* 6. pernoctabat in oratione Dei, & vide rarè dictum D. Ber. Non bene manent membra delicata sub capite spinoso: nec est major servus domino suo, *Ioan. cap.* 15. & sac. Congreg. *declar.* 445. *in meis*, censuit in facto pro capitulo Grandicensi, in hæc verba: An Episcopus teneatur suã visitationem concludere intra certum & determinatum tempus, juxta latitudinem suæ diœcesis, & particulariter suam Ecclesiam Cathedralem, & suos Capitulares juxta numerum clericorum, qui parvus est, & Civitas, similiter, & si teneatur, ei assignetur terminus, Congregat. Con. censuit nullum certum tempus fuisse præfixum à Con. sed id relictum arbitrio Episcop quod tamen debebit, esse moderatum, & discretum.

Ad sextum, solam procurationem potest recipere à visitatis, quæ quidem procuratio nihil aliud est, nisi victus illius diei, quo visitat, quæ sunt esculenta, & po-

culenta, ita *juribus vulgatis*, & Conc. dicit, exceptis tamen victualibus, quæ sibi ac suis frugaliter moderateque pro temporis tantùm necessitate, & non ultrà, erunt ministranda, & *dict. cap. Romana*, §. *procurationes*, dicit, quod in victualibus expensas tantùm recipiat moderatas, quæ procuratio non potest præscribi, ut patet juribus vulgatis, ratio est, quia obnoxius Episcopi jurisdictioni, tenetur ad procurationem, Abb. *in Clem. cùm sit, num. 2. de cens.*

Primum dubium, an possit recipere aliquod munus, ut fructus, pisces, caseũ, &c. & quid simile, quod tamen non exiret à mensa, sed in illa comederetur? Respondetur primò, quod Concilium dicit, solum illud esse ministrandum quod requiritur pro temporis necessitate, & sic cùm ista non sint necessaria, non posse recipi. Secundò, quòd possunt recipere, modò comedantur ibi, & non extrahantur. Ratio est; quia dum comeduntur illa, non consumuntur alia. Tertiò, quòd intentio Concil. est auferre gravamina, & munera, & non istas minutiarias. Quartò, quia nulla lex obligat cum tanto rigore, & lex Domini est jugum suave, & de istis minimis parum curatur. Quintò, Phil. Fran. *in dict. c. 3.* concedit ea posse recipi, quæ comeduntur ibi, nec asportantur aliò, idem Inn. Io. Andr. Host. & Apostillat. *in cap. exigit, in ver. munera, de cens.* & Anc. *in cap. 1 num. 7. ver. 15. de cens. lib. 6.* dicit, posse ista recipi, & asportari etiam. Sextò, dicerem, quòd melius facerent nihil accipiendo, juxta illud *Isaiæ cap. 33. Solvas manum tuam, ab omni munere. & cap. sunt nonnulli, 1. quæstio 1.* & illud Davidicum: *Munera super innocentem non accepi*, Anchar. *ubi suprà*, & sic vidi observari à Prælatis pijs, facit illud D. Aug. *super* Ps. *De profund.* Minuta sunt, sed si congeres multa minuta, facies ingentem acervum, gl. *inca. exigit, in ver. munera, de cens. libro 6.* & sic cessant, quæ à simili dicit gl. *in cap. statutũ, in §. insuper, in ver. paucis, de rescript. libro 6.* vide omnino Dynum, *in cap. certum, num. 5. de reg. jur. libro 6.* ubi optimè hoc declarat, & Gem. *in cap. si Episcopus, de offi. ordin. libro 6. in 2. notab.* dicit, quòd appellatione expensarum victualium comprehenduntur illæ, quæ consistunt in victu, non autem illa quæ concernũt alia necessaria personæ; putà, si vellet visitator sumere medicinam, vel aliqua extra victum.

Secundum dubium, an id, quòd pro victum sibi necessarium contingebat, possit in pecunia taxare visitator? Respondetur negativè, quia in optione visitatorum hoc reliquit sacr. Con. & non visitantium, *loco citato, ver.* sit tamen in optione eorum, qui visitantur, si malint solvere id quòd erant de ipsis soliti certa pecunia taxata, an verò prædicta victualia subministrare, *c. fœlicis, de cens. libro 6. Extravag. unica, de decim.* Sylvest. *loco cit.* §. 5. & sic correctum est *cap. exigit, de cens. libr. 6.* ubi hoc prohibebatur: verùm si in pecunia malint visitati solvere, quantum debeat quilibet parochialis, seu basilica? Respondetur ex Con. Tolet. 7. *can. 3.* & habetur *cap. inter catera, in qu. 3.* quòd non ultra duos solidos, quorum summa quanta sit, vide *in ver. alienatio, §. 6. & in ver. jus Cathedralium*, & pro pecunia

pecunia, intellige omnia, prout Anchar. *in cap. Fœlicis, de censib. libro 6.*

Tertium dubium, quòd si visitator non haberet equitaturas ad equitandum, sed veller, ut subditi sibi equitaturas ministrẽt, an teneantur? Respondetur negativè, ex Inn. & Anchar. Phil. Fran. *in dict. §. procuratione, num. 1. libro 6.* & gloss. *in cap. si Episcopus, in ver. providere, de offic. ordin. eo libro* D. Anton. 3. *p. tit. 20. cap. 5. §. 5.* idem Anchar. *in dict. cap. num. 1.* tamen *in cap. 1. de cens. eo libro* ex mente Io. And. dicit posset recipi à visitatis expensas pro vecturis, & ferraturis equorum, etiamsi deperderet equum, & si reciperet equitaturas ad vecturam, *Episcopus* solvere teneretur, & non visitati. Nec obstat *Extravagans* Bened. XII. incipiens: *Vas electionis, sub tit. de cens. in ver. huiusmodi,* ubi vult numerum personarum, & vectionum expensis visitatorum subjacere; quia intelligitur de victu præstando ipsis personis, & vectionibus, imò dicta *Extravagans* facit pro dicto nostro dũtaxat, & ultra taxam ponit pœnas, de quibus *ibi, cap. cum ad quorundam, de excess. prælat.* Syl. *ubi suprà, §. sextum, ver. primum.* nec valet dicere: quia loquitur quando per alium visitat *Episcopus*, quia Doctores intelligunt, quando etiam & per seipsum, per regulam, *qui per alium,* idem Asten. *libro 6. tit. 53. art. 4. circa ult.* Et ratio assignatur à Gem. *in dict. cap. si Episcopus, not. 2.* ubi dicit: Nota, quod appellatione expensarum victualium, comprehenduntur illa, quæ consistunt in victu, non autem illa, quæ concernunt alia necessaria personæ, verbi gratia, si visitator ægrotat, non tenentur visitati ministrare ea, quæ sunt necessaria infirmitati; primò, quia victualia debentur, dum visitat, sed dum ægrotat non visitat, si diceret, potest dum jacet in lecto, etiam per suum Vicarium visitare? Respondetur, quòd tunc Vicario visitanti, & non Episcopo ægrotanti deberent præstari victualia. Secundò, etsi ipsi ægrotanti, tamen solùm pro victualibus, non autem pro medicinalibus & aliis personæ necessariis, & maximè quando infirmitas protraheretur per prædicta.

Quartum dubium, an secretarius, vel scriba possit aliquid recipere pro suis laboribus scribendo, & transcribendo, vel dando copiam ipsius visitationis, gloss. *in dict. §. procurationes, in ver. officio,* dicit negativè D. Ant. *loco citato* dicit, quòd sic, nisi haberet salarium ex publico, *argum. cap. Ecclesiasticis, & cap. Ecclesiarum 12. quæstio 2.* confirmatur sententia D. Ant. à simili, quod dicit Conc. Trid. *sess. 21. cap. 1. de reform.* & dicit hanc esse opinionem Host. & Inn. & sic vidi observari in praxi; hoc idem confirmat Navar. *consilio primo, de censibus.*

Quintum dubium, an quando Episcopus visitat per alium, teneantur visitati ad omnia ipsis visitatoribus, ac ipsi Episcopo, si visitaret? Respondetur affirmativè, *cap. si Episcopus, de offic. ordin. lib. 6.* sed ipsi Episcopo nihil, tam si visitabit per alium, quàm si nullo modo visitat, *dict. cap. in fine. & ibi gloss. in ver. debebit, c. cùm venerabilibus. de cens.* gloss. *in cap. procurationes, in ver. personaliter, de cens. per cap. inter cætera, de offic. ordin.* Host. *in Summ. tit. de cens. §. patet, num. 20.*

Sextum dubium, quòd si Episcopus

visitaret unam parochiam, vel sibi contingeret procuratio una, & si duas una die, an duæ procurationes? Respondetur quòd una tantùm, quia tam jura antiqua, quam novissima, victui necessaria visitatibus solum contulerunt, quia id solùm erat necessarium fundamentum in jure divino, *Non alligabis os bovi trituranti*, & illud Apost. 1. *Corinth.* 9. relatum *in cap. si Episcopus, de off. ordin. libro 6. a beo metuntur temporalia, per quem spiritualia seminantur, cap. ciem ad quorundam, de excess prælat.* Sylv. *loco citato*, §. 5. facit *cap. procurationes*, ubi habetur ne numerus procurationum excedat numerum dictum, *& cap. cùm venerabilibus, de cens.* ubi habetur, quòd visitationi est annexa procuratio, & si secus visitatores facerent malitiosè procrastinando, ad lucrandas procurationes, vel à duabus parochiis unica die visitatis duas, tenerentur ad restitutionem, Deumque haberent ultorem, per dicta *superiùs ad 4.* & per ea, quæ dicit Navar. à simili, de medico, & advocato, *cap. 25. num. 64. & 30.* & gloss. *in Clementina 2. in ver. una die, de cens. & cap. fœlicis, eod. tit. libro 6. circa finem*, bene verum est, quod ipsi visitati possunt dividere expensas faciendas, & solvendas visitatoribus inter se.

Septimum dubium, an Episcopus, vel alius visitator possit accipere procurationem ab aliis Ecclesiis, & piis locis visitatis? Respondetur, quod sic, etiam à Civitatensibus, & aliis beneficiis ecclesiasticis, *capitul. venerabili, de cens.* etiam à monasteriis monialium exemptarum Abbas. *in Clem. attendentes, num. 12. de stat. Monach.* hoc fallit, primò in Hospitalibus, & aliis locis leprosariorum, & morum Dei, pauperum, & infirmorum, Feder. de Senis *consilio* 105. Sylvest. *in ver. Hospitale, num. 16. §. 9. ver. quintum*, Ratio est, quia nec tenentur ista Hospitalia ad decimas, gloss. *in Clemen. finali. in ver. beneficiorum, ad primum quæsitum, de decim.* Decis. *consil. 156.* & Hospitalia ego intelligerem, juxta dicta superiùs, *in versic. Seminarium*, §. 5. quando darentur in commendam, &c. quia tunc tenerentur ad dictas procurationes. Fallit secundò in Ecclesia paupere, quia debet gratis visitare. Sylv. *loco citat.* §. 5. & Astens. *ubi suprà circa ultimum*, nec quando visitati ipsum visitatorem procurare non possunt, putà propter paupertatem, quia tunc ipsemet sibi provideat, *cap. cavendum*, 10 *quæstio 3.* Host. *in Summar. tit. de off.* Archid. §. *quòd si, ejus officium, num. 4.* secus si essent beneficia tenuia, quia sacr. Congreg. *declar. 526. in meis*, censuit in hæc verba: *Quòd beneficia omnia eximantur ab onere procurationis domini, dixerit, quæcunque officia, etiam tenuia, pro rata ad procurationem teneri.* Pro his omnibus facit quòd notatur *in capitulo, statutum*, §. *insuper*, & ibi Gemin. *in principio*, ubi habetur, quòd Delegatus Apostolicus nihil debet accipere à personis pauperibus litigantibus.

Octavum dubium, an ista procuratio possit præscribi? Respondetur negativè, *cap. cum instantia, de sensibus, c. cum ex officij, & capitul. accidens de præscript.* gl. *in capitulo, cum non liceat, in ver. non obstante, eod. tit.* gloss. *in Extravagan. Execrabilis*, Ioann. XXII. *sub tit. de prebend.*

bend. in fine, in ver. procurationes, secus teneantur præstare istam procurationem visitatoribus, ita Concilium Trident. *ibi in ver. in iis verò locis, seu provinciis, gl. cit. Extravag.* quæ ratio diversitatis præscriptionis, & consuetudinis, vide gloss. *in c. cum in tua sit, in ver. consuetudo, de consuet. libro 6.* & Covar. *libro 1. cap. 17. num. 8. ver. 4. & 10. var. resol.* Hostien. *in Summ. titul. de offi.* Archid. §. *quòd si eius offi, num. 5.*

Nonum dubium, quid faciat Visitator, cum invenerit Ecclesias dirutas? Respondetur, primò distinguendo: nam aut possunt reparari suis introitibus, & tunc beneficiati ipsarum sunt compellendi ad eas reædificandas, Abb. *in c. 1. num. 1. 2. 3. 4. de Eccles. ædifi.* si verò laborent inopia, quia reparari nequeant, vocatis iis, quorum interest in matrices, aut alias Ecclesias arbitrio suo, atque in eisdem Ecclesiis erigant altaria, vel Capellas sub eisdem invocationibus, vel in iam erecta altaria, vel Capellas transferant cum omnibus emolumentis, & oneribus prioribus Ecclesiis impositis, Conc. Trident. *sess. 21. capit. 7. de reform.* & hoc ampliatur etiam ad Ecclesias parochiales juris patronatus, Conc. *ibid.* modò ubi erat Ecclesia vetus, erigatur crux. Et quia posset dubitari, an liceat Visitatori, sive Episcopo, illas Ecclesias profanare, stante magna inopia, & fortassis loci indecentia, respondetur ex eo. Con. *loco citato, circa ultimum*, id posse fieri, sed videat, ne in sordidos usus faciat illas convertere, verùm passim vidi in civitatibus magnorum Archiepiscopatuum ex causa rationabili profanari Ecclesias, & vendi, & emptores ibi ædificare domos, & quicquid velint, & sacr. Congregat. 241. censuit in hæc verba, *Ordinarius non debet sine causa profanare Capellas, & si aliquam causam profanandi habuerit, earum cæmenta potius sunt attribuenda Ecclesiæ, quæ est caput dictarum capellarum, quam alteri.* Secundò parochialis verò Ecclesia si ob inopiam non posset reparari, parochiani sunt compellendi, nec propter hoc possent usui parochiæ renunciare, Abb. *in dict. cap. 1. n. 4.* quid si nec parochiani nolint, vel non possunt eas reparare? sacr. Congr. censuit in hæc verba, *declar. 276. in mens: Si populus nolit Ecclesiam, quæ minatur ruinam, restaurare, ea debet penitus diruì.* Præterea prælatus posset ex causa, non solùm profanare immobilia Ecclesiæ. Nav. *de spoli. §. 18. num. 10. ver. 3.* & potest vendere lapides altarium vel Ecclesiarum destructarum, & sic ligna, trabes, & alia hujusmodi, Navar. *loco citato, num. 21. ver. 2.* faciunt quæ dicit Iason. *in l. 2. nu. 16. ver. ad ista*, vide de jure emphyt. & nos dicemus *in 3. p. in ver. Ius patronatus, de patronis*, in reparatione Capellæ juris patronatus.

Decimum dubium, dubitare posset quis, an ista translatio Ecclesiarum vetustate collapsarum, facta ad alias Ecclesias, prout *supr.* dicatur unio? Respondetur ex verbis sacri Conc. patere respondetur, quòd non, sed potiùs dicit trãslationem, quia beneficia tunc dicuntur unita, quando incorporantur ad invicem, & confunduntur, & efficitur unum corpus, ut dicit Gom. *quæst. 25. in reg. de ann. poss.* & beneficium unitum perdit nomen

neficium, sicut ante unionem, Rebuff. *pract. benef. in for. nov. provis. super verba, cum annexis, ver. etiam.* sed ista translata remanent distincta cum invocationibus, introitibus, emolumentis, & oneribus distinctis; ergo non potest dici unio, hoc dixi, quia vidi quendam Reverendissimum Archiepiscopum in hoc trepidare, per *cap. sextum, sess. 7.* Conc. Trident. *de reform.* ubi jubet revideri uniones, prout *ibi* quia cap. illud non loquitur de istis translationibus, nec de unionibus factis per ordinarium. Primò, quia in unionibus factis coram Ordinario, non est opus Episcopum uti auctoritate delegati sedis Apostolicæ, ut ibi disponitur, sed sufficeret uti auctoritate Ordinarij. Secundò, quia subreptio non cadit in Ordinarios per rationem dictam à Sylvest. *tract. de beneficio, 3. p. quæst. 12. num. 19.* Gom. *in quæst. 9. de an. poss. & quæst. 58. de trien. possess.* sed solùm in Papam, *cap. si motu proprio, cap. non potest, de præbend. lib. 6.* & in Legatum à latere, *Clem. fin.* & ibi gloss. *in ver. legata, de off. ordin.* sed ibi fit mentio de surreptione vel obreptione, ergo non loquitur de unionibus factis ex impetrationibus Sedis Apostolicæ, & istas ult. sacr. Conc. revidere, cùm sæpè sæpius obreptitiæ, vel subreptitiæ impetrentur, Abb. *in Clem. 2. num. 4. 5. & 6. de offi. Ordin.* quia provisiones factæ ab Ordinario non possunt oppugnari de subreptione, Caputaq. *dec. 406. par. 2.* facit quòd notat Gemin. *in cap. fin. & ibi Gloss. in ver. mentio, de offi. leg. libro 6.* ubi collationem beneficii factam ab Ordinario tacito beneficio priori, non esse subreptitiam, sicut factam à Papa, vel Legato Apostolico ob rationem allegatam à nobis; quid de altaribus, quæ reperiuntur in agris, vel viis, an debeant per visitationem demoliri, vide *in ver. altare, §. 10.* Rebuff. *in tit. de unn. nu. 48.*

Undecimum dubium. Reperiuntur interdum aliqua beneficia, quæ sunt nullius Diœcesis, petitur, num debent ab aliquo Episcopo visitari? Respondetur ex declaratione sacr. Congreg. 183. quòd beneficia nullius Diœcesis debent visitari à viciniori Episcopo, & id ab eodem faciendum est, non solùm in capite, sed etiam in membris, idem *declar. 203.* censuit de collegiatis in hæc verba, *Collegiati nullius Diœcesis visitari debent à viciniori Episcopo.*

Duodecimum. Reperiuntur quædam Abbatiæ commendatæ, in quibus Commendatarius habet territorium, ubi exercet Episcopalem jurisdictionem, dubitatur, an possit, & debeat visitari ab Episcopo Diœcesis, intra cujus ambitum dicta commenda reperitur, & videtur, quòd sic, per dicta *superiùs, §. 3. & 4.* tamen oppositum vidi practicari, practicavi in Abbatia S. Angeli ad Fasanellam, visitando illam ex commissione Illustrissimi Cardinalis Gesualdi Commendatarij, & sic reperi observatum fuisse à prædecessoribus commendatariis, nec eam audivi visitari ab Episcopo Caputaq. intra cujus limites est sita dicta Abbatia, cætera de visitation. vide in tractatu Ioan. Fran. de Pavinis, & Pap. Pucino Episcopo Sarensi, ego tantummodo volui attingere practicabilia.

Ad septimum, vide Bal. *in cap. singulis, de stat. monach.* cætera vide *in 2. ac 3. par-*

te,

te, hoc verbo *Visitatio*, ubi quamplurima habebis pro practica quotidiana, tam ex declarationibus sacratum Congregat. quam ex Bulla summ. Pontificis.

VOTUM.

PRimò, utrum cum eo, qui vovit nunquam nubendi, posset dispensare Episcopus. Prima opinio, Navar. *cap.* 22. *n.* 85. & Flor. Theol. 4. *Sent. tract. de voto, art.* 2. *difficul.* 71. non posse, imò Navar. *loco citato*, quòd de stylo Curiæ non sine magna difficultate & causâ in eo dispensatur, Caiet. *ibidem in* 3. *Tomo opus. in quæst. pen. de hoc.* Secunda opinio est ejusdem Navar. immemoris sui ipsius, *cap.* 11. *num.* 76. Soto *libro* 7. *q.* 2. *ar.* 1. *ad tertium, argum. de just. & jure, & in* 4. *Sent. dist.* 38. *quæst.* 2. *art.* 1. *conclus.* 1. *in fine*, Sylv. *in ver. votum, quarto, in fine*, isti dicunt posse, & ita ego tenerem. Ratio omnium est, quia votum de non nubendo non est votum castitatis. Secundò, quia sumus in pœnalibus, hoc etiam tenet Angel. *verb. votum* 4. §. 9. ita etiam votum de non tangendo mulierem libidinosè, non est votum castitatis, & sicut in hoc, ita in illo potest Episcopus dispensare, Navar. 1. *conf.* 42. *de voto.*

Secundò, utrum si quis vovit centum alicui Ecclesiæ, possint illa centum auctoritate superioris in aliam Ecclesiam commutari? Affirmativè respondet Caiet. *in tertio Tomo opusc.* Flor. Theol. *loco citato* 2. *p. tract. de voto difficul.* 6. *conclus.* 2. *dub.* 2. *art. ult.* & ratio est, quia primæ Ecclesiæ nondum aliquod erat acquisitum jus, cætera vide in Doctoribus. Idem Navar. *tract. de reddit. Eccl.* 41. *mon.* 60. *num.* 1. quia non est donatum, seu votum irrevocabiliter, sed est locus pœnitentiæ. D. Th. 2. 2. *quæst.* 88. *art.* 5. *& in* 4. *Senten. dist.* 38. *quæst.* 1. *art.* 1. *ad quintum.* & Navar. *conf.* 38 *de voto.*

Tertiò, votum factum à defuncto tenetur hæres adimplere, Abb. *in cap. licet, num.* 4. *de voto*, Host. *in Summ. de voto*, §. *& utrum, ver. sed nunquid hæres.*

Quartò, vovens ingredi religionem arctiorem, potest per Episcopum dispensari, ut laxatiorem ingrediatur. Navar. *conf.* 41. *de Regular.*

Quintò, Ordinarius potest ex causa dispensare super voto simplici castitatis, putà ex periculo incontinentiæ, Navar. *loco citato, conf.* 42. *num.* 7.

Sextò, vota commutandi quænam sint causæ potissimæ assignandæ? Respondetur primò, quòd levitas vovendi, secundò, perturbatio animi, tertiò, gravis ætas, quartò periculum, quintò, mutatio complexionis, sextò, mutatio status, & alias causas poteris videre *in conf.* 4. *&* 22. *de voto.*

Septimò, utrùm votum sacerdotandi, vel presbyterandi possit commutari ab Episcopo vel Episcopalẽ auctoritatem habente? Respondetur affirmativè, eo quòd non sit votum castitatis, nec religionis, Navar. *loco citato conf.* 19.

UNIO.

SUMMARIUM.

1 *De unione beneficiorum videnda sunt hæc, primum, utrùm parochiæ possint uniri ad invicem.*

2 *An possint unire Cathedralibus, vel Canoniis collegiatis.*
3 *An parochiales Ecclesiæ possint redigi in beneficia simplicia.*
4 *Quando reperiuntur unita in Cathedralibus, vel collegiatis, & c. quid agendum sit ab Ordinario.*
5 *Quando unita sunt juri patronatus.*
6 *Uniones omnes, quãdo, & quomodo revideri, reformari, & annullari possunt ab Ordinario.*
7 *Quæ beneficia possunt uniri, & an antequam vacent, & cui.*
8 *Quibus nullo modo parochiales, sive quælibet beneficia sint unienda.*
9 *Quomodo debeat fieri unio.*
10 *An in unionibus istis requiratur consensus Capituli.*
11 *An hoc possit Capitulum Sede vacante.*
12 *Quot modis fiat unio.*
13. *An Ablates, vel inferiores Prælati, habentes Ecclesias pleno jure, possint unire Ecclesias, vel hoc præscribere.*
14 *Quot modis dissolvatur unio.*
15 *An unio possit fieri ad tempus.*

AD primum, dictum est suprà *in ver. parochia. §. 6. de multiplic. paroch.* modò de vnione dicendum, de qua sacr. Conc. *sess. 25. cap. 3. de reform.* ita disponit: Episcopum tanquam Sed. Apost. deleg. posse (sine tamen præjudicio obtinentium) facere union. perpet. quarũque Ecclesiarum parochialium, & baptismalium, etiamsi dictæ Ecclesiæ, vel beneficia essent generaliter, vel specialiter reservata, vel qualitercũquæ affectæ, idem *Clem. secunda, de reb. Eccl. non alien. cap. unico*, 10. *quæstio 3. cap. sicut unire, & excess. prælat.*

Ad secundum respondetur, quòd non sine summi Pontificis auctoritate, ita sac. Conc. *sess. 24. cap. 13. de reform.* & sic videtur correcta decisio Rotæ 1. *de offic. leg. in novis.* vide Abb. *in cap. exposuisti, num. 1. de præbend.*

Ad tertium, Conc. *sess. 25. cap. 16 de reform.* tria disponit. Primum, ut beneficia sæcularia ecclesiastica, quæ curam animarum habent qomodo cunque, non possint converti in simplex beneficium, etiamsi assignetur Vicario perpetuo congrui portio. Secundum, ubi sic ab immemorabili tempore contra earum institutionem animarum cura in perpetuum translata est, si eidem Vicario non fuerit assignata portio, ea quamprimum arbitrio Ordinarii assignetur, prout aliàs, *sess. 7. cap. 7. de reform.* statutum est, *Clem. 1. de jure patron.* Tertium, si id commodè fieri non potest, vel intra terminum ibi præfixum, succedente vacatione, redibit ad priorem statum, i. ad curam animarum cum parocho suo, & restituitur in antiquum statum, & si cessat nomen Vicarii, facit glossa *cap. licet Canon. in ver. parochialis, de elect. libro 6.*

Dices, *in c. 7. sess. 21.* ubi censet parochiales collapsas, etiamsi juris patronatus fuerint, si non possunt instaurari ex fructibus & proventibus quibuscunque ad easdem Ecclesias quomodocunque pertinentibus, vel parochianorũ symbolis, si nimia egestare laborent, ad *Matrices*, seu viciniores *Ecclesias* transferantur, prout dictum est *superiùs. in ver. visitatio, dub. 9.* & sacr. Congreg. *declarat.* 306. censuit

in

n hæc verba : *Si populus nolit Ecclesiam restaurare, quæ minatur ruinam, ea debet penitus dirui, & in alia declarat. quæst. 249* pro reparatione parochialium Ecclesiarum servanda sunt decreta sacr. Conc. *sess. 21. cap. 7. §. parochiales*, nec pro reparatione prædicta sequestrandi sunt fructus necessarii pro victu parochi : accedit præterea, quòd in aliquibus locis parochiales sunt intra nemora, distantes ab habitationibus, & propterea transferri oporteat eas intra habitationes, & in facto facilè contingit. Ad hæc omnia respondetur, quòd non contradicunt dictis sac. Conc. nam solùm negat, & prohibet parochiales converti in beneficia simplicia, non autem translationem illarum pro majori populorum utilitate, Ecclesiarum decentia, & Sacramentorum commodiori, & faciliori administratione, & quando sic translata fuerunt, transeant cum onere suo, nec propterea sit beneficium simplex, & qui voluerit ad illam assumi, subest decreto sac. Conc. prout dixi *in ver. parochia, & cap. licèt Canon.* Staph. *de lit. grat. fol. 77. num. 3.* & quot modis possit fieri unio, vide gloss. *in c. 1. in verbo unienda, c. ne sede vacante, sicut unire de excess. prælat.* Staph. *loco citato. fol. 146. num. 7. & infrà*, gloss. *in cap. & temporis qualitas, 16. quæst. 1. in ver. unio.*

Ad Quartum respondetur, ad hoc providisse sac. Conc. *sess. 7. cap. 7. de reform.* ut subjaceant visitationi Ordinarij singulis annis, & eis provideat Ordinarius de Vicario idoneo, vel perpetuo, vel alter, ut ipsi magis videatur expedire, cum tertiæ partis fructuum assignatione, plus minusve arbitrio suo, idem *ibidem cap. 5.*

Ad Quintum, vide idem Con. *sess. 25. cap. 9. §. insuper cessiones*, & juxta illud poterit practicari, & Rebuff. *tit. de unio, gl. 2. num. 7.* & beneficium juris patronatus si fuerit unitum sine consensu omnium patronorum, nulla est unio. Caputaq. *dec. 396. par. 3.*

Ad Sextum, idem sac. Con. *sess. 7. cap. 6. de reform.* ubi videto, an decretum illud loquatur de unionibus factis per concessionem Sedis Apostolicæ, vel Ordinariorum, & dixi *superiùs in ver. visitator, dub. 10.* & vide Rebuff. *pract. benef. in 3. par for. sign. grat. num. 22.* & sac. Congregat. *declar. 170.* ita censuit, duæ parochiæ, quæ per consuetudinem, quæ per quadraginta annos viguerit, tanquam unitæ, cum semper sine dispensatione collatæ fuerint, earum sic possessor non est molestandus, & tempus quadraginta annorum currit à publicatione Conc. prout censuit sac. Congreg. *declarat. 50.* quæ fuit anno 1564. 7. Kalendas Maij.

Ad septimum, omnia beneficia benè possunt uniri, etiam parochialium, ut dictum est *suprà ad tertium*, sed hic est notandum. Primò, quòd Episcopi possunt unire Ecclesiam alteri perpetuò, & non ad tempus, Staph. *loco citato, n. 19.* Gem. *cons. 58. in col. 6.* Secundo, quòd possunt uniri de Cathedralibus seu collegiatis insignibus ubi præbendæ sunt adeò tenues, simul cum quotidianis distributionibus, beneficia simplicia, non tamen regularia, per Episcopum cum consensu Capituli. *sess. 24. cap. 15. de reform.* Tertiò, quòd idem statuit, ut uniri eadem possint parochialibus Ecclesiis, quarum fructus adeò sunt exigui, ut debitis nequeant

oneribus satisfieri, idem *cap. 13. §. in parochialibus.* Quartò, *Seminario, cap. ult. sess. 23. de reform.* & hoc ampliatur, etiam antequam vacent, ut patet ibi *in ver. nec non, & in §. succedente, verò*, etiamsi sint affecta, etiamsi vacent in Curia, quocunque modo, Abb. *in Clem. si una, num. de reb. Eccles. non alien. & in cap. de donat.* fac. Congreg. *declarat. 474.* & quòd beneficia possunt uniri, antequam vacent, habetur *in capitulo, & temporum qualitas, 16. quæstio 1.* & ibi gloss. *in vers. unio, & capitulo 1. ne sede vacante*, Staph. *loco citato, fol. 52. num. tertio*, Gom. *de expectat. num. 117. cap. exposuisti, de præbend.* Navar. *libro 3. tit. de reb. Eccl. non alien. cons. 15. num. 3. notab. 4. & cons. 1 de restit. spol. num. 10.* quòd requiratur consensus Capituli in unionibus, vide *cap. 2. de relig. dom. Clem. fin. de reb. Eccles. non alien.* Reb. *de unio. revoc. num. 24.*

Primum dubium, *Episcopus* facit unionem beneficii vacantis, prout suprà, & aliquis succedente vacatione, impetrat illud à Papa, an dicta unio sortietur effectum suum, & impetratio erit nulla, vel è contra? Respondetur primò, quòd quoad *Seminarium*, non irritabitur unio, nec impedietur ullo pacto, Con. *loc. citato, vers. nec per resign. dec.* fac. Congreg. 474. de aliis verò unionibus distinguere, vel Papa reservavit beneficium, antequam Episcopus illud uniret, & tunc tenet collatio facta per Papam pro illa vice, & succedente vacatione, unio sortietur effectum suum, si verò unio Episcopi præcedit collationem *Papæ*, & Papa confert motu proprio, etiam non facta mentione de unione, Dico, quòd tunc tenet provisio & cùm vacatio successerit, unio subsistet: si verò Papa contulerit ad instantiam alicuius, non factâ mentione unionis, dico, quòd provisiò tunc erit nulla, vide pro his Selvam. 3. *parte, quæstio 2. nu. 26. qualitat. 14.* Staph. *fol. 53. & 54. per totum*, decis. Rotæ. *3. de rerum permut. in antiquis, & decis. 3. & 5. de reb. Eccl. non alien. in antiquis*, facit *cap. super eo, de offi. deleg.* & Reg. Cancel. *de non tol. jure quæsito*, ampliatur hoc, quòd etiam *Episcopus* possit donare seu concedere beneficium alicui Monasterio, sine tamen præjudicio Rectoris, qui illud tenet, dum vivit, Abb. *loco citato, num. 2.* & hoc etiamsi collatio ipsius beneficii pertinent ad inferiorem Prælatum, Abb. *ibidem*, Ampliatur secundò, quòd gratiæ expectativæ non tollunt Ordinario potestatem uniendi, etiam post processum per exequutorem, Fel. *in c. ad aures, de rescript.* decis. Rotæ 4. citata. Ampliatur tertiò, quòd beneficium unitum non potest permutari, ratio assignatur à Staph. *fol. 162. n. 6.* & de hac unione vide *Panorm. in cap. sicut unire. num. 7.* & ibi Alex. de Nevo *in addit. in litera D.* Rebuff. *tit. de unione. num. 31.*

Secundum dubium, quòd si *Episcopus* fuerit negligens in conferendo beneficium, adeò quòd devolutum esset ad Papam, an possit hoc beneficium sic devolutum unire dictus *Episcopus* Seminario, vel parochiæ, vel Cathedralibus, vel *Collegiatis*, ut suprà? Prima opinio est Gemin. *in cap. si tibi absenti, num. 16. de præb. libro 6.* & ibi gloss. *in ver. personam.* quòd non, & dixi *in ver. Seminarium*, §. 5. Secunda est Rebuff. *loco citato, de devolut.*

volut. num. 31. dicit quòd sic, idem Abb. *in cap sicut unire, num.* 6. *de excess. prælat. & in cap. Consultationibus, num.* 4. *de donat.* & cum secunda opinione ego censerem, Ratio est, quia satis est quòd sua negligētia sit privatus, ut non possit illud conferre, cùm ipse vellet, vide Anchar. *in cap.* 2. *ne sede vacante*, & Imol. *in cap.* 1. *eod. tit.*

Tertium dubium, quòd si aliquis scit beneficium, quod habet, fuisse ab Episcopo unitum ut suprà (nam beneficium antequam vacet posse uniri diximus) an possit illud permutare cum alio? Negativè respondet Gom. *in 1 quæst.* 15. *de infir. resign.* Ratio, nihil dicitur cedere, vel resignare, cùm sit unitum cum aliquo aliquo alio beneficio, cum quo confusum est, Staph. *de lit. grat. fol.* 162. *num.* 6. & alia ratio est, quia per multas permutationes unio redderetur inutilis.

Quartum dubium, an Episcopus posset unire beneficium juris patronatus, tam ecclesiastici, quam laicalis? negativè respondetur sine consensu illorum, quorum interest, gl. oss. *in clem.* 5. *fi. in ver. defensor, de reb. Eccl. non alien.* Cov. *pract. quæst. cap.* 36. *num.* 2. *ver.* 11. *quæst.* 1.

Quintum dubium, an Episcopus possit unire Monasterium Monialium, cum subsit causa; sac. Congreg. *declar.* 221. negativè censuit, nisi auctoritate summi Pontific.

Ad octavum respondetur ex sac. Conc. Trident. *sess.* 14. *cap.* 9. *de reform.* ubi censuit in hæc verba: *Beneficia unius Diœcesis, etiamsi parochiales Ecclesiæ Vicariæ perpetuæ, aut beneficia simplicia, seu præstimoniæ, aut præstimoniales fuerint, etiam ratione augendi cultum divinum, aut numerum beneficiorum. aut alia quacunque de causa alterius Diœcesis beneficio, aut monasterio, seu collegio, vel loco, etiam pro perpetuo non uniantur, quo fit beneficia unius Diœcesis uniri non posse beneficiis alterius Diœcesis, & sess.* 24. *cap.* 13. §. *in unionibus. In unionibus quibuslibet Ecclesiæ parochiales monasterius quibuscunque, aut Abbatis, seu dignitatibus, sive præbendis Ecclesiæ Cathedralis, vel Collegiatæ, sive aliis beneficius simplicibus, aut hospitalibus, militiisque uniantur.* v de circa hoc quæ diximus *superiùs*, §. 3. *ver. dices*, vide Afflict. *dec.* 17. *nu.* 4. nec beneficia litigiosa pendente lite possunt uniri, Rebuff. *loco citat. num.* 8.

Ad nonum, debet fieri authent. scriptr. vel decretis visitationum, quibus posset probari dicta unio, per ea, quæ dicta sunt *superius, in ver. Bulla*, alioquin vacare censerentur dicta beneficia unita, si solo verbo, & facto unirentur, & hoc accidit in facto Beneventi, ubi quædam beneficia erant unita seminario, solo verbo, & facto, sicque per multos annos unita stetere: sed Reverend ssimus Nuncius Apostolicus hoc præsentiens, tulit sententiam, qua dictas uniones irritavit, & condemnavit Seminarium Beneventanum ad mulctam pecuniarum quantitatem pro fructibus interim malè perceptis, prout dixi *in ver. beneficium*, §. *ver. quoad secundam partem*, & Reb. *in reg. de unio, gloss.* 9. *ver. nec creditur.* habet, quòd nec instrumento, super unione confecto creditur interveniss omnes solennitates apparentes. Dico secundò, quòd unio debet fieri de digno digniori,

non è contra, unde parochia non potest uniri capellaniæ, sed bene Canonicatui, *cap. exposuisti, cap. super eo, de præb.* Reb. *tit. unione, num.* 15. & 16.

Ad decimum respondetur affirmativè, eam in unione facienda, quam in ea revocanda, Reb. *de unio. revoc. num.* 24.

Ad Undecimum, respondetur affirmativè, Rebuff. *tit. de devolut. num.* 100.

Ad Duodecimum, vide Iser *in cap. Corradi. num.* 27. & Innoc. & Hostien. *in cap.* 2. *de nov. ope. nunc.* & multa de unione Ecclesiarum, vide Iser. *loco citato, à num.* 4. *& infrà*, & Innoc. *in cap.* 1. *num.* 1. *ne sede vacante*, & ibi Abb. *num.* 6. & & Innoc. *in cap. novit. num.* 1. *ne sede vacante* Hostien. *in Summ. tit. ne sede vacante, §. quot modis fiat.*

Ad Decimum tertium, quoad primum, gloss. *in Clem.* 2. *in ver. Episcopum*, & ibi Abb. *num.* 1. *& sequentib. de reb. Eccles. non alien.* dicit, quòd non, quo ad secundum, gloss. *in Clem. Ne in agro, §. ad hæc, in ver. ordinarios, de stat. monach.* dicit, quod sic, Rebuff. *loco citato, num.* 42

Ad Decimumquartum, vide Abb. *in dict. cap.* 1. *num.* 2. *ne sede vacante.*

Ad Decimumquintum respondetur affirmativè, ex *cap. ne sede vacante, cap. quemadmodum Abbas, de offic. deleg.* Rebuff. *loco citato, num.* 9. 22. *&* 31. cætera vide *in Additionibus majoribus.*

USURA.

PRimò, qua pœna puniatur Clericus usurarius? vide *cap. præterea, de usur.* Diaz. *pract. crim. Can. cap.* 82. Covar. *libro* 3. *cap.* 3. *num.* 3. *var. resol.* ubi primò habes pœnam infamiæ, & sic inhabilis ad beneficia, per *cap. infamibus, de reg. jur. libro* 6.

Secundo, est suspensio in prima vice, ad tempus.

Tertiò, & si redierit ad vomitum, suspensio ab officio, & beneficio.

Quartò, si perstiterit, deponatur: hæc dicunt in Summa Diaz. & Covar. *locis citatis.*

Secundò, quia hoc crimen sæpè sæpius solet committi cum singularibus personis, & clanculò, dubitatur an dictæ singulares personæ, & quæ mutuo usurariè ab usurario aliquid acceperunt, probent contra usurarium? Et certè Cov. *loco citato, num.* 5. dicit, primò, quod non, cum unus testis deponat de uno actu, ita Abb. *cons.* 42. *libro* 1. dicit secundò, quod si ad testificationem singularium concurrerent aliquot aliæ circumstantiæ, scilicet multitudo testificantium, aliave præsumptio, tunc erit sufficiens testimonium testium singularium, Alex. *consil.* 100. *num.* 5. *libro* 1. Idem Vinc. de Pran. *decisio* 105 *num.* 21. ubi dat pulchram rationem, quia sufficit probare factum. Tertio, Poller. *in pract. crim. in fragm. ca. de usur. num.* 52. dicit esse constitutum in Regno, ut per tres testes in facto proprio, & singulares convincatur quis de usura, modò fama prius sit probata per *num.* 55. 113. *&* 128. vide Bal. *in Marg.* Innoc. *in ver. testes, quando singulares probant.*

Tertium, an crimen usurarium sit merè ecclesiasticum? Et Conc. *loco citato, num.* 1. *ver.* 3. dicit, quòd est mixti fori, adeò quòd in laicos laicus, & in Ecclesiasticos

sticos Eccl. judex animadverterit, idem Sylvest. *in ver. usur. 9. in princ.* quicquid dicat Marant. *6. par. tit. de inquisitio, à nu. 3. & infrà*, quamvis posset tueri, si in casibus mixtis in regno Neapolitano daretur locus præventioni, sed malum est, quòd cùm ipsi judices laici non satis vigilent circa hoc, & nolint ecclesiasticum judicem in id se intromittere, totus ferè mundus plenus est usurarijs, quod profectò ipsi viderint: & quòd dico de crimine usurarum, idem de casibus mixtis verum censerem, ut ecclesiastici judices non cessarent à functione muneris sui in hoc, ne vereantur hanc prætendere etiam, quæ non satis est, ad eos excusandos ab oneribus eorum, nam judices laici vel permitterent illos castigare dictos usurarios, & sic haberent intentum, vel inhiberent, & tunc faciant, ut castigentur ab illis, ad hoc ne delicta remaneant impunita: tamen posset practicari opinio Maran, quæ etiam est multorum Doctorum, & Symanchæ, *de Cathol. institut. tit. 67. num. 3.* quòd judex ecclesiasticus posset punire criminaliter usurarium, ut optimè faciunt circa hoc, quæ dicit Vinc. de Fran. *decis. 199. num. 2.* sed quomodo judex ecclesiasticus possit punire usurarium, vide Iser. *in cap. quæ sint regalia, §. contrahentes, num. 37.* & usurarum causas possunt cognoscere Inquisitores, Alex. IV. *Bulla 10.*

Quartum, casus est quotidianus; Titius vendit Sempronio fundum, mulum, equum, vel quid simile pro centum, solvendis die 25. Augusti, &c. transacta dicta die, si non solverit, extunc solvat decem pro lucro cessante, singulis annis, & sic Titius putat hoc sibi licere, circa hoc dicam primò, licere Titio vendenti fundum valentem mille, solutis à Sempronio solum quingentis, ratione aliorum quingentorum non solutorum accipere interesse, vel lucri cessantis, vel damni emergentis, & hoc juxta quantitatem fructuum ex re vendita proventium, Cov. *lib. 3 cap. 3. num. 1. & infrà, var. resol.* quod ampliatur primò hoc licere, etiam translato dominio in emptorem, Covar. *ibidem, num. 4.* ampliatur secundò, etiam data dilatione pretij non soluti, idem *ibidem, num. 5.* ampliatur tertiò, posse paciscì inter emptorem, & venditorem de interesse, donec solveretur pretium rei venditæ, idem *ibidem, num. 6.* Tiraq. *de contract. convent. §. 5. gl. 4. n. 13.*

Secundum, licere mercatori, vel tenèti pecunias expeditas, negotiationi, easque mutuanti Titio, accipere ab eo lucrum cessans, vel damnum emergens, Navar. *cap. 17. num. 22.* Sylv. *in ver. usur. primo, num. 19.* & ampliatur primò, de hoc posse paciscì in tio contractus, sed *libro 6. quæstio 1 art. 3. de iust. & iure*, Covar, *loco citato, ver. 8.* ampliatur secundò, non solùm posse accipere decem pro centenario, sed etiam totum interesse, etiam si viginti pro centenario, & hoc solùm mercatoribus, & personis negotiatoribus, non autem personis privatis, & tenentibus pecunias mortuas, Guid. Pap. *tract. de usuris, num. 16.* D. Ant. *2. part. tit. 1. cap. 7. num. 18.* Tiraq. *de utroque retra. §. 1. glos. 18. num. 71.* & hoc valet etiam in mutuo tacito, & legato, non soluto tempore præfixo à testatore, quia legatarius potest petere totum principale, & lucrum

cessans ab hærede à die, quo hæres successit. Fel. *cap. cum vener. de except.* Maranta, 4. *p. dist.* 3. *num.* 38. *& 39.*

Tertium, mutans Titio mille, ut eos restituat in mercato, Salerno Lugdunensi, &c. & si ibi non restituet, promittit Titius solvere interesse ad rationem septem, vel octo pro centenario, quid si defecerit à promissione? non potest mutuans petere interesse promissum, nisi probet tale se passum esse, Maranta, *loco cit.* Anan. *in cap. fi. de usur.* Bald. *in l. rogasti, §. sit tibi ff. si cert. pet.* Ale. *cons.* 17. *col. fi. libro* 3. Decis. *cons.* 39. 16. *&* 323.

Quartum, hinc fit, illum qui vendit fundum, mulum, vel quid simile, non posse accipere lucrum cessans, prout in casu præmisso, nisi prima vice illius temporis promissi, emptore non solvente, & probato vero interesse, non enim valet, quòd si habuisset dictam pecuniam, certitudinaliter lucratus fuisset. Primò, quia possibile esset nihil lucrari, ex quo multa potuissent impedire, & regula Philosophiæ est, possibili posito, non sequitur necessarium. Secundò, quod quando verè lucrum cessans volens quis accipere, debet intelligi deductis expensis. Tertiò, si hoc liceret semper, frustrà tanti summi Pontific. ut Nic. V. Pius V. & Greg. XIII. fecissent Bullas tot, cum circumstantiis, ut dixi *suprà, in vers. contractus censuales:* nam quisque posset dicere, mutuo mille Titio, & singulis annis exigo ab ipso centum, ad rationem 10. pro centenario, ratione lucri cessantis. Quartò, quia non potest accipi ultra sortem, nisi constituantur annui redditus super re certa, & stabili, & cum pacto redimendi, ut dictum est *suprà loco citato*, Navar. *cap.* 17 *num.* 23. & Soto *loco citato*, Quintò, quia ipsi venditores, seu dantes mutuum, & exigentes lucrum cessans, starent in tuto, & petendo lucrum, & principale, quotiescunque eis placuerit, quod est contra naturam contractus censualis, ultra quem non licèt accipi aliquid ultra sortem, Covar. *libro* 3. *cap.* 7. *num* 2. *vers. secunda ratio*, & sic potiùs dicitur mutuum, quàm emptio, seu venditio, seu contractus censualis: ergò Ordinarij, vel debèt cogere dictos ad faciendum emptionem contractus censualis juxta dispositionem tot Bullarum, vel impedire, ut nihil solvatur pro dicto interesse, cum potiùs sit usura palliata, quam realiter interesse. Sextò, quia lucrum cessans est permissum solùm in casu cònscientiæ, non pro regula, ut semper liceat, ut patet per gloss. *in ca. conquestus, de usur.* & in foro interiori, ubi proceditur per ea, quæ penitens fatetur, cui pro se, & contra se credendũ est, secus in foro exteriori, ubi proceditur per præsumptiones, & sic pòssent puniri, ut usurarij, *ca. quanto, & cap. afferte, de præsumpt.* Sylv. *in Aurea Rosa, casu* 31. Navar. *loco citato. num.* 249. *capit. tua nos, de spons.* Dicet quis, emptor non habet facultatem restituendi mihi pecuniam. Respondeo, facias contractum censualem super re stabili prout suprà: dicet ulterius, non habet stabile, & per me non stat, quin vellem pecuniam: dico quod tunc omni fraude cessante, liceret in foro conscientiæ, tamen caveat, ne ut usurarius puniatur in judicio, nisi apertissimè probaret de interesse lucri cessantis: nam de damno emergente,

non

non est tanta difficultas, prout Navar. & Matanta, *loco citato*, Afflict. decis. 20.

Dicet quis, *in cap. salubriter, de usur.* conceditur genero, &c. Respondetur, illud esse speciale propter onera matrimonij & non accipit, ut usuram, sed ut fructus sibi debitos, ex dotibus, quibus sust. net onera matrimonij, Navar. *c. 17. n.* 213. Sylv. *in ver. usura. 3, num. 3. & infrà*, Soc. *libro 6. quæst. 1. art. 2. de just. & jure.* Covar. *libro 3. cap. 1. num. 3. var. resol.* & ampliatur, etiam posse viduam relictam accipere annuum censum, vel usum fructum dotium ab hæredibus mariti, vel à quibuscunque sibi dotem debentibus, quousque dos integrè persolvatur, D. *loco citato* Afflict. 284. & in Summa, interesse lucri cessantis debetur quotiescunque quis verè patitur interesse, & contractus fuit factus bona fide, posteaque accipiens non potest in termino constituto restituere, gloss. *in cap. conquestus, de usur.* damnum verò emergens semper debetur in utroque foro, quando provenit ex culpa non restituentis in termino præstituto, & est communis opinio, vide per extensum Navar. *in dict. cap. si fœneraveris, notab. 21. à num. 66. & infrà.*

Sextum dubium, & est casus quotidie practicabilis, ubique, & præcipuè in Apulia tempore hyemis, vel alio, pauperes egentes pecunia petunt mutuò ab agricolis, seu colonis tantum pecuniæ, & qui mutuat, facit eos obligare ad suas metendas fruges tempore messis, quod est usurarium, licèt tantùm eis solvat, quantùm aliis, Soto, *libro 6. quæstio 1. art. 2. de just. & jure*, Cov. *libro 3. cap. 2. n. 5. ver. 3. var. resol.* Sylvest. *in verbo usura, primo*, §. 7. Bald. *in l. rogasti. §. si tibi. ff. si certum pet. colum. 2.* & ibi Bar. D. Ant. 2. *part. 1. cap. 7. §. 10.* & ratio est, quia accipiens mutuum, ultra sortem obligatur ad aliquid, quod agere non tenebatur, & privatur libertate, quæ est pretio æstimabilis, juxta communem, nec valet dicere, quòd ita observatur communiter, hoc enim non excusat, & quò communius, eò majus peccatum, *arg. cap. fin. de consuet.* nec valet allegare consuetudinem, quia non potest hæc prævalere contra jus divinum, quo usuræ prohibentur, tamen posset justificari hoc mutuum, duobus modis, primò cessante omni fraude, ut si non daretur pro mutuo, sed pro arrhis, & fieret obligatio mutua, ut qui dat pecuniam, obligetur ad conducendum eum, qui accipit, & qui mutuò accipit ad metendas fruges, seu messem, vel ad faciendum aliquid hujusmodi. Secundò, si ratione illius obligationis dans pecuniam plus solveret obligato, quàm aliis non obligatis, arg. eorum quæ dicit Covar. *loco citato, num. 4. conclus. 3.* & Doctores loquentes de assecuratione in societatibus.

Septimum dubium, an sit usura mutuare aliquibus colonis aliquas quantitates, pecuniæ usque ad messem, nec in ea si copiosa erit, exigentes, sed quasi beneficium eis facientes, differebant exactionem, dicentes, nolumus vos nunc incomodare, & postea veniente messe exigua, exigunt debita, pro quibus solvendis dant frumentum in solutum? respondetur quòd sic, Navar. *in cap. si fœneraveris, num. 1.*

Octavum dubium, an sit usura, si quis donet

donet, vel tradat alicui ducenda scuta, cum pacto, ut durante vitat, suadet ei tantum singulis annis, & post mortem remaneant in pleno dominio accipientis, Navar. *consil.* 20. *de empt. & vend.* dicit quòd non.

Nonò, mutuans, seu emens censum super pecora, prædia, bacchas, & alia, quæ quis non habet, usura est. Navar. *in dict. cap. si fœveraveris, notab.* 22. *numer.* 79. vide *in ver. contract.* §. 4.

Qui contractus dicantur sapere usuram, videto Guid. Pap. *tract. de usur. & quæst.* 186. & an in dubio cotractus censeatur usurarius, dic quòd non. Tiraq. *de retr. convent. in fine, num,* 126.

An quis possit censeri usurarius ex unico actu, & sic de aliis actibus? vide Vinc. de Fran. *dec.* 68. ubi negativè respondet, ita etiam Navar. *cap.* 27. *numero* 249.

Usurarius publicus quomodo possit condere testamentum? vide *cap. quanquam, de usur. libro* 6. & Covar. *lib.* 3. *c.* 3. *versic.* 7. *var. resolut.*

UXOR.

PRimò, an & quando teneatur sequi virum? Vide Sylvest. *in ver. uxor,* §. *ult.* & an, & quando vir promittens in capitulis facere domicilium cum uxore in tali loco, teneatur stare promissis? vide eundem Caputaq. *dec.* 135. nisi aliud viro contigerit excusabile, ut puta infirmitas, intemperies aeris, inimicitiæ, vel quid hujusmodi. Hostiens. *in summa titul. de conjug. serv.* §. 4. *circa finem,* Caputaq. Tolos. *quæstio* 87.

Secundò, an uxor possit verberari à viro; & quomodo, & quando? vide Sylvest. *loco citato,* §. *tertio, versic. secundum,* Soto *libro quinto, art.* 2. *in fine, de just. & jure,* & Navar. *cap.* 14. *à num.* 19.

Tertiò, quando uxor laborare teneatur, & operari viro, & non omne, quod lucretur, acquiratur viro? vide eund. Sylvest, §. 2. & Gerar. *sing.* 99. vide Afflict. *dec* 44. *nu.* 10. ubi dicit, de iure uxorem debere operari viro, etiam in telis faciendis, ubi multa habes de viro & uxore.

Quartò, an uxor teneatur stare locationi, seu contractui facto à marito, casu soluti matrimonij, vide Covar. *libro* 2. *cap.* 15. *num.* 5. *var. resol.*

Quintò, uxor potest compelli per Ecclesiam, ut redeat ad virum, & è contra, vide text. & ibi Abb. *in cap. de Francia, desponsal.*

Sextò, uxores clericorum Græcorum coram quo judice sint conveniendæ? Respondetur, quod coram judice viri, id est, Ecclesiastico, Fel. *in cap.* 2. *numer.* 3. *de foro compet.* quia privilegium concessum marito extenditur ad uxorem, gloss. *in cap. admonere,* 33. *dist.*

Septimò, si uxor relinquatur domina, & patrona omnium bonorum à viro moriente, quid operentur illa verba, vide per belle, & breviter Capell. Tolos. *q.* 462. & ibi addit.

VACATIO.

PRimò, per solam electionem Episcopi vacant officia, quæ priùs ille obtinebat, sed non beneficia ecclesiastica, nisi per consecrationem ipsius. Addit. ad de-

cis

Rot. 17. *de off. deleg. in novis. num.* 4. sed re vera beneficia non dicuntur vacare, nisi post adeptam pacificam possessionem, gloss. *in Clem.* 1. *vers. collatio, ut lite pendent.* Gom. *tract. de expect. num.* 63. & 78. & *quæst.* 47. *de ann. poss.* & *quæst.* 55. *de trien. poss.* & Abb. *in dicta Clemen. nu.* 3. gloss. *in cap. si tibi concesso, in vers. vacare, de præbend. libro* 6. Selva 3. *p. q.* 28. & *qu.* 2. *num.* 25. & 2. *par. quæstio* 15. Caputaq. taq. *decis.* 294. *par.* 2. & 400. dicit, quod vacant etiam pensiones, per *cap. cum in cunctis, §. cùm verò. de elect.* & Abb. *ibi not. 3.* sed non vacant, nisi post consecrationem & possessionem. Caputaquens. *decisio.* 401. *p.* 2. Navar. *consil.* 14. *de elect.* dicit, de stylo Cutiæ vacare post provisionem factam à Papa, & *cons.* 15. dicit post consecrat. & ista videtur commun.

Secundò, quando dicantur vacare beneficia per ingressum Religionis? Vide *capitulum, beneficium, de regular. libr.* 6. & *capitulum primum,* 17. *quæstio* 2. Staph. *de lit. grat. fol.* 136. *num.* 1. & in resignatione sufficit, quòd quis ingressus sit Religionem re ipsa, Bulla Pii V. 58. *folio,* 1014. sed debet intelligi de ingressu irrevocabili, qui fit per solennem Religionis professionem, ita Navar. *in cap. non dicatis, num.* 48. 12. *quæstio* 1. prout dixi, *superiùs in ver. professio,* facit *cap. beneficium, de regular. in* 6. & quod monachus retinens ex dispensatione pensionem, non privatur solutione illius, nisi priùs fuerit judicatum in ea, Cassador. *dec.* 10. *num.* 7. *in fine, de rescript.* Caputaq. *decis.* 223. *p.* 2. & *decis.* 317. *ibidem.*

Tertiò, an dicantur vacare in curia beneficia Episcopi, quando ipse in curia consecratur? Respondetur quod sic, gl. *in dict. Clem. in vers. collatio,* & hoc intellige, si ipse priùs habebat possessionem Episcopatus, sed si habita consecratione in curia, postmodum pergens ad suum Episcopatum, accipit illius possessionem, non dicuntur vacare in Curia, gloss. *ibid. in ultimo.*

Quartò, an pensio dicatur vacare per promotionem ad illud beneficium, vide Gom. *in quæst.* 16. *de infirm. resign. col. fi.* & *quæst.* 21. *de ann. poss.*

Quintò, quando dicatur vacare primum beneficium per assequutionem secundi, juxta dispositionem *Extravag. execrabilis?* vide *in ver. beneficium,* §. 3. *concluf.* 2.

Sextò, si electus moritur in curia, an beneficium, in quo fuit electus, dicatur ibidem vacare? Respondetur, quòd non, Selva *locis citatis, quæst.* 12. *num.* 21. *in fine,* Gom. *de impetr. benef. per obit. fam.* Card. *quæst.* 24. & *de non tol. jure quæsit. quæst.* 1. *colum.* 3. imò, si electus, & confirmatus in Curia, moritur ante adeptam possessionem beneficij, non dicitur vacare in Curia, Gem. *in cap. commissa,* §. *annus vers. quæro quid, de elect. libro* 6.

Septimò, quot modis dicantur vacare beneficia, vide per extensum, Staph. *locis citat. à fol.* 110. & *infrà,* ubi enumerat sex vocationis modos, & Abbas *in cap. si quis clericorum, num.* 1. 6. & 7. *de cohabitat. cleric. & mul.* ubi habes, quando detur vacatio beneficij per matrimonium contractum, vel per sponsalia, & *in c. sanè,* & *in cap. diversis fallaciis de cleric. conjugat.* & decis. Caputaq. 215. *par.* 1. quod tamen debet intelligi de matrimo-

nio irrevocabili, id est, contracto per verba de præsenti. Rebuff. *de public. resid. ver. 28.*

Octavò, vacantis Ecclesiæ fructus non potest is, ad quem ejus collatio pertinet, sibi retinere, sed ei de rectore providere, etiamsi beneficium fuerit manuale & ejus habere custodiam, donec fuerit provisum de rectore, Abb. *in cap. ad aures, de excess. prælat.* & introitus vacantis Ecclesiæ, an sint successoris, vel Reverendæ Cameræ Apostolicæ, vide *in ver. beneficium*, §. 6.

Nonò, vacare beneficia in Romana Curia, quando dicantur, vide remissivè *superius in ver. benef.* §. 2. *ver. fallit primò*, Caputaquens. *decis.* 325. *par.* 3. ubi habes, non solùm ibi vacare beneficia per obitum, sed per resignationem, prout dixi *superiùs, in ver. resignatio. dub.* 2.

Decimò, si quis per sententiam privationis fuit privatus beneficio, in Curia, an extra? Respondetur, quòd si personaliter erat in Curia tempore sententiæ, vel fuit verè contumax, quod tunc dicitur vacare in Curia, si verò absens, vel non verè contumax, quod tunc dicitur vacare extra Curiam, & sic potest de illo providere Ordinarius in secundo, sed non in primo, imò dò sit in mense suo, secundum alternativam, vel in quatuor mensibus, si eam non habeat, Rota, *dec.* 86. *de præb.* Caputaquens. *in antiquis. dec.* 327. *par.* 3. multa habes in additionibus, pro practica quotidiana, quæ in calce operis collocari non potuerunt.

Undecimo, vacantis Ecclesiæ custodia spectat ad Ordinarium, *ca. cùm venissent, de instit.* Gloss. & Gemin. *in cap. nemo, ver. in fine Glossæ.* idem Archid. *de elect. lib.* 6. licèt hodie procedatur per aliam viam, per Nuncium Apostolicum, quoad fructus, prout dictum est, *in cap. 2. in ver. spolium*, & Gem. *loco citato* hoc non satis laudat, ut est videre *ibi ver.* & *per hanc Glossam*, vide *superiùs, in ver. Beneficium*, §. 6. & idem confirmat, *in cap. cupientes, §. ad hæc, ver. quæro an custodia fructuũ eo. l. & tit.* ubi dicit, hoc non pertinere ad Capitulum, sed ad Episcopum vel Oeconomum ab ipso positum.

Finis primæ partis.

INDEX

INDEX
LOCUPLETISSIMUS
RERUM MAGIS NOTABILIUM.
HOC VOLUMINE CONTENTARUM.

A.

ABbas, an ordines minorum conferre possit, quibus, ubi, quibus circumstantiis, & qui verè dicantur *Abbates*, *ver. Abbates* pag. 13. & an possit dare literas dimissorias clericis sæcularibus sibi subjectis. 13.

Abbates in provincia commorantes, seu ibi habentes Abbatias, seu commendas, debent convenire ad Concilium, *verb. Concilium*, §. 3. p. 103. & quid de exemptis. ibidem.

Abbates præferuntur aliis prælatis circa Episcopos. *ibidem*, §. 4. 103.

Abbatissa quot annorum esse debeat quando eligitur, *in ver. Abbatissa*. §. 1. pag. 35. quæ circumstantiæ requirantur. ibid. à quibus eligi debeat §. 2. p. 36. quanto tempore duret in officio *ibidem* §. 3. an de alia Religione eligi possit *ibidem* §. 4. quomodo eligi debeat. §. 6. p. 37. an possit facere quietationem procuratori in præjudicium successitricis, & monasterij. §. 7. p. 38.

Abortum procurantes etiam non animato fœtu quot pœnas censuraſque incurrant, tam in foro judiciali, quàm pœnitentiæ, *in ver. abortus*. pag. 34.

Absolutio an possit impendi ab Episcopo ubique excommunicato à jure, vel ab homine, *verbo Absolutio*, §. 1. p. 5. & quid cum fuerit reservata, *ver. rest.* p. 2.

Absolutio habita tempore jubilæi, vel alias, non suffragetur in foro fori, *ib.* §. 2. p. 2.

Absolutio an possit dari non valenti confiteri sua peccata, *ibidem*, §. 3. p. 3.

Absolvi an possit ab Episcopo hæreticus occultus vigore clicet, sess. 24. S. C. Trid. *ib.* §. 4. p. 4. & an vigore jubilæi respectu clausularum generalium, *ib.* §. 5. ead.

Absolvendi facultatem an habeant confessarii à casibus episcopalibus tempore jubilæi absque licentia Episcopi, *ibidem* §. 6. p. 5.

Absolutio quibus deneganda, *ibid*, §. 8. p. 6. & quomodo practicatur cùm absolvitur excommunicatus tam in foro exteriori, quam interiori, *ibidem* §. 9. p. 7.

Absolutio à juramento, vide *in ver. juramenti absolutio*. 262.

Accusatio quomodo formanda, *ver. accusatio*, §. 1. p. 23. quæ differentia inter ipsum, & inquisitionem, *ibidem* §. 2. an debeat se inscribere accusator ad pœnam. *ibidem*, §. 4.

Suorum prosequentes injuriam quousque admittantur ad accusandum, *ibid.* §. 5. & an clericus possit accusare præmissa cautela, *ibidem* §. 6. p. 23.

Accusari an possit pluries quis de eodem crimine, & quomodo absolvendus reus actore non probante, *ibid. accusari.* §. 7. p. 28.

Adulterium cum qua committatur, qua pœna puniatur clericus adulter, qua mulier, & an procedi possit ex officio in eo *ver. adulterium.* §. *unico.* p. 7.

Advocatus an compelli possit ad patrocinandum in causis pauperum, & quòd peccatũ committat, si non præstat, *ver. advocatus,* §. 1. p. 33.

Advocatus revelans secreta causæ parti adversæ peccat mortaliter, & quomodo puniendus, *ibid.* §. 2. ead. & quid in procuratore, ead.

Advocatus non potest pacisci de quota litis, nec patrocinari ambabus partibus, nec retinere scripturas pro ejus salario p. 34. §. 3. 4. & 5. ead. & an possit decipere adversarium si habet justam causam, *ibid.* §. 6. ead. & an possit esse testis in causa ubi patrocinium præstat. §. 7. ead.

Affinitas usque ad quem gradum impediat, aut dirimat matrimonium, *ver. affinitas,* §. 1. p. 33. quando contrahatur, *ibid.* §. 2. & 3. ead. & an vir, & uxor veniant appellatione affinium, *ib.* §. 4. ead.

Alienatio rerum ecclesiasticarum quot modis liceat fieri, & quid alienationis verbo contineatur, *ver. alienatio,* §. 1. pag. 14.

Alienatio rei ecclesiasticæ tenet sine solemnitate, si ad evidentem utilitatem Ecclesiæ tendat, *ibid.* §. 3. *ver. 4. conclusio,* p. 15. quarum rerum, ibidem.

Alienatio rei ecclesiasticæ quas circumstantias requirat. §. 4. p. 7. & an requirantur in rebus parvis. *ibid.* §. 5. p. 17. & quæ dicantur res parvæ, *ibidem,* §. 6. 18. quæ innovarit circa alienationem & locationem sacrum Concilium Trid. §. 7. ead. & quot modis sit recepta Extravagans Pauli II. *ibid.* §. 8. p. 9. & qui habeant privilegium alienandi ultra triennium, *ibid.* §. 9. ead. & an præsumantur interveniſse solemnitates in contractibus antiquis, *ibidem* §. 10. ead. & quot personæ peritæ requirãtur, *ibidem* §. 11. ead.

Alternativæ quomodo gaudeãt prælati, *ver. alternativa.* §. p. 20.

Alternatio dictiones quando non disjunctivè, sed augmentativè, vel declarativè ponantur, *ibidem* §. 2. ead. & quando in ea sufficiat alterum tantùm probari. *ibidem* §. 3. ead. & an habeat locum in prælatis inferioribus Episcopis, *ibidem* §. 4. ead.

Altare quotuplex sit, & quantæ magnitudinis esse debeat, *in ver. altare* §. 1. & 2. p. 58. & quando possit celebrari in altari nuper ædificato, & non consecrato, *ibid.* §. 3. ead. & quot modis fieri possit altare portatile, *ibidem* §. 5. 39. & quot modis execretur tã portatile, quàm stabile, §. 4. & 6. ead. quæ ornamenta requirantur, & an in consecratione ejus sunt necessariæ reliquiæ. *ibid.* §. 7. & 3. pag. 39.

Pro Altari nondum ædificato non possunt impetrari indulgentiæ. *ibidem* §. 9. ead.

Alta-

Altaria, quæ sunt per agros, aut per vias, debent everti ab Episcopo, *ibidem* §. *ult.* pag. 40.

Apostata quotuplex, quomodo possit absolvi, quomodo audiatur, an sit habilis ad beneficia obtinenda, *ver. Apostata.* §. 1. 2. & 3. p. 41. & quomodo puniatur, *in ver. casus in quibus, &c.* §. 1. *ver. Apostata.* p. 105. & quid si timore abneget fidem *ibi ver. renegati.* 106.

Apostoli in judicio unde dicantur, quæ sint ejus genera, qui terminus ad ipsos petendū, quomodo debeant peti, & quomodo dari, *in ver. Apostoli,* § 1. 2. 4. & 5. p. 88. terminus ad recipiendū Apostolos, à quo tempore currat, *ib.* §. 3. ead.

Appellari quando possit à Suffraganeo ad Metropolitanum, *ver. appellat.* §. 1. pag. 25. qua praxi utendum cum appellatur ab ejus excommunicatione ad eundem, *ibid.* §. 2. 25. an sit necesse appellare coram Judice à quo, *ibid.* §. 3. pag. 26. quæ differentia, cùm appellatur à diffinitiva, vel ab interlocutoria respectu judicis ad quem *ibidem* §. 5. & quando à Suffraganeo exempto appelletur ad Metropolitanum *ib.* §. 8. pag. 28. an omnis appellatio admittenda, *ibidem* §. 9. 29.

Appellare an liceat ab excommunicatione elapso decendio, *ibidem* §. 11. p. 30.

Remedium appellationis si est sublatum, an possit adiri Metropolitanus per viam querelæ *ibidem* §. 17. pag. 32.

Deferens appellationi ob reverentiam, an totam jurisdictionem à se abdicet, *ibidem* §. 18. ead. expensis cujus sit rescribendus processus appellationis, quotuplex terminus concedatur appellandi, *ibid.* §. 20. & 21. p. 33.

Judex non deferens appellationi quando possit exequi suam sententiam, *ibidem* §. 21. pag. 33.

Appellatio an suspendat interdictum, & cessationem à divinis, *ibidem* §. *ultimo.* ead.

A sententia delegati ab Episcopo quando appelletur ad ipsum Episcopum, *ver. Vicarius,* §. 6. & §. 7. pag. 439.

Archidiaconus quæ olim poterat, & quæ hodie, *ver. Archidiaconus,* §. *unico.* 19.

Archiepiscopus quod jus habeat in suos suffraganeos, eorumque subditos, *in ver. Archiepiscopus.* §. 1. pag. 20. & *in ver. appellatio,* §. 16. pag. 31. & quando cognoscat de eorum causis absque appellatione. §. 13. pag. 30.

Archiepiscopus an possit exercere pontificalia inter suam provinciam, & quando poterit olim, & quando hodie, *ver. Archiepiscopus,* §. 2. pag. 21.

Archivium debet esse in omnibus Ecclesiis Cathedralibus, & quæ in eo conservari & registrari debeant, *ver. Archivium,* §. 1. & 2. pag. 22.

Arma, seu insignia quando possint auferri, vel mutari ab Ecclesiis seu Capellis, *ver. arma,* §. 1. 23. & an probent *ibidem,* §. 2. pag. 23.

Arreptitii, seu energumeni, quibus ex causis homines fiant, *ver. arreptii,* § 1. pag. 40. quare non semper liberentur cum remedia ecclesiastica adhibentur, *ibidem* §. 2. ead. cur potiùs fœminæ, & virgines, quàm mares arripiantur, *ibidem* §. 3. & 4. ead. quod remedium

medium pro ipsis liberandis, *ibidem* §.6. pag. 40. quo tempore potius vexentur, *ibidem* §.8. 41. falsum est esse animas mortuorum arripientes, sed dœmones ipsos, *ibidem* §. *ultimo*, *ibi*.

Assassini, qui olim, & qui hodie, & an incurrant omnes pœnas positas in ca. 1. de homic. in 6. *ver. assassinus*, §. 2. p. 71. & an cognitum sit hoc nomen de jure civili, ead.

Assassini hodierni incurrunt omnes pœnas temporales, & quid requiratur ad hoc, & quæ genera personarum comprehendat pœna assassini, & quas pœnas incurrat clericus in hoc delinquens, *ibidem ver. hinc oriuntur*. pag. 11.

Attentata lite pendente an revocanda, & an priùs diluenda, quam eatur ad negotium principale, & an in qualibet parte litis, *ver. attentata*. §. 1. 2. & 3. p. 38. Authoritas sacræ scripturæ potest allegari in causis, & quid de authoritatibus sanctorum Theologorum, & aliorum probatorum virorum, *ver. authoritas*, §. 1. pag. 12

Authoritas alicuius Sancti an prævaleat authoritati summi pontificis. ead,

Ætas requisita ad beneficia ecclesiastica, *in ver. beneficium*. §. 1. *ver. ad dignitates assequendas*, p. 48. & *in vera canonia*, §. 9. pag. 133.

B.

Bannitus an possit tuta conscientia occidi, *in ver. assassini*, §. 1. *ver. Dubitatur quando fiunt banna*. pag. 12.

Baptismus an conferatur, si quis ut mas baptizatur, & est fœmina, *ver. baptismus*, §. 2. pag. 43. quæ possint in eo intervenire compatres, & quid §. 5. ead. an contra possint Episcopi dispensare, *ibidem* §. 4. 44. inter quos contrhatur confratern. & compatern. §. 6. 7. 8. & 11. p. 44. & quid de sacramento confirmationis. *ibi*. §. 9. Baptismus quomodo, & quando conferendus noviter venientibus ad fidem, & ubi debeat conferri, *ibi* §. 10. ead.

Baptizans mortuum ea forma, qua vivum, habetur pro hæretico, id. in baptizante imagines ad sortilegia, *ver. casus in quibus* §. 1. *ver. baptizans*. pag. 106.

Baptismum iterans est irregularis, tam minister, quam suscipiens, *ver. irregularitas*, §. 11. *ver. undecimo irregularis*. pag. 287.

Baptizari non debet iterum baptizatus ab obstetricibus domi vel ab alio, ob periculum mortis, cum debita forma. §. 2. *ib d.* e. d.

Baro quando possit uti vasallis pro suis servitiis justo salitio mediante, & quid sit justum salarium, *ver. barones*, §. 1. p. 42. & an possit ea vendere, vel ab eis exigere nova tributa *ib.* §. 2. p. 42. & an possit cogere eos ut vadãt ad molendũ in suo molendino, vel inhibere cauponibus ne aliquem hospitentur, ut vadant ad suam tabernam. *ibidem* 3. & 4. ead. & an vendere officia capitaneorum, *ibidem*, §. 5. p. 48.

Baro debet cedere locum Episcopo tam in Ecclesia, quã extra. §. 6. p. 48.

Baro habens bona Burgensatica in sua Baronia, tenetur contribuere onerib. Universitatis, ut bona tenens, non ut civis

civis, *ibidem* §.7. ead.
Baro quando possit imponere talias, & illas exigere absque peccato, *ibidem* §. *ultimo*, ead.
Beneficium quotuplex, & quæ in impetratione ipsius requisita, *ver.* 1. *alia.* §.1. pag. 45. quibus conferri possit, *ibidem* §.2. pag. 50. ad quos fiat devolutio, *ib.* intra quod tempus, *ibid.* §. 3. pag. 53.
Beneficium regulare regularibus est conferendũ, *ver. dico* 3. *quòd potest conferre, ibidem.* pag. 53.
Beneficia vacantia in Romana Curia quando per Episcopum conferantur: *ibidem versic. dico quartò*, 54. *& in ver. dico octavò*, pag. 56. & durante eorum vacatione quomodo providendum. *ibidem ver. dico quintò quòd ordinarius* pag. 54.
Beneficia an possint concedi per Episcopum ad tempus, vel dari in commendam, *ib. ver. dico sextò quod licèt Episcopus.* pag. 54.
Beneficia tenuia vacantia in mense summi Pontificis, vel ei devoluta deberent posse confetri per ordinarios, pro evitandis tot malis, & quæ *ibid. ver. dico septimò.* ead.
neficium, personatum, vel dignitatem habens curatam, si aliud simile acceptaverit, tenetur resignare primũ coram Ordinario, aliàs utroque privatur, *ibidem ver. dico undecimò, quod est casus* pag. 56. ipsius dimissi collatio ad quem pertineat, *ibidem ver. primum. dubium est, an illud* pag. 56. an requiratur expressa resignatio, vel sufficiat sola dimissio ead. *ibid. ver. secundum, an sit necessaria.* 57.
Beneficium ad quid obliget. *ibidem* §. 4. p. 57. *per totũ* §. Omne beneficiũ prærequirit ordinem ecclesiasticum, & collatio aliàs facta est nulla. *ibidem* p. 58.
Beneficium quo ordine, & quibus circumstantiis conferri debeat. *ibidem* §. *ad quintum.* pag. 62.
Beneficium illiterato non potest conferri, nec ex dispensatione Episcopi, & an dispensatione *Papæ.* ead.
Beneficia ut hoc possit agere, quæ requirantur, *ibi ver. dico tertiò.* pag. 63.
Beneficii collatio potest fieri etiam absenti *ibidem versic.* ead.
Beneficiatus tenetur facere fidei professionem de residendo, *ibi versicul. dico quartò.* 63.
Beneficiatus de parochiali per summum Pontificem tenetur ad juratoriam fide jussionem de residendo, *ib. ver. dico quintò. provisi.* 64.
Beneficii collatio facta excommunicato an teneat. *ibid. ver.* 3. *dubium*, 65. & quid in præsentatione *ibid.*
Beneficium an dicatur vacare per mortem electi, sed non adhuc ordinati, an per mortem primi, *ibid. ver. quartum. dubium, quia satis.* 65.
Beneficii collatio an possit fieri irregulari. *ibid. ver. quintum dubium.* p. 66.
Beneficium dum vacat, fructus eius & introitus cui debeat applicari, & quid hodie stante concordantia facta cum Sede *Apostolica, ibidem* §. 6. p. 67.
Beneficia quot possint obtineri, & possideri, *ibidem* §. 7. p. 67. *& vers.* 2. 3. 4. 5. *& sexta conclusio.* 68. cum seq. & a.

Episc o-

Episcopus possit dispensare ut quis habeat beneficia simplicia, modò unum sit sufficiens, vel requirant personalem residentiam, *verb. septima, conclusio* 69. & quæ dicantur beneficia simplicia, & sufficientia, *ibidem ver. octava conclusio.* 69.

Beneficia quibus conferri debeant *ibi* §. 8. *vers. ad octavum.* 72.

Beneficii collatio est jurisdictionis voluntariæ, & quæ sint necessaria ad ipsius possessionem iuridicè capiendam *ibdem* §. 9. pag. 73.

Beneficij in collatione quibus verbis debeat uti prælatus, *ibidem* §. *ultimo.* pag. 74.

Beneficii titulus quando debeat ostendi, *ver. Bullæ.* §. 5. 576.

Beneficiũ an dicatur vacare per mortem illius, qui solum supplicationem expedivit, *ver. Bulla* 5. 6. pag. 79. Vide *in ver. vacatio, & ver. unio.* pag. 436. Vide de *in ver. Episcopus, & in ver. clericus,* 212. pag. 89.

Bigamus, an possit dispensari ab Episcopo ad primam tonsuram, *ver. irregularitas.* §. 17. pag. 288.

Bladi & tritici appellatione quid veniat, *ver. Bladum,* §. *un.* pag. 43.

Blasphemia quomodo puniatur in regno Neap. per judices sæculares. *in ver. blasphemia,* §. 1. p. 80. quando sapiat hæresim, *ibidem* §. 2. ead. *& in ver. sic. casus in quibus, & c. ver.* §. 1. *blasphemia hæreticales.* p. 105.

Quomodo puniendа de Iure Canonico, §. 3. pag. 80.

Blasphemantium Clericorum quæ pœna, *ibidem.* §. 4. ibid.

Bullæ an requirantur in omnibus beneficiorum collationibus, *in ver. Bullæ,* §. 1. pag. 74. quando dicantur expeditæ, *ibid.* §. 2. 75. si deperdantur, an probari possint per testes, *ibidem* §. 3. pag. 75. & an si ante expeditionem Bullarum conferens moriatur, ab eius successore debeant expediri, *ibidem* §. 4. 76. quando beneficiatus teneatur eas ostendere, *ibidem* §. 5. 76. quid solvendum pro expeditione illarum, §. 7. pag. 80. quid contineri debeat in bullis, *ibid.* §. 8. 80.

Bullæ quando dicantur expeditæ in Curia, *ver supplicatio,* §. 1. *ver. sed quæritur.* pag. 413.

C.

Cadaver, vide in *ver. funus.* pag. 227.

Cambium quid, quotuplex, & quando sit licitum, *ver. cambium,* §. *un.* pag. 88.

Campana ad quid deserviat, & an ipsam spernere, sit hæreticum, *ver. casus, in quibus,* §. 1. *ver. campanarum spretores.* pag. 107.

Candela benedicta quæ datur in die Purificationis B. M. Virginis, quid significet, *ver. candela benedicta,* 113. an possit præscribi, ut presbyteri obligentur illam dare, *ibidem* §. 2. ibidem an debeat deferri domum, si quis nollet ire ad Ecclesiam, *ibidem* §. 3. 114.

Canonia quid, & an semper ei annexa præbenda, vel è cõtra, *ver. canonia.* §. 1. pag. 28.

Canonicatum, & capellaniam potest quis habere in eadem Ecclesia, sed non beneficium servitorum, *ver. beneficia,* §. 7. *ver. octava concluſ.* pag. 69.

Canonicatum cum præbenda & dignitate, quando possit quis habere in eadem Ecclesia cum alio canonicatu insufficienti, *ibi ver.6. concluſ.* p.68. & an simul cum Ecclesia parochiali, *ib. ver.7. concl.69.*

Canonici an omnes teneantur habere sacrum ordinem, *ver.canonia*, §. 2.pag. 128. an omnes esse sacerdotes, *ibidem* §. 4.pag.130. quando habeant vocem in capitulo, *ibidem* §.5. *ibid.* quando incipiant gaudere perceptione fructuum, §.6.ibidem, quomodo possint optare in Ecclesiis, ubi adsit illa consuetudo, §.7.130.

Canonicus consequens alium canonicatum, an possit sedere in loco, ubi residebat priùs, *ibid.* §. 8. pag.132. & quam ætatem debeat habere ad Canonicatum consequendum, *ibidem.* §.9.133. quid de numero Canonicorum, & eorum obligatione, *ibid.* §.10. & 11. pag.133.

Canonicus quando incipiat gaudere distributionibus quotidianis, *ibid.* §. *decimotertio.* 134.

Capitulum quando possit dare literas dimissorias ad ordines Ecclesiasticos Sede vacante, *ver. Capitulum*, §.1.pag. 114. an literas Clericis ad studium ire volentibus, *ibidem* §.2. ibidem, quando debeat eligere Vicarium Sede vacante, *ibidem* §.3. pag. 115. quando dare possit indulgentias, *ibidem* §.115. an possit conferre beneficia, *ibidem* §.5. ibidem. an instituere præsentatos ad jus patronatus, *ibidem* §.6. ibidem.

Capituli consensus quando requiratur ab Episcopo in alienatione rei Ecclesiasticæ, aut in causis criminalibus, *ibid.* §.8.116. quæ dicatur major, vel minor pars Capituli, & an minor possit contradicere majori, *ibidem* 13.pag. 117.

Capituli appellatione an veniant inferiores prælati. *ibidem* §.14. remissivè. 117.

Capitulum an possit facere statutum sine consensu Episcopi, *ibidem* §.15.ibid.

Singuli de Capitulo an possint convenire pro obligatione Capituli, *ibidem* §. *ultim.* ibidem.

Capellania quæ sit, *ver. beneficium*, §.1. *ver.3.* pag.45. & an veniant appellatione beneficiorum *ibid. ver.8. Capellania.* pag.50. an de consuetudine requirant personalem residentiam, *ibid.* §.7. *ver. octava concluſ.* pag. 69. fallit ut in *ver. tertia concluſ. fallit quando dicta Capellania.* 70.

Capiellania si requirat Missarum celebrationem simpliciter, potest in ea beneficiari clericus, qui actu non sit Sacerdos. 71. *ver.4. concluſ.* in Capellania, quid si fundator, vel consuetudo dicat, sit Capellanus, vel sacerdos. ead. *ver. quinta concluſ. quid*, eod. ibid.

Captivorum bona possunt vendi pro ipsorum redemptione *verbo captivi*, §. *unico.* pag.81.

Captura, vide *in ver. Index.*

Carcer cur invētus, *ver. carcer.* §.1. p.135. quando clericus possit carcerari. *ibid.* §.2.ibidem.

Carceratus pro causa criminali offerens cautionem, an debeat habilitari, vel relaxari. §.5.135. & si non pernoctat in carcere, an teneatur quid solvere carcerario, *ibidem* §.7.ibidem, & si fu-

giat à carceribus, & iter arripiat ad superiores, an dicatur fugere, & incurrat pœnam, *ibidem* §. 10. ibidem.

Carceratus si non venit puniendus extra delegationem offerens cautionem debet habilitari. 136. §. 11. Carceris pœna, de qua in cap. quamvis, an possit sumi pro retrusione in Monasterium, *ibidem* §. 12. ibidem.

Cardinales quibus conditionibus, quot Episcopi, quot sacerdotes, quot diaconi, quot subdiaconi qua ætate & tempore sint creandi, *ver. Cardinales*, §. 1. pag. 81. & quando ipsis credatur, & stetur in dicto eorum, *ibidem* §. 2. ibidem.

Cardinales quid, unde dicantur, quales esse debeant, quot genera eorum, & ad quid sint, de eorum titulis, *ibidem* §. 2. remissivè, ead. & quomodo sedeant in Capella Domini Papæ, *ver. Concilium*. §. 4. 103.

Carnem comedens diebus prohibitis est suspectus de hæresi, *in ver. casus in quibus ver. carnes*. 107.

Casus in quibus ordinarii possunt procedere nedum contra clericos, licèt alterius jurisdictionis, & Regulares, sed etiam contra laicos. *ver. casus in quibus* 112.

Casus qui Papales, vel qui Episcopales. *ver. excommunicatio*. §. *excommunicatio causa efficiens, ver. decimum*. pag. 183

Casus reservati quotuplices *ver. casus reser.* §. 1. pag. 121. & an possint minui vel augeri ad libitum Ordinarij, *ibid.* §. 1. pag. 121. quomodo danda sit auctoritas absolvendi ab his, *ibidem* §. 3. ead. utrum expiret morte reservantis, *ibid.* 121. an Regulares possint absolvere ab his vigore diplomatum, *ibid.* §. *ult.* ibidem.

Cœmeterium ubi possit illud habere, & an consecrandum ab Episcopo, an gaudeat immunitate, qua Ecclesia, *ver. Cæmiterium*, §. *unico*. 87.

Census an super rebus Ecclesiæ, vel eius fructibus possit poni, *versiculo*, *Census*, §. *primo*. 134.

Census an possit poni in re stabili, non fructificanti valorem census, *ver. contractus censualis*, §. 2. 123.

Res censuata an possit vendi sine consensu illius, cui est censuata *ibidem* §. 7. 126.

Census ad vitam an sit licitus, *ibidem*. §. 8. pag. 127. an possit exigi per tertias, vel simul. *ibidem* §. 9. 127. quando censeatur perpetuus, sive redimibilis. *ibid.* §. 10. 128. reliqua *in ver. contractus censuales*. 122.

Census solutio an probet possessionem, vel dominium, §. 5. & 7. pag. 173. & *ver. libri* §. 2. 271.

Clericus, vide *in ver. literæ quinquennales*. 500.

Chrisma quando debeat renovari, & si non renovetur, an possit ea inungi, *ver. chrisma*. §. 1. pag. 139. an in ea sit necessarium balsamum, *ibidem* §. 2. ibidem. accipiens & conferens an debeant esse jejuni, *ibidem* §. 3. ibid.

Chorus quomodo debeat esse, qui permittantur in eum ingredi, *versic. chorus unic.* pag. 136.

Circumstantiarum peccatorum quot genera, *ver. circumstantiæ peccatorum*, paragraph. 1. pag. 134. circumstantiæ, *ibidem*

Eidem §. 2. ibidem. quæ mutent, seu dent speciem, *ibidem paragraph. 3.* ibidem.
Citans an teneatur dare copiam citationis, *ver. citatio*, §. 2. pag. 136. & quid cum sit ad valvas Ecclesiæ citatio, 137. *vers. quarto*, quando verò qua praxi utendū, *ibidem versiculo quinto*, *praxis est.* ibidem.
Citationes quando debeant fieri per edictum vel per proclama. *ibidem* §. 3. pag. 137. à quibus possit committi, *ibidem* §. 4. ibidem.
Citatio non potest omitti, & quando possit omitti maximè à principibus *ibi.* §. 5. *ibidem* & debet præcedere capturam in criminalibus, & executionem in civilibus, *ibidem* §. 6. 237. an possit fieri in territorio alieno à Iudice alterius territorii. *ibidem* §. 7. ibidem & quando possit fieri de feriata, pro non feriata, *ibidem* §. *octavo.* ibidem.
Citari non potest contumax ab Episcopo existens in aliena diœcesi, sine licentia Episcopi illius diœcesis, *ver. remissio reorum*, n. 3. pag. 403.
Clericus beneficiatus non recitans divinum officium quando faciat fructus suos, & quando peccet mortaliter *vers. beneficia*, §. 4. *ver. 1. dub.* p. 58. *ver.* 2. ead. quo tempore incipiat ad hoc obligari, & quid si non percipiat fructus, sed habeat possessionem, & quid si beneficium est sine redditibus, & quid si habuit, & postea resignavit, & quid si non habet nec possessionem, nec fructus, sed litigatur, 58. *ver. tertium dubiū*, 4. 5. 6. 7. & 8. ead. & seq. quando teneatur illos restituere ob omissam recitationem officii, *ibid. versicul. nonum dubium.* pag. 60
Clericus quis dicatur *ver. clericus*, §. 1. 89 quo privilegio circa personam, & præcipuè quando privilegio fori, & quæ debeant concurrere, *ibidem* §. 2. 89. & an pro delictis commissis ante clericatum *ibidem* §. 6. pag. 96.
Clericatus cognitio ad quem judicem spectet. *ibidem* §. 3. pagina 91. pendente cognitione ubi debet manere carceratus, *ibidem* §. 2. pag. 91. ea pendente debet supersederi in causa criminali, *ibidem* §. 5. 93.
Clericus an possit effici contumax in curia sæculari, *ibidem* §. 7. pag. 94. an possit impunè evelli è manibus officialis Laici, *ibidem* §. 8. pag. 94. an sit immunis à solutione gabellarum, *ibidem* §. 9. pro quibus rebus *ibidem* §. 11. 97.
Clericus malè expendens fructus beneficii an peccet mortaliter, & teneatur ad restitutionem *ibid.* §. 10. pag. 96.
Clericus an possit renunciare privilegio clericali *ibidem* §. 12. 99.
Clericus dimittens habitum si illum reassumat, an gaudeat privilegio, *ibid.* §. *de cimtieriis*, pag. 99. quas vestes debeat portare, ut dicatur in habitu, & tonsura, *ibidem* §. 14. 100.
Clericus an possit exercere aliquam mercaturam decentem, *ibidem* §. 15. 101.
Clericus quando amittat privilegium clericale, *ibid.* u. §. ibidem.
Clericus conjugatus an possit retinere beneficia, *ibidem* §. 17. ibidem.
Clericus comparens coram Judice laico quia pœna puniatur, *ibidem* §. 18. ib
Clericus an possit ordinari ad titulum Ecclesiarum receptivarum vel paupertatis,

tatis, *ver. dimissoriæ*, §. 5. *versic. hic est primum dubium. in nonnullis* 151.

Clericus non habens beneficium per se sufficiens, nec per se patrimonium, sed simul juncta sic, an possit ad titulum illorum promoveri *ibidem versiculum secundum dubium* pag. 151. & quid si nec ambo sufficiunt ad agendum, *ibi versic. tertium dubium*. 152.

Clericus promotus ad titulum beneficii, non potest illud resignare; nisi constet aliunde posse commodè vivere, *ibidem secundum dubium* 151.

Clericus promovendus ad titulum patrimonii, quantum patrimonium debeat habere. *ibidem versic. quartum dubium*. 152.

Clerici an possint torqueri per manus Laicorum de mandato ordinarij. *versic. excommunicatio*, §. *excommun. causa efficiens. versicul. octavum an locorum*. 183.

Clericus quando possit capi & ligari à quolibet, *ver. excommunicatio*, §. *excommunicatio causa efficiens*, *ver.* Undecimo, *an quilibet*. ibidem.

Clericus an teneatur recitare Officium beatæ Mariæ Virginis parvum, Defunctorum, septem Psalmos pœnitentiales, & Canticum graduum, *versi. Horæ canonicæ*, §. *ultimo*.

Clericus non declinans forum Judicis lapunitur *ver. judex*, §. 19. 278.

Clericus homicida an sit ipso jure privatus beneficiis priùs obtentis, *versic. privatio*, §. 1. *versi. ad primum*. pag. 361. an possit ea habere in posterum, *ibid.* §. 2. 363.

Clericus quando amittat beneficium ob non residentiam, *ibidem* §. 3. pag. 362.

fallit, ut in *versic. primum dubium*, & *versic. secundum dubium*, & quid in præbendis, & aliis dignitatibus Ecclesiæ Cathedralis, *ibidem ver. secundo principale*. pag. 363. & quid de beneficiis simplicibus, *ibidem versicul. tertiò principaliter*, 364.

Clericus per triennium non capiens possessionem beneficii censetur habere illud pro derelicto, *ibidem versic. quintò, qui per triennium*. 365.

Clericus quando debeat puniri processu Cameratio, ne succedat infamia. *ver. processus*, §. 3. 381.

Clericus delinquens captus à judice sæculari dum petitur remissio à Judice delicti Ecclesiastico, aufugiat ad Judicem originis, an possit ab illo castigari. *ver. remissio*, §. 1. *versic. Hic accidit casus quotidie practicabilis*. 403.

Clericus ex proposito homicida non repertus tempore homicidii, & captionis in habitu clericali, & tonsura, non gaudet privilegio fori, *ibidem* §. *ultim. versic. postremò*. 404.

Clericus qui non potest habere licentiam à suo prælato, se ex justa causa absentandi, potest adire superiorem, *versic. residentia*, §. 3. 400.

Clericus, si non est solvendo an possit carcerari. *versic. solutio*, §. 1. pag. 42. & quid si est debitor pensionis, *ibidem* §. 2. & qui si est debitor fisci, vel ex delicto, *ib.* §. 3. ead. in quibus clericis hoc habeat locum, *ibidem* §. *ultim.*

Clericus beneficiatus infra quod tempus debeat promoveri ad Sacerdotium, *ver. beneficia, versic. dico quartò principaliter*. pag. 63. & quid si est assumptus ad Ecclesiam parochialem, ubi sunt alii Sa-

si sacerdotes, sed cura residet penes ipsum, *ibidem versic. primum dubium* p. 64. & quid si in illa Ecclesia non sunt animo, *ibidem versic. secundum dubium.*

Clericus non residens in beneficio perdit fructus, *ibidem versic. dico quinto*, p. 64 alia circa hoc vide *in versicu. beneficia*, per totum.

Clericus concubinarius quomodo puniatur, *versic. concubinarij.* §. 3. pagina. 83. quibus clericis sit prohibitum studere Iuri civili, & Physicæ, *ver. studium.* §. 5. *versic. primum.* 421.

Coadjutor quando dandus Episcopo, quando parocho, *ver. coadjutor*, § *unico*, pag. 38. cognatio spiritualis, vide *in ver. baptismus.* 43.

Collegium an fundari possit ab Episcopo cũ Canonicorũ numero & dignitatibus, & an clerici unius castri possint facere collegium, & quomodo probetur Ecclesia collegiata, *ver. collegium*, §. *unico.* 117.

Colonus tenetur vendere fructus fundi potiùs domino, quam aliis, *ver. empt.* §. 1. *ver. sicut colonus tenetur vendere.* 201.

Colono propter sterilitatem fit remissio, & quando fallat. *ver. colonus*, §. 1 p. 142 & quanta debeat esse sterilitas *ibidem* §. 2.

Colonus quando possit expelli, *ibid* §. 3. 143. & quando colonus antiquus præferatur novo *ibidem* §. 4. ibidem.

Colonus expulsus ob deteriorationem, perdit melioramenta. *ibidem* §. 3. ead.

Commenda de quo fieri possit beneficio, & an commendatarii dicantur in dignitate constitui. *ver. beneficia*, §. 1. *ver. undecimò* 47.

Cometam aliquid boni, sive mali significare, an sit verum, *ver. cometa*, §. *unico.* 139.

Copia vide *instrumentum.* pag. 283.

Compositio, an & quando fieri possit, & quomodo *ver. compositio*, §. 1. 140. an de facili debeat fieri *ibi.* §. 3. ead. an possit fieri post sententiam, *ibidem* §. *ult.* 141.

Compensatio quando possit fieri occultè authoritate propria, *ver. compensatio*, §. *primo* 141. & quid si fieret excommunicatio *ibid.* §. 2. pag. 141. & possit inferri violentia *ibidem* §. 3. 142.

Compensatio in quibus rebus admittatur *ibidem* §. 4. ead. & §. 5. & an habeat locum ad versus executionem putatam, *ibidem* §. 6. & an adversus instrumentum in forma Cameræ, *ibi.* §. 7. *ibidem.*

Compensatio seu exceptio usurarum, an impediant executionem instrumenti ex forma statuti habentis paratam, *ib.* §. 8. 142. & an habeat locum in depósito, *ibid.* §. *ult.*

Compromissum fieri non potest in Juces ordinarios, nisi tanquam arbitratores, *ver. compromissum*, §. 1. pag. 139. nec de re spirituali in Judicem laicum. *ibidem* §. 2. ead. sed sic de possessorio beneficii, *ibidem* §. 3. ibidem.

Ad compromittendum requiritur speciale mandatum, *ibidem* §. 5. ibidem & quæ differentia inter arbitrum & arbitratorem, *ibidem* §. 4. 139.

Ad compromittendum quomodo cogantur consanguinei virtute Pragmaticæ,

ticæ, Odia. *ibidem* §. 6. an possit apponi compromissum post conclusum in causa, *ibidem* §. 7. pag. an dicta pragmatica liget Clericos, *ibidem* §. 8. ibidem.

oncilium quotuplex. *ver. concilium*, §. 1. pag 10. quot annis debeat celebrari, *ib.* §. 2. ib. qui convenire debeant ad illud, *ibidem* §. 3. ead. quo ordine in eo sedendum, *ib.* §. 4. pag. 103. quid ibi agi debeat, *ibidem* §. 5. 104. qui habeant suffragia, *ibidem ver. quartum dubium.* pag. 104. quo tempore celebrandum, *ibid.* §. 6. 105. Archiepiscopo impedito, quis habeat illud congregare. *ibidem* §. 7. 105. an teneatur Metropolitanus illud indicere. *ibid.* §. 9. pag. *ibidem.* an Capitula Cathedralia compellantur venire ad illud, vel laici possint, *ibidem* §. *ult.* ibidem.

Concilia generalia, etsi non possint imponere legem Papæ, tamen dirigunt, & instruunt, *ver. pensio*, §. *unic. versicul. respondetur ex Syl.* pag. 612. quid requiratur in concessione facta contra dispositionem Concilii, ibidem.

Concubinarii qui dicantur, *ver. concubinarii* §. 1. pag. 82. quomodo sit procedendũ quoad laicos, *ibid.* §. 2. ibid. quomodo quoad personas Ecclesiasti cas, *ibidem* §. 3. 83. quæ pœnæ ab ipsis incurrantur, *ibidem &* §. 4. pag. 85. quomodo probetur concubinarius. ibidem.

Concubina publica an possit excommunicari *ibidem*, §. *3. versiculo ad tertium.* ibidem.

Confessio cui fieri debeat, & quando ad eam quis obligetur tam de jure divino quàm positivo *in ver. confessio*, *in Summ. num.* 1. pag. 1. 26. an fieri possit cuicunque confessario approbato ab ordinario existenti in eadem civitate sine licentia proprii parochi, *ibidem* ead. & an si pœnitens alterius Diœcesis data opera tempore Quadragesimæ discedat à propria, & eat ad alteram, possit ibi confiteri, *ibidem* §. 2. ead. an vagabundi possint confiteri cuicunque *ibidem* §. *ultim.* 87.

Confessionem omittens in anno est suspectus de hæresi. *ver. casus in quibus.* §. 1. *ver. confessionem.* 107.

Per confessionem etiam informem satisfit præcepto, *c. omnis utriusque sexus, de pœnit. vers. lupanariam*, §. 2. 480.

Confessores à quo approbandi, *ver. confessores.* §. 1. pag. 118. an semel approbati possunt iterum examinari, 119. §. 2. quæ interrogationes faciendæ in examine *ibidem* §. 3. 119. an regularis debeat ad hoc habere licentiam à suo superiori *ibidem* §. 4. 119. quot possint admitti, *ibidem* §. 5. pag. 119. per totam diœcesim etiam regulares *ib.* §. 6. 120. nfessor, cui diminuta est potestas per Copiscopum, an possit recurrere ad superiorem *ibidem* §. 7. ibidem.

nfessio absolvens pœnitentem à pec- Cocatis, seu censuris, à quibus non habebat potestatem absolvendi, quid facere debeat, *ibidem* §. 8. ibidem.

Vide *in ver. sigillum.* 412

Confinia an probent dominium, quomodo probentur, *in verbo confinia*, §. 1. & 2. pag. 101. ipla mutantes quomodo castigentur, *ibidem* §. 3. ibidem an possint præscribi, ibidem §. 4. & ib. quid de confin. Diœcesum Parochiarum, & Episcopatuum, *ibidem* §. 5.

Cõfirmatiõ in qua ætate debeat fieri, *ver. chrisma*, §.4. pag.139. & an sit in ea necessarius patrinus, *ibidem* §.5. 140. & quæ alia sint in ea necessaria, *ibidem* §.6.7.8. & 9. 140. quo tempore esset conferenda, *ibidem* §. 10.140. an oriatur ex ea cognitio, *ibidem* §.15. ibidem, tam minister, quam suscipiens debent esse sine peccato, *ibidem* §. 5. ibidem.

Confirmatorum nomina debent scribi in libris tam per Episcopos, quàm per parochos, *ibidem* §.13. 140.

Confratres an possint recipere aliquid à Confratribus, *ver. Confraternitas*. §.1. pag.143. controversiæ orientes inter Confraternitates de præcedẽtia quomodo terminandæ, *ibidem* §.2. ead. coram quo Judice comparere teneantur, *ibidem* §.3.

Consecratio prælatorum ubi fieri debeat, *versic. consecratio*, §.1.pag.121. quando, *ibidem*

Consecratio Episcoporum, & aliorum superiorum, à quo fieri debeat, *ibid.* §.3.122.

Consuetudo quomodo introducatur, & contra Ecclesiam, *ver. consuetudo*, §. *unico*. 112.

Consuetudine potest induci, ut quis confiteatur cuicunque voluerit, modò confessarius sit approbatus ab Ordinario, *ver. confessio* §. 2. *vers. Ratio est*, pag.86.

Consuetudo non potest tollere ea, quæ sunt de jure divino, *ver. Decimæ*, §.1. pag.168.

Consuetudo an possit inducere, ut decimæ solvendæ uni Ecclesiæ solvantur alteri, *ibidem* §.12. pag.172.

Contractus in dubio potiùs præsumitur censualis, quàm emphyteuticus, *ver. census*, §.2.134.

Contractus censualis quas conditiones requirat, *verbo, contractus censuales*, §. 1. pag. 122. an fieri possit super re non reddente valorem census, *ibidem* §.2. pag.123. an super re, quam quis non habet, *ibidem* §.4.pag.124.

Si in contractu censuali coarctetur tempus tam ut intra certum non possit redimi, quam ut elapso certo termino non possit amplius, an valeat talis contractus, §.5.125.

In cõtractu censuali an sit locus juri protimiseos, *ibidem* §.6.pag.126. vide reliqua *in ver. census*. pag.134.

Contractus ad gaudendum an sit licitus. §.3. 124.

Differentia inter contractum factum à Capitulo, & factum à Prælato circa obligationem successorum, *ver. Prælatus*, §. 9.596.

Contumaces qui verè dicantur, vel interpretativè, *in ver. contumacia*, §.1.p. 138. quæ eorum pæna. *ibidem* §.3.ibid. & quid si steterint per annum in contumacia, *ibidem* §.4.ibidem.

Contumaces tam in civilibus, quam in criminalibus, si potest haberi executio realis, vel personalis, non sunt censuris Ecclesiasticis innodandi, *ibidem* §. 5.ibidem.

Contumax regulariter habetur pro præsenti, nihilominus citandus est ad diffinitivam, *ibidem* §.6. ibidem & quando possit excusari, *ibidem* §. *ultim.* ibidem.

Contumacia prima, & ultima quomodo debeat accusari, *ibidem* §.2. 138.

Corpora

Corpora Sanctorum non possunt transferri de loco ad locum sine licentia Episcopi, *ver. corpora Sanctorum.* §. 1. p. 113. & quando veneranda, *ibidem* §. 2. ibidem.

Contractus an censeatur Emphytheuticus, an Censualis favore Ecclesiæ, *in ver. census*, 134.

D.

DEbitor, vide *in ver. litera quinquennales*. pag. 300

Decimæ, quo jure debeantur, *ver. decimæ*, §. 1. pag. 168. quotuplices sint, *ib*, §. 2. 169. quibus, & quantum solvi debeat, *ibidem* §. 3. 4. 5. ibidem & seq. an ad eas solvendas possint compelli Laici per Judicem Ecclesiasticum, *ibid.* §. 6. pag. ibidem, an consuetudine possint tolli, *ibidem* §. 7. 170. an Laici teneantur eas deferre usque ad horrea Clericorum, *ibidem* §. 8. 171. an solvenda sine deductione expensarum, *ibidem* §. 9. 171.

Decimæ, fuerunt antequam esset meum & tuum, 171.

Decimarum pars quæ contingat Episcopo, *ibidem* §. 10. 171.

Differentia quæ inter decimas, & oblationes, § 2. pag. 169.

Decimas non solventi denegatur absolutio in actu confessionis, *ibidem* §. 12. *vers. dubium est.* pag. 172.

Decimæ an possint dari in feudum, §. 13. 173.

Decimæ prædiales ubi solvendæ, *ibidem* §. 14. ibidem decimas negantibus quid, *ibidem.* §. *ult.* 173.

Defensionibus an possit reus renunciare, *ver. defensiones*, §. 1. pag. 161. in criminalibus dantur etiam post sententiam condemnatoriam, *ibidem* §. 2. ibidem, defensiones per quos testes possunt probari, *ibidem* §. 3. ibid. an sint dandæ ex officio, etiam reo non petente, vel confess. §. 5. 162.

Defensiones non possunt negari reo, quamvis judex habeat amplum arbitrium, *ibidem* §. *ultim.* 162.

Degradatio quibus in delictis fieri possit, & debeat. *ver. degradatio*, §. 1. pag. 174. à quibus sociis, *ibidem* §. 2. ibid. ubi, quibus indumentis, & an cum degradato actualiter possit Episcopus dispensare, *ibidem* §. 3. ibidem.

Delegati jurisdictio quando incipiat perpetuari. *ver. Delegatus*, §. 1. pag. 176. & §. 3. 176. & quando non expiret morte delegantis, *ibidem* & §. 2.

Delegatus debet citare cum inserto tenore sui Rescripti, alias citatus non arctatur ad comparendum, *ibidem* §. 4. 176.

Delegatus Principis regulariter potest subdelegare, & quando hoc fallat, *ibidem* §. 5. & qui dicuntur Principes, ibidem.

Delegatus super causa juris, patronatus, vel beneficii, an possit exequi suam sententiam instituendo, vel conferendo, *ibidem* §. 6. 177.

Delegatus lata sententia quod tempus habeat ad eam exequendam, *ibidem* §. 7. ibidem & ejus rescriptum an debeat esse perenne, quoad cognitionem causæ, *ibidem* §. 8. 178.

Delegatus, cui est commissum nudum ministerium, an possit alteri subdelegare, *ibidem* §. 9, ibidem.

Delega-

Delegatio quando excitatio jurisdictionis, *ibidem* §. 11. 178.

Delegatus non potest impetrare brachium sæculare, *ibidem* §. 1. ibidem.

Dæmon potiùs cruciatur ex vexatione, quam infert maleficiatis, quàm quid boni vel quietis percipiat. *ver. arreptitii*, §. 9. 41.

Dæmonem adorare sapit hæresim, *versi. casus in quibus*, §. 1. *versic. adoratores*, p. 106. idem ipsum invocare tacitè, vel expressè, *ibidem in ver. dæmones*, pag. 107. idem expectare ab eo responsa, vel offerre fumigationes, & thura, *ib. ver. expectare, & fumigationes*. 109.

Derogatoriæ clausulæ quid operentur, *ver. Derogatio*, § *unico*. 156.

Dies quoad indulgentias, esum carnis & observationem festorum, & divina officia, quando incipiat. *ver. dies* §. *unico*. 166.

Dignitas quæ & quotuplex, *ver. Beneficia*, §. 1. *ver.* 12. pag. 47. quæ ætas requiratur ad eam assequendam, *ibidem*, *ver. ad dignitates*. 48.

Dimissoriæ literæ, seu commendatitiæ, sunt necessariæ ad ordines ecclesiasticos suscipiendos, *ver. dimissoriæ ad ordines in princ.* pag. 144. Et à quo debeant impetrari. *ibidem*, an sint necessariæ pro minoribus ordinibus. *ibidem* §. 2. pag. 147. quomodo fieri debeant *ibid.* §. 5. 149. & si deperdantur, quomodo probentur, *ibidem* §. 6. pag. 153. quid solvendum pro ipsis *ibidem* §. 7. an vetustiores vel recentiores debeant esse, *ibidem* §. 8. pag. 154. an expirent morte concedentis. *ibidem* §. *nono* 155. & quibus, si ordinarius est suspensus, à quo debeant haberi istæ literæ, *ibidem*. §. *decimo* pro eorum præsentatione an sit aliquid solvendum. *ibidem* §. *ultim.*

Diœcesanorum appellatione an veniant inferiores ordinarii, licet habeant jurisdictionem in loco, *ver. Diœcesanus*, §. *unico*. pag. 168.

Dispensationis matrimonii causæ quæ applicandæ apud summum Pontificem *ver. dispensatio*, §. 1. pag. 162. & quid si non adessent dictæ causæ *ibid.* §. 4. 163.

Dispensatio an detur inter fratrem, & sororem in secundo gradu consanguinitatis, 162. §. 2. quid agendum cum matrimonium est contractum de facto; §. 3. 163 & quæ reddant dispensationem irritam. *ibidem* §. 4. & quid si matrimonium consummetur ante, vel post datam, an dicatur dispensatio obreptitia. *ibidem* §. 6. pag. 164. qui testes examinandi pro informatione impedimenti, & graduum? *ibidem* §. 9. pag. 166. qui gradus explicandi in impetratione, *ibidem*, §. 9.

Dispensatio habita ab illo qui communiter reputatur posse dispensare cùm non possit, an valeat, *ibidem ver. hic est dubium*. ibidem.

In dispensatione si tacetur veritas etiam ignoranter, vitiatur rescriptum, *ibid. versic. tertium dubium in dispensatione* 66.

In impetratione dispensationis in gradu affinitatis an sit necesse exprimere impedimentum publicæ honestatis, *ibid. versic. quartum dubium*.

Dispensare in qua irregularitate possit Episcopus, & an cum promoto per saltum, *ver. irregularitas*, §. 8. 9. & 10. p. 286. & an cum bigamo ad primam

tonſuram, *ibidem* §.17.288.

Diſtributiones quotidianæ quid ſunt, *verſic. diſtributiones quotidianæ*, §. 1.p. 156. de quibus bonis capi ſeu conſtitui debeant, *ibidem* § 3. 157. quibus non, ibidem, *verſic. quoad ſecundam partem.* pag. 158.gerens vicem plurium perſonarum, an plures debeat habere, *ibidem verſic.primum dubium*, quid faciendum cum ſunt adeò tenues, ut veriſimiliter negligantur, *verſic. ſecundum dub.* 159.& quomodo tunc dividendæ, *ibidem*, & ſi amittantur: *verſic.tertium dubium*, & quid de illis omiſſis fieri debeat, *ibidem* §. *quarto*, 159. quæ ſint eorum privilegia, ibid. §.5.161.

Divortium quo ad ſeparationem tori, non debet fieri ſine licentia Epiſcopi, tamen factum tenet. *verſic. divortium. §. unico.* 176.

Doctrina Chriſtiana an ſit neceſſaria ad ſalutem, *ver. doctrina Chriſtiana*, §.1. pag.167. qui ad eam docendam teneantur? *ibidem* §. 2. Pueri an poſſint compelli per ordinarium mulctis, & pœnis eccleſiaſticis ad eam addiſcendam, §. *tertio & ultimo.*168.

Domicilium ſuæ originis non poteſt quis etiam per mille annos mutare. *ver. dimiſſoriæ.*§.1. *verſiculo quarto*, *per ea quæ dicit Boer* 146.

Dominiũ per quid probetur, *ver. domin.* §.1.p.173. & quid dom. antiquiſſimo loci juriſdictionis, & confinium, *ib.*§. 2. pag. ibidem an per obligationem ſeu locationem vel poſſeſſionem probetur, *ibidem* §.3.& 4.ibidem & quod difficilis ſit probationis. *ibidem* §. 6. ibidem.

Dominium non transfertur in alienatione rerum quæ alienari non poſſunt, *ibidem* §.8.174.

Dominus an teneatur reſarcire domum in fundo emphiteutico cadentem ob non ſolutionem canonis, *ver. locatio*, §.4.302.

Donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum, vel præſentium tantùm futuræ hæreditatis, an valeat, *ver. donatio* 1.pag. 179.an poſſit fieri inter virum, & uxorem, *ibidem* §.2. quot modis revocetur §. 3. 180. & quando fieri poſſit inter virum, & uxorem, *ibidem* §.4. 180.

Dotis promiſſor tenetur ad uſuras proportionales etiam ſine pacto, *ver. dos.* §.1.pag. 175. amplia in vidua. *ibidem* §.2.

Dos non poteſt fieri deterioris conditionis, etiam de conſenſu mulieris, *ibid.* §.3. 175.& quid ſi eſt relictum pro dote, & mulier ingreditur Monaſterium, *ibidem* §. 4.ibidem, & quandò poſſit de ea cognoſcere judex eccleſiaſticus, *ibidem* §.5. valet in ea pactum de ſolutione uſurarum, *ibidem* §.7. quam hypothecam habeat *ibidem* §. 8.pag.ibidem, an debeatur filiæ ſpuriæ *ibidem* §.9.

Duellum quæ requirat, *ver. duellum*, §.1. pag.174. qualiter deteſtetur, ibidem §.3. & de quibus intelligatur decretum de duello, *ibidem* §.3. quæ pœnæ incurrantur, & qualiter provocans puniatur in regno Neap. *ibidem* §.5. 175.

E.

Ecclesia an possit fundari sine consensu Episcopi, *ver. Ecclesia.* §. 1. p. 209. & quando dicatur Ecclesia, & quando oratorium, *ibidem* §. 2. *ibidem*, an sufficiat tacitus consensus, *ibidem* §. 3. ibidem, an in aliqua parochia in præjudicium parochi *ibidem* §. 4. & 5. ibidem,

Ecclesia tenetur contribuere ob reparationem murorum Civitatis *ibidem* §. 7. ibidem, an restituatur adversùs præscriptionem, *num.* 8. 210. & adversùs quæ alia, *ibidem*

Ecclesia quibus modis polluatur, §. 9. p. 210. *ver. pollutio*, §. 1. 380. quæ requirantur ad hoc, ut dicatur polluta, *ibidem* §. 2. & quando opus sit reconciliatione, & quando non *ibidem* §. 3. & 5. pag. 380. quæ impediantur succedente pollutione, *ibidem* §. 4. cujus expensis reconcilianda *ibidem*

Ecclesia Cathedrali vacante quid agendum à Capitulo, *ver. Eccles* §. *ultim.* 210.

Ecclesiam an possit concedere Episcopus Regularibus vel Laicis *ibdem* §. 1. ibidem.

Ecclesia habet immunitatem circumcirca per quadraginta passus, *ibidem* §. 12. ad ipsam ædificandam quæ circumstantiæ requirantur? *ibidem* §. 13. in donatione ejus bonorum quando requiratur assensus Apostolicus 211. §. 14.

Ecclesia ratione feudi quod habet, habetur loco Laici, *ibidem* §. 15. nec rem sibi in feudum datam potest alienare, *ibidem* §. 17. & quando ligetur legibus civilibus in materia evictionis, *ibidem* §. 16.

Ecclesia non debet consecrari sine reliquis Sanctorum, *ibidem* §. 18. 211. quando dicatur ad aliquem spectare pleno jure, *ibidem* §. 19.

Ecclesia unita an perdat privilegia, & statuta, & quid de translata, *ibidem* §. 20.

Ecclesiæ res mobiles pretiosæ censentur immobiles, *ver. alienatio*, §. 3. *ver. quinta conclusio* pag. 15.

Ecclesia exempta non potest renunciare suo privilegio. *ver. exempti* §. 6. pag. 212.

Ecclesiæ res possunt hypothecari ex magna ejus utilitate, *ver. alienatio*, §. 3. *ver. duodecima conclusio.* pag. 16.

Edictum an possit facere Episcopus in sua diœcesi, *ver. edicta*, §. 1. pag. 8. quas pœnas possit in eis imponere. *ibidem*, §. 2.

Electio quorumcunque superiorum, & officialium Regularium, quomodo fieri debeat, *ver. electio.* §. 2. 204. & quomodo electio Vicarii mortuo Episcopo, *ibidem* §. 3.

Requisita substantialia Electionis per formam scrutiniorum desumpta ex cap. *quia propter de elect.* sunt decem & oct. pag. 205.

Electio pœnitentiarii, vide *in ver. pœnitentiarius* pag. 385.

Electus consentiendo electioni sui ipsius, an augeat numerum, *in versic. electio*, §. 4. 204.

Eleemosinæ quæ fiunt in Ecclesiis intra Parochiam existentibus, regulariter debentur Parocho. *ver. Ecclesia*, §. 6. pag. 209.

Emphyteuta Ecclesiæ ut possit vendere melio-

ramenta, quæ fecit in re, quid requiratur. *emphyteuta*, §. *unico*. pag. 203.

Emphyteuta in partem solvens, & in in partem, nõ cadit in commissum, *ver. Locatio*, §. 7. pag. 302. an possit donare rem emphyteut. irrequisito domino, *ibidem*, §. 8. pupillus an incidat in commissum ob cassationem solutionis. *ibidem*, §. 6.

Emere & vendere quando quis cogatur, *ver. emptio*. §. 1. pag. 201. rescissio venditionis ut propter læsionem competat, quæ requirantur, & quæ in ea considerandæ *ibidem*, §. 2. 201. duobus emptoribus quis præferatur, & quid quando intervenit Ecclesia, *ibid.* §. 3. pag. 201.

Emptor quando teneatur stare locationi factæ à venditore, *ibid.* §. 4. & si est læsus ultra dimidiam justi pretii, quid facere debeat, *ibid.* §. 3.

Rei venditæ periculum apud quem remaneat, *ibidem* §. 6. 203.

Emptor primus recipiens pretium, & patiens proximiorem rem possidere, videtur ei reemere, & possessionem perdit, *ibid.* §. 7. 203.

Emptor eligens restituere rem juxta l. 2. C. de rescin. vend. an teneatur restituere fructus, ibid. §. 8. & ult. 203.

Energumeni, vide *in ver. Arreptitii*, pag. 40.

Episcopus potest cogere hæredes per censuras ecclesiasticas exequi voluntatem defuncti, *ver. legatum*, *ver. secunda conclusio*, pag. 204. & executores negligentes, *ibid.* ead. an possit sub pœna privationis cogere clericos ad residentiam, ubi aliàs de jure non debetur, *ver. privatio*, §. 4. *ver. primum*, pag. 363. an parochos ne ultra biduum absint ab ecclesia *ibi ver. secundum*. 369.

Episcopus potest appellare pro sua Civitate sine mandato speciali. *ver. Episcopus*. §. 1. pag. 212. ab ejus commissione appellatur vel ad ipsum, vel ad metropolitanum, *ibidem* §. 2. 213.

Episcopus dispensat in juramento. *ib.* §. 3. 213. quando possit, vel non infeudare rem Ecclesiæ, *ib.* §. 4. ibid. potest esse judex in causa suæ Ecclesiæ, *ibid.* §. 5. ibidem.

Ab Episcopo regulariter appellatur ad Archiepiscopum, & quid in causa feudali, *ibid.* §. 6. 213.

Episcopus idemque Canonicus in una Ecclesia, quomodo debeat sedere, *ib.* §. 7. 213.

Episcopus factus ex Regularibus an possit habere proprium, *ibid.* §. 8. ead. & an muret habitum, §. 33. 216.

Episcopus debet honorari ab Archiepiscopo in sua Diœcesi, & etiam à Cardinali, *ib.* §. 9. 213.

Episcopus potest præscribere, ut ubi requirebatur consensus capituli, possit procedere absque consensu, *ibid.* §. 10 213.

Episcopus potest cognoscere de delictis suorum officialium, & an eius familiares gaudeant privilegio fori, *ib.* §. 11. 214.

Episcopus non debet deservire Regibus, & Principibus sæcularibus, & in actis publicis prima sedes debetur Episcopo, *ib.* §. 12. 214.

Episcopi authoritas quæ *ib.* §. 13. 214. & quibus comparetur, *ib.* §. 14. 114.

Episcopi usquequo fuerunt in dignitate. *ibidem*

supra Cardinales, *ibid.* §. 15. ibidem.
*E*piscopo dato suspecto datur sibi adjunctus *ibid.* §. 16.
*E*piscopus an possit de novo facere Collegium, *ibid.* §. 17. ead. & an possit de novo concedere in Ecclesiâ Laicis, §. 18. 214.
*E*piscopus habet eadem privilegia circa officium inquisitionis, quæ habet inquisitor delegatus, *ibid.* §. 19. pag. 215. & an sit judex ordinarius in causa fidei *ibid.* §. 29. 215.
*E*piscopo delegato in causa Religionis, eo mortuo quis succedat. §. 21. 215.
*E*piscopus propriis expensis tenetur animadvertere in hæreticos *ibid.* §. 22. 215.
*E*piscopo aliquando interdicitur jurisdictio, *ibidem.* §. 23. ibidem, an possit emere bona *E*cclesiæ à suo Capitulo nomine *E*cclesiæ sine consensu superioris, *ibid.* §. 24. & an possit dispensare de futuris in præjudicium successorum. *ibidem.* §. 25. ibidem.
*E*piscopum percutiens, aut banniens, ipso jure est privatus beneficiis, *ibid.* §. 26. 216.
Civitas *E*piscopum suum occidens privatur illa dignitate. *ibidem.* §. 27. ibid.
*E*piscopus potest dispensare cum illegitimo ad minores ordines, & ad unum beneficium simplex. *ibidem.* §. 28. 216. & an ad ordines sacros, *ver. Canonia*, §. 3. 129.
Episcopo competit malè oblatorum dispensatio, §. 29. 216.
*E*piscopus quando possit dispensare cum excommunicato circa beneficium, *ibidem.* 216.
*E*piscopus tenetur ex facto sui Vicarii. *ibidem.* §. 32. ibidem
*E*piscopus celebrans privatè in aliena Diœcesi, an possit uti benedictione *E*piscopali, *ibidem* §. 35. pag. 217.
*E*piscopus an teneatur quotidie celebrare Missam, vel eam audire. *ibid.* §. 36. 217.
*E*piscopus duorum *E*piscopatuum unitorum, degens in uno, potest expedire negotia alterius, *ibidem.* §. 37. & *& ult.* 217.
*E*piscopus quam partem debeat habere de proventibus Clericorum, ac de eorum decimis. *ver. Decima.* §. 10. pag. 171.
*E*piscopus conferens ordines etiam minores absque literis dimissoriis incurrit pœnam, *ver. dimissoria*, §. 2. *versic. sed hoc non excusat ordinantem*, pag. 174. an possit dispensare cum non suscipiente ritè ordines sacros, *ibid.* §. 3. & an possit dispensare ex causa, ubi aliàs Papam dispensare oporteret, *ver. dispensatio.* §. 5. 163. & an in impedimentis impedientibus, sed non dirimentibus matrimonium, *ib.* §. 8. pag. 165. & quando possit dispensare cum clerico duellante, *versic. duellum*, §. 4. pag. 175. & an ut illegitimus habeat Canonicatum, etiam in cathedrali. *versic. Canonia.* §. 3. pag. 129.
*E*piscopus & legatus extra territorium possunt quicquid est Jurisdictionis voluntariæ. *versic. absolutio*, §. 7. p. 6.
*E*piscopus quæ edicta possit facere, & quas pœnas in eis apponere, vide *in ver. edict.* pag. 8.

Episcopus successor an succedat in delegatione prædecessoris. *verbo delegatus.* §.10.pag.178.

Episcopus non potest conferre beneficium, ad quod quis habet opinionem. *vers. Canonia*, §.7. *ver. Primò non posse ordinarium.* pag.131.

Episcopus quando possit eligere duos ex Capitulo, pro seminario clericorum *ver. Capitulum.* §.7. pag.115.

Episcopus quot Canonicos possit accipere ex Capitulo pro suis servitiis. *ibi* §.9.116. & an possit eos compellere ut ei assistant, cùm celebrat privatè, vel extra cathedralem, *ibidem.* §. 11.p. 116. & an ut omnes sint sacerdotes, *ibidem* §.10.pag.116. & quando, & an quibus debeat adhibere consensum Capituli. *ibidem.* §.12.pag.116.

Episcopus an possit ad libitum plures aut pauciores casus sibi reservare, *ver. casus reservati*, §.2. pag 121.

Episcopus debet curare, ne ex sua negligentia aliquis moriatur absque Sacramento confirmationis, *versic. chrisma*, §.11. pag.140.

Episcopi alterius provinciæ an possint convenire ad alterius concilium, *ver. concilium.* §. *ver. 5. quintum dubium, an possint admitti.* pag.104.

Episcopus an possit constituere novas dignitates in aliqua *Ecclesia. ver. Beneficium.* §.1. *ver. quartò an Episcopus*, pag.48. & an novos Canonicos, vel veteres extinguere, *ibidem ver. quintò an Episcopus.* pag.49.

Episcopus tanquam Sedis Apostolicæ delegatus, est executor omnium piarum voluntatum, *ver. Hospitale*, §.3. *ver. tertium dubium.* pag.243.

Episcopus est generalis Ordinarius sui *Episcopatus, ver. Beneficia*, §.2.p.50.

Episcopus potest conferre omnia beneficia vacantia in Curia Apostolica, si Papa infra mensem de eis non providerit. ibidem.

Episcopus an possit conferre beneficia sub conditione si vacent *ibidem* §.4. *ver. secundum dubium*, pag. 58. & an possit conferre clerico extraneo sine literis commendatariis proprii *Episcopi. ibidem ver. sextum dubium*, p.59.

Episcopus existens extra Diœcesim potest conferre beneficia vacantia in sua Diœcesi, & quid si sit in curia *ib.* §.9. pag.73.

Episcopus potius debet satisfacere oneri suæ conscientiæ, quàm timere molestiam judicum sæcularium, *ver. concubinarii.* §.2. p.82.

Episcopus an possit excommunicare subditum suum extra suam Diœcesim existentem. *ver. excommunicationis causa efficiens. ver. primum dubium.* p.181. an *Episcopus* & excommunicatus possit excommunicare. *ibid. ver. tertium dubium.* pag. 182. & an possit excommunicare denegantem sibi censum. *ibidem ver. nonum.* 183. & an possit excommunicare regulares. *ib. verb. excommunicationis causa materialis, ver. quartò, an Episcopi.* pag.191.

Reliqua vide *in ver. Dispensatio*, p.162.

Epistola per quem debeat cantari, etiam stante necessitate, & quæ pœnæ incurrantur, si cantetur ab alio, quam â non habente ordinem sacrum, *ver. Epistola*, §. *unico.* pag.219.

Ere-

Eremita quando gaudeat privilegio clericali, *ibidem verb. eremita, §. unico.* 219.

Evictio an detur in beneficialibus. *verb. evictio,* §. 1. pag. 221. & an ecclesia, & prælatus de ea teneantur, *ibidem* §. 2. & 3.

Eucharistia ubi debeat conservari. *verb. eucharistia,* §. 1. 221. an sit necessaria lampas ardens in eucharistiæ circumlatione. *ibid.* §. 2. pag. quoties debeat renovari, *ibid.* §. 3. quomodo deferri debeat ad ægrotum, *ibid.* §. 5. quibus possit administrari. *ibid.* 6. quando currat præceptum de sumenda eucharistia, §. 7. 222.

Eucharistia abutentes sunt suspecti de hæresi. *verb. casus in quibus,* §. 1. *versic. eucharistia abutentes in sortilegiis,* pag. 109.

Excommunicatus quando sit, & quando non percutiens Clericum, *verbo excommunicatio,* §. 1. 2. 3. 4. & 5. pag. 180. & *verb. excommunicationis causa efficiens, versic. quintum dubium.* p. 182. *ver. sextum dubium. ibidem,* & quid de mandante. *ver. septimum, ibid.* 183.

Excommunicatio à quo debeat impetrari per homines beneficii nulliusdiœcesis, *ibidem ver. excommunicationis causa efficiens, ver. secundum dubium est.* 182.

Qua practica utendum antequam deveniatur ad concessionem excommunicationis. *ibid. excommunicationis causa materialis. in princ.* pag. 183. pro qua quãtitate possit admitti. *ib. ver. De causa materiali, & quibus privet, ibid.*

Excommunicatus dicitur jumentum diaboli, *ibidem, ver. eo. De causa materiali.* 184.

Excommunicationis monitiones & ejus fulminatio an possint concedi lite pendente, vel post publicatum in causa, *ibidem ver. ad secundum, & excommunicatio dicitur medicina.* p. 186.

Principalis an teneatur revelare. *ibidem, ver. ad tertium.* 187.

Excommunicatio, an, & quomodo possit concedi in causis criminalibus. *ibidem, ver. ad quartum, in hoc,* p. 188.

Monitiones an debeant suspendi parte contradicente, *ibid. ver. ad quintum.* pag. 189.

Excommunicatio lata in facientem aliquid an ligat Episcopum alterius Diœcesis in loco prohibitionis facientem, *ib. ver. hinc oriuntur.* pag. 189. & an liget subditum suum existentem in loco exempto, *ibidem ver. secundò, an subditus.* 190.

Excommunicatio lata contra alloquentes Moniales, an liget alloquentes Moniales exemptas, *ibidem ver. 3. Episcopus facit.* 190.

Excommunicatio lata ab Ordinariis contra subditos suos, non ligat Regulares, *ibidem ver. Quartò, an Episcopi.* pag. 191.

Excommunicatio ad hoc quòd pro præteritis possit fieri, quid requiratur. *ib. §. causa formalis, in princ.* pag. 193.

Excommunicatus an possit quis declarari absque eo quòd incurrerit excõmunicationem, *ibidem ver. secundum dubium.* pa. 194. quibus cautibus teneantur

neamur evitare excommunicatum, *ver. tertium dubium.* 195.

Excommunicatus appellans, an possit cum aliis, & alii cum eo conversati. *ibidem verb. septimum.* 197.

Excommunicatus quæ possit facere *ibi ver. octavum.* pag. ibid. & quæ non, ibidem.

Excommunicato an possint literæ scribi, *ver. decimum dubium.* 199. & quid de scribente Monial. quas nõpotest, alloqui sub pœna excommunicationis ibidem pag. 199. an liceat movere biretum ante, vel ipso, movente, post *ibidem ver. undecimum dubium.* 199.

Semel excommunicatus, semper præsumitur excommunicatus, *ibid. ver. duodecimum dubium.* ibidem. an detur ei absolutio ad cautelam quando opponitur, prout in cap. 1. de excommunicat. in 6. *ver. decimumtertium.* ibidem.

Episcopo inferior excommunicans non servata forma, cap. sacro. de sent. exc. quam pœnam incurrat. *ibid. decimum quartum.* 200.

Excommunicatus persistens per annum in excommunicatione, quando dicatur suspectus de hæresi *Verbo casus, in quibus,* §. 1. *ver. excommunicati.* p. 108.

Excommunicatione lata quando possint affigi cedulones non elapso decendio, *ver. appellatio.* 14. p. 30.

Excommunicatus potest absolvi à Judice à quo pendente lite ad certum actum cum reincidentia, *verbo, appellatio.* §. 4. pag. 26. & an possit verè suspendi. *ibidem.*

Executor Apostolicus, an debeat procedere citata parte, *ver. Executor Apostolicus.* §. 2. pag. 217. an possit cogere impetrantem ad probandum valorem beneficii, juxta Regulam Cancellariæ, &c. §. 2. 218. an possit procedere absque ordine judiciario, & an possit recusari. *ibid.* §. *ultim.* pag. 219.

Executor testamentorum quis possit esse, *verbo, executor testamentorum,* §. 1. eadem, an posit vendere de bonis defunctis pro satisfactione legatorum *ibidem,* §. *ultim.* 219.

Exempti alias à jure communi, quomodo subjaceant jurisdictioni Ordinarii, *ver. exemptio.* §. 1. pag. 201. & quid de Capellanis Regis, *ibidem,* §. 2. pag. ibidem. & quid de servientibus ecclesiasticis militiis, *ibidem,* §. 3. ibidem quid de familiaribus Cardinalium, *ib.* 4. ibidem. quid de Subcollectoribus, *ib.* §. 5. ibidem.

Exempla Sanctorum an possint allegari, & secundùm ea judicari, *verbo, exemplum,* §. *unico* pag. 209.

Expensarum quantùm, quando, & quomodo possit judex condemnare victori in expensis, §. 1. pag. 200. & an semper possit victum condemnare victori in expensis, *ibidem,* §. 2. ibidem.

Expositi an dicantur filii Hospitalis, & ipsis morientibus quis eis succedat, *verbo, expositi,* §. *unico.* pag. 219.

Extensio in pœnalibus non est facienda, & quando, *verbo, extensio.* §. 1. p. 208. & quid in correctoriis, *ibidem. versicul.* 8. *in correctoriis.* 208.

Extremæ unctionis materia quæ, *ver. extrema*

trema unctio, §. 1. pag. 220. quis minister, *ib.* §. 2. ead. quibus personis danda. *ibi.* §. 3. ead. quibus partibus corporis. *ibidem*, §. *ultimo*. 220.

F.

FAbricæ Ecclesiæ appellatione quæ veniant. *ver. fabrica ecclesiæ*, §. *unico*. pag. 222.

Faciens brevia cum characteribus, & literis ignotis potest puniri à judice ecclesiastico, *ver. casus, in quibus*, §. *ver. facientes brevia*. 100.

Falsificantes literas Apostolicas quas pœnas incurrant, *ver. falsarii*, §. 1. & 2. pag. 225. & quoties quis incidat in pœnam falsi, *ibidem*.

Falsum deponens coram Judice ecclesiastico, debet ab illo puniri, *ver. casus, in quibus*. §. 1. *ver. falsum deponentes*. pag. 109.

Fama, seu infamia quid sit. *ver. fama*. §. 1. pag. 223. quid probet cum uno teste, *ibidem*, §. 2. ead. per quot testes probetur, *ibidem*. §. 3. ead. quando faciat indicium ad torturam, *ibidem*. §. 4. & an bona tollat indicium contra Inquisitum, *ibidem*. §. 5. in his quæ excedunt memoriam hominum probat, *ibidem*. §. 6.

Fama sufficit de morte viri, quando profectus est in longinquum. §. 7.

Fama longi temporis an probet matrimonium, vel maleficium, *ibidem*. §. 8.

Fascinatio an sit vera, *ver. fascinatio*, §. 1. pag. 224. quomodo, cus, & quando accidat. *ibidem*. §. 2.

Festa quæ servanda, *ver. festa*, §. 1. pag. 229. quomodo. *ibidem*. §. 2. ibidem. & quid evitandum fidelibus concurrentibus ad festa quædam solemnia, *ibidem*. §. 3. pag. 229. quæ fieri possint, quæ non, & facta non annullari. *ibid. ver. quæ possint fieri*. quando incipiat currere obligatio diei festi, *ibidem*. §. *ultim*. pag. 230.

Feudum quando dicatur applicatum mensæ Episcopali, & quando Episcopus possit infeudare, *ver. feudum*, §. 1. pag. 226. & an transeat ad monialem, vel religiosum. *ibidem*, §. 2. & an possit relinqui Ecclesiæ fratrum, *ibi.* §. 3. ejus ratione an Ecclesia subsit domino temporali, *ibidem*, §. 4. usque ad quem gradum sit locus ejus successioni, *ibidem*, §. *ultim*. ead. an possit prælatus illud dare cognatis, *ibid.* §. 5. 226.

Fidei professionem qui facere teneantur, *verbo, fidei professio*, §. *unico*. pag. 225.

Fidejussor an liberetur exhibendo illum qui aufugit, pro quo fidejusserat, *ver. fidejussor*, §. 1. pag. 227.

Fidejussor potest petere executionem sententiæ contra reum, sine processu, si solvit pro eo. *ibidem*, §. 2. ibidem.

Fidejussor potest accipere aliquid ab eo, pro quo fidejubet, *ver. contractus censuales*, §. 4. *Vrget quis, nonne*. pag. 125.

Filius hæres an teneatur solvere ultra vires debita patris, *ver. legatum*, §. *sexto*, pag. 296.

Fiscum an habeat Episcopus, & quibus æquiparetur, *ver. fiscus*, §. 1. pag. 227. & an appellet de jure communi, &

dubio feratur contra eum sententia, *ibidem*, §. 2. ibidem.

Forum quot modis contrahatur, *ver. forum*. §. 1. pag. 224. & quid habere debeat forum Episcopale, *ibid.* §. 2. & an magistri actorum debeant esse tabelliones, *ibidem*. §. 4.

Fructus beneficii primi anni toti, vel medii an possint capi à locorum ordinariis, *ver. beneficia*. §. 5. *ver. primum dubium*, pag. 58.

Fructus canoniæ an possint obligari pro debito vel sequestrari, vel capi. *ver. canonia*, §. *ult.* pag. 134.

Funus Episcopi defuncti sumptibus cujus fieri debeat, *ver. funus*. §. 1. pag. 227.

Expensæ faciendæ in funere, an sint accipiendæ ante æs alienum, *ibidem*, §. 2. 227. & an corpus possit retineri in sepultum obæs alienum, *ibidem*, §. 3. 227. quæ cæremoniæ in funere Episcopi, *ibidem*, §. 4. 228. ejus anniversarium quanto tempore debeat fieri, *ib.* §. 5. 228. pompa funebris, sepultura, & alia ornamenta an prosint animabus defuncti §. 6. pag. 228. & an plangendum in eo. *ibidem*. §. 7. ibidem. Clerici in sacris constituti quomodo sepeliendi, *ibidem*. §. 8. ibidem.

G.

Gabellum quis imponere possit, *ver. gabella*, §. 1. p. 230. quibus non debet solvi, *ibidem*, §. 2. ibidem. pro quibus, *ibidem*, §. 3. pagina ibidem.

Gabellam imponens clericus est excommunicatus in Bulla Cœnæ Domini, *ver. Clericus*. §. 9. *ver. ad nonum primum conclusio*, pag. 94.

H.

Hæretici qui dicantur, *ver. hæretici*, §. 1. pag. 234. quo ordine in formando processu contra eos uti debeat ordinarius, 236. §. 2. & quot personæ debeant interesse examinationi, *ibidem*. §. 3. an Judex possit uti consilio peritorum in hac causa. *ibidem*, §. 4. quomodo citandi personaliter, *ibidem*, §. 5. an in fabricatione processus totius causæ possit ordinarius accipere sportulas *ibidem*. §. 6. an semper debeat consuli supremus Senatus sanctæ Inquisitionis Romæ, vel alibi. *ibidem*. §. 7. & an Episcopi sint eorum judices ordinarii, *ibid.* §. 8. pag. 237. an in causa prædicta possint citari testes extra Diœcesim sine licentia Ordinarij loci, *ibid.* §. 9. an carcerati possint habilitari, *ibid.* §. 10. ead. an mulctari pœna pecuniaria, *ibid.* §. 11. qua praxi procedendum cùm pertinaces aut relapsi traduntur curiæ sæculari, §. 12. ibidem. an in ea datur appellatio, *ib.* §. 13. quomodo procedatur contra laicos negligentes officium Inquisitionis, *ibi.* §. 14. an in eorum favorem admittendi advocati, an procuratores, *ib.* §. 15. 238. quomodo danda copia repertorum, *ibid.* §. 16. pag. 238. an dum manent carcerati admittendi sint ad sacramenta suscipienda, *ibid.* §. 17. an possint omitti defensiones, si inquisitus eis renunciat, *ibidem*. §. 18. quando dubitatur, an sit hæresis, vel non,

non, quis Judex cognoscet, *ibid.* §. 19. quot testes sufficiant in hac causa, *ib.* §. 20. 239. cùm timetur de fuga, an captura præveniat citationem, *ibid.* §. 21. qui carcer dandus, *ibidem*, §. 22. p. 239. si carceratus fugiat, an habeatur pro convicto in hoc delicto, *ibidem*, §. 23. sententia absolutoria quomodo ferenda *ibidem*, §. 24. an de ea cognoscat Judex sæcularis, *ibidem*, §. 27. pag. 240.

Scientes hæreticos vel suspectos de hæresi an teneantur eos revelare, *ibidem*, §. 25. 209.

Hæresis abjurationis forma quæ, *ibid*, §. 26. 240. & qua lingua fieri debeat, *ibidem*. §. 240.

Hæretici relapsi, qui, & quando dicantur, *ibidem*, §. 28 240.

Hæreticorum clericorum bona cui applicentur, cùm confiscantur, *ibidem*, §. 29. 240. an possit pœna mitigari, moderari, seu commutari post sententiam latam contra delatum, *ibid.* §. 30. 240. qua lingua debet ferri sententia contra hæreticum *ibid.* §. 31. 240.

Hæreticus ex quibus præsumatur, *ver. casus in quibus*, pag. 105. per tot, & qui dicantur eorum fautores, ibi, alia vide *in dict. verb. per totum.*

Homini sicut datur unus bonus angelus ad custodiam, ita unus malus ad tentationem, *ver. arreptitii*. §. 10. 41.

Homicidium committens ex potestate banni, an incurrat peccatum mortale, *ver. assassini*, §. 1. *ver. dubit. quando.* 12.

Horæ canonicæ quot sunt, *ver. Horæ Canonicæ*, §. 1. pag. 232. quis ad eas teneatur recitandas, *ibidem*, §. 2. ubi dicendæ, *ibidem*, §. 3. quomodo quoad vocem, attentionem, & gestus, *ibid.* §. 4. cui Ecclesiæ debent conformari in recitando, *ibid.* §. 5. 233. utrum eas mutare liceat ad libitum, vel si obliviscitur unius horæ, interponendo aliam, sit opus ordinatè omnes iterum recitare, *ibidem*, §. 6. quando, *ibidem*, §. 7. pag. 233. quid disponere debeat, & possit Episcopus circa eas, & punctatorem in Ecclesia constituendum, *ibidem*, §. 8. an possit compellere ut omnes veniant ad Ecclesiam ad eas recitandas, *ibidem*, §. 9. quot peccata committant omittentes omnes horas, quot unam tantum, *ibidem* §. 10. 234. quis excusetur ab eis recitandis, & quando celebrare liceat, non prævia officii divini recitatione, *ibidem*, §. 11. & 12.

Hospitale quomodo ædificatur, qua auctoritate, *ver. Hospitale*, §. 1. pag. 241. An Ordinarius possit illud visitare, *ib.* §. 2. & an videre computa, & rationes magistrorum, & administrationis, *ibidem*, §. 3. 242. quæ differentia sit inter diversa hospitalia stantib. diversis conditionibus à principio appositis, *ibid. ver. primum dubium*, pag. 243. quando dicatur locus Ecclesiasticus, & ex quibus præsumatur interveniſſe authoritatem Episcopi, *ibid. ver. secundum dubium.* an possit inquiri per Ordinarium de bonis debitis distribui pauperibus, *ibidem ver. quintum*, pag. 244. an ejus administrator possit appellare, ne reddat rationem,

ibidem. ver. sextum. an teneatur solvere procuratorem Episcopo visitanti, *versic. septimum.* pag. 244. an ei relicta pro determinato usu pio, possint per Episcopum in alium pium usum commutari, *ibidem. ver. octavum,* ejus administratio ad quod tempus debeat dari. *ibi versic. nonum.* an teneatur contribuere Seminario, *ibid. ver. decimum.* 245. an succedat expositis, *ibidem,* §. 4. an veniat appellatione beneficiorum. *ver. beneficia,* §. 1. *ver. decimò hospitalia quænam sint.* pag. 47.

I.

IDiotæ, seu ignoranti quando subveniatur per testem in integrum. *ver. ignorans,* §. *unico.* 281

Ignorantia non facit causare devolutionem beneficiorum, *ibid; ver.* 4. 282.

Imagines sacræ quomodo depingendæ & adorandæ. *ver. imagines sacræ,* §. *unico.* 277.

Imagines sacras deturpantes, vel conspuentes, sunt suspecti de hæresi, *ver. casus, in quibus,* §. 1. *ver. imagines,* pag. 110. Idem in fabricantibus imagines cereas, ut malè faciant hominib. *ibid.*

Immunitas Ecclesiæ quæ, *ver. immunitas ecclesiastica,* §. 1. pag. 275. an ea gaudeat Palatium Episcopi, *ibidem,* §. 2. quæ praxis servanda, ut fiat bona apud tribunalia Regia, *ibidem* §. 4. an ea gaudeat Ecclesia non consecrata, vel ubi divina non celebrantur, *ibidem,* §. 5.

Immunitas domorum prælatorum, & aliorum Religiosorum quæ, *ibidem,* §. *sexto.*

Incantatores, seu ciaraldi quando permittantur, *ver. casus, in quibus,* §. 1. *ver. incantatores.* pag. 110.

Inclinationes stellarum quid, quomodo, circa quod in hominem influant, ex tali influxu quid sequatur, *verbo, inclinatio stellarum,* §. *unico.* pag. 276.

Indicia quæ requirantur ad torturam, *ver. indicia,* §. *unico.* pag. 270.

Indulgentias an prælatus possit concedere, & quot dierum, & an ante ipsius consecrationem, *ver. indulgentia,* §. 1. pag. 278. an Capitulum *Sede vacante, ibid.* §. 2. 279. an possint publicari in Diœcesi absque licentia Ordinarii, *ibidem,* §. 3. p. 279. an, & quando revocentur, *ibidem,* §. 4.

Indulgentiæ Legati à latere, & Episcoporum an sint perpetuæ, *ibid.* §. 5. 279.

Indulgentiæ qua forma concedendæ. *ib.* §. 6. ibidem. quæ sublatæ sint, *ibid.* §. 7. 280. cui loco possint concedi, *ib.* §. 8. ibidem, quibus ex causis sint concedendæ. *ibid* §. 4.

Indulgentiam an consequatur existens in peccato mortali in hebdomada, in qua fit Iubilæum, si facit omnia, quæ in eo continentur, & die dominico confiteatur, & communicet, *ibidem* §. 10.

Indulgentia an excuset à satisfactione injuncta, seu pœnitentia, pro suis peccatis, *ibid.* §. *ult.*

Infamia quæ sit sufficiens ad repellendum quem à consecutione beneficiorum, seu dignitatum, *ver. fama,* §. *ultimo.*

§. *ultimo.* 223.
Ingratitudo quæ pariat, *ver. ingratitudo*, §. *unico.* 280.
Inimicitiæ capitales quæ dicantur, *verb. inimitiitiæ*, §. *unico.* 282.
Injuria qeuæ dicatur levis, mediocris, vel enormis, *verbo injuria*, §. *unico*, pag. 266.
Injuriatus quid teneatur remittere, & quæ oriantur ex injuria illata, *verbo, charitas*, §. *1. ver. Primum, id est, rancorem, &* §. 2. pag. 88.
Inquisitores possunt procedere contra maleficos, & observatores superstitionum, ac contra astrologos: *verbo casus, in quibus*, §. 1. *ver. Inquisitores*, pag. 110. ipsos impediens ne fabricent processum contra hæreticum, est excommunicatus, *ibid. ver. impediens*, ibidem.
Instantiæ de jure civili quanto tempore durent, *verbo, instantia*, §. 1. pag. 245. & quando de jure Canonico, *ibidem* §. 2. ibidem.
Instantia an perimatur in causa Ecclesiæ, *ibidem*, §. 3. an facta in prima instantia perempta valeant in 2. *ibidem*, §. 4. p. 245. quod tempus detur in 2. *ibidem*, §. 5.
Instantia in curia Romana nunquam extinguitur, *ibidem*, §. 6. 245. an per Judicem possint prorogari fatalia, *ibidem*. §. 7. ibidem.
Institutio, quot modis sumatur, *ver. instituuo*, §. *unico.* 278.
Instrumentum si redarguitur de falso, debet exhiberi protocollum, *ver. instrumentum* §. *primo*, pag. 283. notarii abbreviatura quam probationem inducat, *ibidem*, §. *tertio.*
Instrumenti copia extracta à processu facit fidem §. 4. 284. & quid de copia alterius scripturæ. *ibidem.* §. 5.
Instrumentum ut possit liquidari, quæ circumstantiæ requirantur: *ibidem*, §. 6. & quæ necessaria ponenda in instrumento. *ibidem*, §. 7. cui magis credendum, instrumento, an testib. contra deponentibus, *ibidem*, §. 8.
Instrumentum liquidum an admittat compensationem. *ibidem*, §. 9. & quid de dotali, §. 10. *ibid.*
Instrumentum alienationis rerum Ecclesiasticarum ex diuturnitate præsumitur habere solemnitatem *ibid.* §. *11.*
Instrumentum divisionis probat dominium, *ibidem*, §. *12.*
Instrumentum confectum à vassallo pro, vel contra Baronem suum, an probet, *ibidem*, §. 12.
Instrumentum quo modo reddatur suspectum, *ibidem*, §. 14. *& ultim.*
Interesse quando, quibus, & qua actione debetur *ver. interesse.* §. *1. 2. 3.* & 4. 282.
Interesse seu usura statim currit contra emptorem habentem rem emptam, & non solventem pretium. *ibid.* §. 5. 283.
Interdictum quotuplex, *verb. interdictum*, §. 1. pag. 289. quo possit imponi, *ibidem*, §. 2. ead. quibus de causis, *ib.* §. *3.* quæ liceant fieri durante eo, *ib.* §. 4. quæ prohibeantur: *ib.* §. 5. & 6. Celebrans in loco interdicto an fit irregularis, *ib.* §. *6. vers. secundum dubium*, moriens durante interdicto postea sublato, an possit sepeliri in loco sacro. *ib. vers. tertium dubium.* p.

290. possint ad audienda sacra tempore interdicti, *ib.ver.quartum dubium*, ibidem. usque ad quemlocum se extendat interdictum.*ib.vers.quintum dubium.*

Intrusus quot modis quis dicatur. *verb. intrusus*, §. 1.pag. 266. quæ pœnæ contra ipsum. *ib.*§.2. pag.267.

Irregularis an sit incidens narem, vel aurem alicuius *ver. irregularitas.* §.2. pag. 285. & quid de incidente digitum,*ibid.* §. 3.& quid de debilitante membrum.*ibid.*§.4.ead.quid de vulnerante,*ibid.* §.5. 286. quid de se defendente occidente,*ibid.*§.6.286.

Irregularis efficitur Clericus, si ob adulterium cum uxore alicuius commissum uxor à viro occidatur, *ibidem*,§. 7. pag.286.

In qua irregularitate occulta possit Episcopus dispensare,*ibidem*,§.8.ibid. & quid in proveniente ex bigamia similitudinaria, *ibid.*§. 9.287.

Irregularis est iterans baptismum, tam conferens,quàm suscipiens,§.11.287.

Irregularitas licèt sit pœna, non tamen includitur sub potestate data absolvendi in Iubilæis,ab omnibus censuris,& pœnis.§. 13. ibidem.

Irregularitatem an incurrat Sacerdos celebrans,non valens celebrare,cùm si non celebret, incurrat scandalum, *ibid.*§.15.288.

Irregularitas est de jure positivo *ib. ver.* Secundò quia præceptum.

Irregularis celebrans an possit iterum excommunicari. *ibid.*§.16.288.

Irregularis efficitur Episcopus suspensus à Pontificalibus,si celebrat,*ibid*,§.18.

Irregularis efficitur exercens aliquod attributum ordini ecclesiastico, etiam minori,*ver.dimissoriæ*, §.2. pag.147.

Irregularis an efficitur judex, si ob ejus negligentiam moriatur carceratus. *ver.carcer.*§.8.135.

Judæus ratione delicti quòd sortiatur forum, *ver.Iudæus*, §.1.p.285. & quid si delictum sapiat hæresim, *ibi.*§.2.& quid si crimen sacrilegii,*ibid.*§.3.285.

Judæus perpetuus usurarius, an possit condere testamentum, *ibid.*§.*ultim.*

Judex commissus an possit quid capere pro visione processus,*verbo Iudex.*§. *primo.* pag.271.

Judex succedens in officio an possit prosequi reum absolutum à prædecessore,§.2.ibidem. &an possit participare lucrum cum notario,*ib.*§.3.271.

Judex ecclesiasticus non tenetur stare processui facto à Judice Laico, *ibid.* §.4. & an possit condemnare punitum,vel absolutum à judice sæculari, & quid contra, 272.§.5.&6.

Judex sæcularis in quibus casibus habeat auctoritatem in personas ecclesiasticas,*ibid.*§.7. pag.272.

Judex ecclesiasticus quando possis punire laicum pro injuria illata Clerico, *ib.* §.9.

Judex Laicus an possit cognoscere de possessorio in beneficialibus, & decimis,*ibid.*§.8. 272.

Judex ecclesiasticus an possit cognoscere de causa feudali contra Clericum *ibid.*§.10.

Judex sæcularis quando incidenter cognoscat de spirituali.*ibidem.*§.11.

Si in territorio Ecclesia habet civilem, Princeps

Princeps verò criminalē jurisdictionem, quis Capitaneorum debeat præcedere, *ibid.* §.12. 273. & ad quæ extendatur civilis, & ad quæ criminalis casu prædicto, *ibi* §.17.

Judices hodie quid agant commisso statim maleficio, *ib.* §.14.

Judex non debet tenere insolitas opiniones, *ibid.* §.16. quando præsumatur ejus decretum, *ibid.* §.17. laudatus eorum quo teneatur comparere, *ibidem*, §.18.273.

Judex ecclesiasticus cognoscit de exceptione illegitimationis, *ibid.* §.20.274 potest Clericos repetere à sæcular Judice, *ibid.* §.21. quando possit carcerare laicos, *ibid.* §.22.

Judex an debeat judicare secundùm allegata, & probata, *ibid.* §.23. 274. an possit aliquid exigere à paupere nomine expensarum, *ibid.* §.24. an Ordinarius possit reddi suspectus, *ibid* §.25. quis cognoscat de causa filiationis, *ibidem.* §.26.

Judex à quo non possit arctare terminum ad petendum Apostolos: *verbo appellatio*, §.15.31.

Judex ecclesiasticus debet habere familiam armatam pro captura reorum, *ver. carcer.* §.3. p. 135. & quando possit procedere ad capturam, *ibid.* §.4. & an possit quis capi in territorio alieno, *ibid.* §.6. an sæpius debeat visitare carceratos, *ib.* §.9.

Judex à quo pendente lite potest absolvere excommunicatum ad certum actum cum reincidentia, *ver. appellatio* §.4.26.

Judex in causa propria quando quis possit esse, *ver. excommunicatio.* §. *causa formalis, ver. Quartò, quando sit ad defensionem proprii juris.* 194.

Juramentum suppletorium an possit peti in secunda instantia: *ver. juramentum*, §.1. pag. 280. quot conditiones requirantur ad illud concedendum, *ibid.* §.2.

Juramento damnum passi an credatur, *ibid.* §.3.281.

Juramento an juvetur læsio ultra dimidiam, *ibid.* §.4. 281.

Juramentorum quot sint species, *ib.* §.5. remissivè.

Juramentum fidelitatis quando teneantur præstare Clerici domino loci incolatus, *ibidem*, §.6. ead.

Juramentum fovens peccatum, non debet observari, *ver. matrimonium*, §. *Secundo quando non dubitatur, ver. & juramentum postea acquisitum.* 305.

In absolutione à juramento an requiraratur partis citatio, *ver. juramenti absolutio*, §.1. pag. 262. num in omnibus contractibus detur ista habilitatio indifferenter, *ibid.* §.2, 263. quæ clausulæ requirantur in habilitatione hac, *ibid.* §.3. quæ juramenta ab Episcopo possint absolvi. *ib.* §.4.264. à quo petenda habilitatio, *ibidem*, §.5. ead. an, & quando requiratur priùs, quàm jurans agere possit, *ibidem.* §.6. an possint concedi parte adversa invita, *ibid.* §.7. an perjurus possit petere hanc habilitationem, *ibidem.* §. *octavo* 265. an ea non præcedente possit Judex contra contractum admittere actionem, *ibid. nono.*

Jurisdictio an possit exerceri ab Episcopo,

copo in suos subditos in aliena Diœcesi ipsis invitis, etiam de consensu Episcopi illius Diœcesis, *ver. jurisdictio, §. unico.* 284.

Jus ad rem, quot modis acquiratur in beneficialibus, *verb. jus ad rem, §.* 265.

Jus Cathedraticum an de jure debeatur, *ver. jus Cathedraticum.* §. 1. pag. 270. quantum, *ibidem, §.* 2. qui debeant *ib.* §. 3. ibidem.

Jus congruum, quia, & quo jure procedat, & in quibus contractibus habeat locum, & in quibus non, quæ personæ agant, conveniantur & quæ non, *ver. jus congruum, §.* 1. pa. 260. an possit alteri cedi, *ibidem, versic. tertium dubium.* pag. 261. habentes hoc ius an possint petere juramentum ab emptore, & venditore, si contractus sit verus, *ibidem versic. quartum,* 262. infra quod tempus debeat fieri denunciatio rei venditæ, *ibidem. ver.* 5.

Jus patronatus quotuplex, *ver. jus patronatus. §. 1.* pag. 246. quot modis acquiratur, *ibidem. §.* 2. quomodo probetur, *ibid. §.* 3. pag. 247. quod tempus præsentandi currat, *ibid. paragr.* 4. p. 249. an currat patronis litigantibus, *ibidem, paragr.* 5. ibidem.

Jus patronatus an possit permutari absque consensu patroni, *ib. paragr.* 6. p. 249. quomodo facienda præsentatio, *ibidem, paragr.* 7. 250. quomodo deperdatur, *ibidem,* 8. pag. 251. quando incipiat currere tempus præsentandi, *ibid ver. Hic sunt multa dubia.* quod tempus præfixum ordinario ad instituendum. *ibi. versic. tertium dubium.* pag. 252. an sententia lata contra præsentatum obsit vero patrono, *ibidem, ver. quartum dub.* 252. ejus præsentatio an pertineat ad omnes filios, an ad primogen. tantum succedentem in feudis, *ib., ver. quintum*, ibidem. an possit concedi jus patronatus in Ecclesia iam cõsecrata, *ibid. ver. sextum*, 253. si patroni non concordant in præsentationem, an habeat locum gratificatio, *ibid. verb.* 7. pag. eadem, & quid si oriatur scandalum, *ibid. verb. decimumtertium*, pa. 254. & an possit cõferri ab Ordinario intra legitima tempora præsentationis, *ibid. verb. octavum*, pag. 253. an patronus habeat aliud quadrimestre si præsentatus renunciat, *ibid. ver. nonum.* 254. maritus vel uxor an habeat jus præsentandi, & quis præferatur, *ibid. ver. decimum dubium.* an possit dividi, *ibid. ver. duodecimum dubium*, pag. 254.

Fundans jus patronatus de consensu Episcopi cum conditione, quod debeat illud dotare, si interim moritur, & hæres dotet inscio Episcopo, an dotatio sortiatur effectum suum, *ibid. ver. Decimumquartum, & vers. ad primum*, 255. an fuerit necessarius consensus Ordinarii dictæ dotationi, *ibi, versic. ad secundum*, 255. an teneatur Ordinarius præstare assensum, *ibidem versic. ad tertium.* 255. si nolit præstare, an hæres possit sibi retinere quod dotavit, *ibid. ver. ad quartum.* pag. 256.

Conditiones appositæ in fundatione juris patronatus quando possint ab Episcopo relaxari, *ibid. versic. decimumquintum dubium*, &c. 256. an senten-

tia

sia lata contra patronum obsit præsentato, *ibi.ver.decimumsextum.*ead. & quando præsentatio pertineat ad hæredes,*ibi.ver.decimumseptimum*,p. 256. an veniat sub afflictatione castri, *ibi.ver.decimumoctavum*, 257. & si plures, quis debeat præferri,*ibid.decimumnonum*, & an possit præsentare seipsum, *ibi. ver. vigesimumprimum.* 258.

Iuspatronatus an veniat sub confiscatione bonorum, *ibid.versic. vigesimum.* quando transeat cum universitate,& valeat in venditione jurium,*ibi.versic. vigesimumsecundum*, p.258.an patronus possit exigere rationem temporaralium sui juspatronatus *ibid. vers.* 23. in quibus non permittatur variatio in præsentando.*ibid.versic. vigesivigesimumquartum*,si masculus,&fœmina simul patroni discordant in præsentando, quis præferatur,*ibid. ver. vigesimumquintum.* 259.an quis possit repudiare hæreditatem, & sibi reservare jus patronatus,*ibidem.ver. vigesimumsextum.* an possit fundari cum conditione, ut institutio pertineat ad prælatum inferiorem Episcopo *ib.ver. vigesimumseptimum.* an cum reservatione alicujus rei temporalis.*ibidi ver.vigesimumoctavum.* 259. an transeat in fœminam dotatam renunciantem paternæ hæreditati,*ibid. ver.vigesimum nonum.* an possit legari sine consensu Episcopi, *ver.trigesimum*, an pluriumEcclesiarum possit dividi inter patronos, *ibi. ver.trigesimumprimum.* & an filius institutus in legitima, succedat in jus patronatus alio universaliter institu-to,*ibid.ver.trigesimumsecundum.*259.

Iuspatronatus alicuius Collegii, Congregationis, seu Confraternitatis Laicorum an censeatur *Ecclesiasticum*, an laicale *ibid.ver.trigesimumtertium.* 259.

Patronus ante possessionem vel *Episcopus*, an habeat jus præsentandi,*ver. prælatus.paragr.6.* pag.376.

Industria personæ quando dicatur electa,& sic non possit subdelegari,quod commissum est,*ver.delegatus,paragr. quinto,in additione ver.industria personæ*,pag.176.

L.

LAmiæ,vide *in verbo strigæ*,pag.410.

Laudemium in quo contractu debeatur, *ver.laudemium,paragr.1.* pagina 290.quibus casibus solvi non debeat ecclesiæ decontractu censuali. *verb. contractus censualis,para.6.* pag.126.

Laicus publicè disputans de fide, potest excommunicari ab Ordinario, *verb.Casus,in quibus.paragr.1.ver.disputantes laici* pag.107.

Laici officiales Episcopi quando puniantur ab ipso Episcopo,*ibid.ver.laici.*pa. 110. idem si diebus festis aperiant apothecas,vel quid servile faciant, *ib.*

Laicus habens præbendam, an gaudeat privilegio Clericali,*ver.clericus,parag. 2.vers.secundum dubium.*91.

Legatum an teneatur quis solvere ad dictum unius testis dicentis id sibi dixisse defunctum,*ver.legatum, paragr.1.* pag.295.

Legatum ad unum usum, an possit Episcopus mutare in alium, *ib. paragr.* 2. 293.

Legatorum quarta an debeatur Episcopo, & parocho, *ibid. paragr.* 3. 294.

Legatum filiæ ut contrahat matrimonium, debetur si ingrediatur Monasterium, *ibid. paragr.* 4. 296.

Legatum factum filio ut doctoretur, si non adimpletur, aut surrepritiè, an tuta conscientia retineri possit, *ibidem paragr.* 5. pag. 296.

Legatum factum uxori, si servaverit lectum vidualem, vel castè vixerit, si fornicetur, aut infra annum nubat, an possit illud retinere, *ibid. paragr.* 7. ibidem.

Legata piè ad hoc ut solvantur, quid facere debeat Episcopus, *ibid.* 5. p. 298. quot testes requirantur de jure Canonico, *ib.* §. 10. p. 299. an possit cogi hæres ad solvendum legata per Episc. vel per judicem sæcularem, *ib. paragr.* 11.

Legata in testamento minùs solemni, an debeantur *ibid. paragr.* 12. 299.

Legatum relictum alicui Ecclesiæ, an repudiare possit sine solemnitatibus requisitis, *ibid. paragr.* 13.

Legatum factum pro maritandis eisdē, *ibidem paragr.* 14. 199.

Legata quis solvere debeat, proprietarius, an usufructuarius? *ibid. paragr.* 15. *& ultim.* 300.

Lex vide *in verbo Pragmatica*, pag. 353.

Libertas Ecclesiastica quando dicatur violari, *ver. libertas Ecclesiastica, parag. unico*, pag. 305

Libri terragiorum, computorum, & censuum debitorum, contra quos probent. *ver. libri, paragr.* 1. pag. 291.

Libri antiqui qnomodo probent limites, *ibid. parag.* 3. p. 291.

Libri non possūt imprimi sine prævia licentia superioris, *ibidem, paragr.* 4. ibidem.

Libros prohibitos tenentes quâ pœnâ puniantur. *ver. casus, in quibus, paragr.* 1. *ver. libros prohibitos habentes* p. 110.

Libellus famosus quid sit, quæ pœna componentis, legentis, & non lacerantis, *ver. libellus famosus, paragr. unic.* pag. 290.

Limites quando possint præscribi, quomodo probentur, & cujus territorii, seu jurisdictionis sint, *ver. limites, §. unico.* pag. 305.

Litis contestatio, an sit necessaria in civilibus & criminalibus, *ver. litis contestatio, paragr.* 1. pag. 292. an in appellatione interlocutoria *ibid. paragr.* 2. an possint cogi actor, & reus ad litem contestandam, *ibidem paragr.* 3.

Litis contestatio dicitur lapis angularis causæ, ideo sine ea currit judicium, *ibidem, paragr.* 3. 292.

Literæ Apostolicæ an possint examinari & revideri per Regios officiales, & expediri, Exequatur, ut debitæ executioni mandentur, *ver. literæ Apostolicæ, paragr. unic.* pag. 301.

Literæ Papæ tam gratiæ, quam justitiæ, an possint probari per testes, si dependantur, *ibidem, ver. secundò an quod conceditur*, 301.

Literæ quinquennales concessæ à Principe an extendantur ad creditores futuros. *ver. literæ quinquennales, parag.* 1. pag. 300. executionem quorum impediant,

pediant, & quid facere habeat debitor, ut ipsis uti possit, *ibid. paragr.* 2. p. ead. elapso termino an bonis cedere possit, *ibid. paragr.* 2.

Literæ quinquennales an possint concedi à Principe ultra quinquennium, & si concedantur, usque ad quot valeant, *ibid. paragr.* 4. 300. comprehendant causam dotis, *ibid. paragrah.* 5. 300.

Creditorum major pars potest assecurare debitorem concedendo moratoriam, & cogere alios ad hoc, *ibidem, paragr.* 6. 300. & in quibus habeat hoc locum, *ibid. paragr.* 7.

Cessio bonorum quando potest, & debet fieri, & an huic privilegio possit renunciari, *ibid. paragr.* 8. an contrahens sub ejus spe admittetur ad eam, *ibid. paragr.* 9.

Locatione finita an censeatur tacita reconductio, *ver. locatio, paragr.* 1. pag. 301. & quæ veniant in hac tacita reductione, *ibid. paragr.* 2. 301.

Locator potest propria auctoritate capere possessionem rei commissæ per cessationem canonis *ibid. paragr.* 3. & an si conductor cesset à solutione canonis, possit purgare moram, *ibid. paragr.* 5. 301.

Locatio rerum Ecclesiæ solùm ad triennium fieri potest, *ibid. paragr.* 10. pag. 303. & an ultra, *ver. alienatio. paragr.* 2. pag. 15.

Locare quando quis cogatur alteri quàm locatori, *ibid. paragr.* 11. pag. 303.

Locatio facta per beneficiatum, an expiret morte ipsius *ibid. paragr. duodecimo, & ultim.* 303.

Lucrum factum in ludo an sit licitum, & repeti possit, *ver. ludus, paragr. ult. unico.* pag. 304.

Lupanaria & meretrices cur admittantur à Pincip. 303.

M.

Maleficia, ubi interveniunt Sacramenta, vel Sacramentalia faciunt violentam suspicionem hæresis, *ver. casus, in quibus, paragr.* 1. *versic. maleficia*, pag. 111.

Maritus ante matrimonium promittens facere renunciare uxorem, quando ad hoc non teneatur, *ver. Maritus*, §. 1. pagina 312.

Maritus si nullam habuit dotem, quando teneatur alere uxorem, *ibi. ver si nullam*, & an extra domum, *ibid.* & quando possit eam verberare, *ibid. ver. & quando possit eam.* 312.

Maritus quando præsumatur mortuus uxore volente transire ad secunda vota, *ibi. ver. quando maritus præsumatur.* 312.

Maritus donans uxori in compensationem nobilitatis, vel ætatis, si moriatur post ratum matrimonium, uxor lucratur. *ver. donatio, paragr.* 4. p. 180.

Maritus si sibi non solvatur dos promissa etiam in pecunia post biennium, potest petere interusurium, *ver. dos, paragr. sexto, dos sinon solvatur.* p. 172.

Matrimonium ad contrahendum cum aliqua quando quis compelli possit per Judicem Ecclesiasticum, & quando per sæcularem, *ver. matrimonium, paragr.* 1. & 2. pag. 305.

Matrimonium quot modis dicatur clandestinum, *ibid. paragr.* 3. & sit irritum, & nullum, & quando non. *ib.* 306. quando filii exinde nati sint illegitimi, *ib. verb. tamen si postea*, denunciationes in eo quo tempore fieri debeant, *ibi d. paragr.* 4. & quid si matrimonium cõtrahitur inter duos diversarum parochiarum, *ibid. paragr.* 5. 306. quid agendum si contrahentes sunt diversarum diœcesum. *ibid. parag.* 6.

Matrimonium debet contrahi, & solemnizari in parochia mulieris *ib. eod. paragr.* 5. 306.

Matrimonium si contrahitur inter duos alienigenas vagabundos, à quo parocho solemnizetur, *ibid* 307. & qui dicantur vagabundi quantum ad hanc materiam, *ib. paragr.* 6. *verb. nec miretur quis quod concilium.* pag. 307.

Matrimonium si clandestinè contrahatur, & consummetur, quid agendum, *ibidem paragr.* 8. pag. 307. causæ quæ ut denunciationes possint remitti per Episcopum, *ibidem, paragr.* 9. & testes quot requirantur ad impediendum matrimonium. *ibi.* paragr. 10. & quale debeat esse testimonium, *ibid. verb. secundo ex gloss.* ibidem & an possint esse testes, *ibidem paragr. decimo quarto*, pag. 310.

Matrimonio contracto solùm per verba de præsenti oritur impedimentum usque ad quartum gradum, *ibidem* 12. 310. & usque ad quem gradum olim, & hodie per coitum fornicatorium, *ibid. paragr.* 13.

Matrimonium consummans ante ipsius solemnitatem adhibitam, quâ pœnâ stupri puniatur, *ibid.* paragr. *decimo quinto*, & matrimonii causa ad quem Judicem spectet, paragr. 16. 311.

Matrimonium an possit celebrari tempore prohibito ex dispensatione Episcopi. *ibid.* paragr. 17. 311.

Filii nati pendente judicio super separatione matrimonii an dicantur legitimi *ibidem* paragr. 18.

Matrimonium contrahentes voto solemni adstricti, sunt excommunicati, *ver. casus, in quibus*, parag. 1. *ver. matrimonium*, pag. 111.

Matrimonium impedientia quæ, & quæ dirimentia. *ver. dispensatio.* paragr. *octavo.* 165.

Matrimonium an iterum contrahendum, si erat nullum ratione impedimenti mox exorti, adveniente dispensatione, *ibid.* paragr. *ult. ver. quintum dubium.* 166.

Matrix Ecclesia quæ dicatur, *ver. Matrix Ecclesia.* paragr. *unico.* 305.

Medici vocati ad infirmos, quid agere debeant *ver. Medici*, 3. *unico.* 337.

Meretrices cur permittantur *ver. Lupanaria*, paragr. 1. pag. 303. an debeant audiri in confessione sacramentali, *ibidem* paragr. 2. an per talem confessionem satisfaciãt præcepto, c. *omnis utriusque sexus, de pœniten.* §. 3. ipsis promissum pro meretricio, an possit à promittente peti. *ibidem.* paragr. 4. 304.

Metropolitanus quando possit cognoscere de causis subditorum Suffraganei absque appellatione, *ver. appellatio* paragr. 13. 30.

Metropo-

Metropolitana Ecclesia respectu cuius dicatur, *verb. Metropolitana Ecclesia. §. unico.* 312.

Metus qui sit sufficiens, ad rescissionem actus, *ver. metus.* paragr. *unico.* p. 336. & quid de dolosa persuasione, *ibidem ex Dino.* 336.

Miraculum quid sit, *ver. miraculum.* §. 1. pag. 319. quæ requirantur, ut verè dicatur miraculum, *ib.* paragr. 2.

Miraculum non potest publicari, teneri, haberi, venerari, sine auctoritate, & approbatione Romanæ Ecclesiæ, *ibidem* paragr. 3. pag. 319. à quibus possint fieri miracula, & an à dæmonibus ibidem, *versiculo, ratio potest esse, versiculo quibus in locis habes.* 320.

Miracula quare fiant, *ibidem.* paragr. 4.

Miracula falsa prædicantes sunt excommunicati Papali excommunicatione. *ibidem* paragr. 5. 321.

Miracula qualiter probentur, *ibidem*, §. 6. *remissivè.*

Miracula seu prodigia apparentia in aere, seu spectra an possint naturaliter fieri, an per malignos spiritus *ibid.* §. 8. *ver. Hic nota.* pag. 321.

Missa ubi, quando, & de quo Sancto debeat celebrari, *ver. Missa*, paragr. 2. pag. 313. quæ in ea vitanda paragr. 1. & seq. an debeat convenire cum officio, *ibid.* paragr. 1. *ver. ad tertium prima conclusio.* pag. 315.

Missa celebrari potest cum Episcopi licentia in domibus principum vel oratoriis senum propter ætatis ingrave scientia, *ibidem.*

Missarum numerus quomodo restringendus *ibidem* paragr. 3. 316.

Missa una pro multis, an sufficiat ac si pro singulis, & quæ eleemosyna sit pro ea recipienda *ibidem* paragr. 4. p. 317.

Missam celebrans extra locum determinatum à sacris Canonibus, & S. C. Tr. quam pœnam incurrat, *ib.* paragr. 5. 318.

Missa ubi audienda, *ibidem* parag. 6. 318.

Missa an possit celebrari pluries eadem die, *ibidem.* paragr. 7. & quæ pæna celebrantis non jejuni, *ibid.* paragr. 8. 319.

Missam celebrare Sacerdos an possit quotidie, vel ad id teneatur, *ibidem*, paragr. *ultim.*

Missæ legatæ celebrandæ pro anima defuncti in aliqua capella, possunt celebrari à quovis sacerdote approbato, electo ab hæredibus, *ver. beneficia*, paragr. 1. *ver.* 14. *incipit*, Decimo *quarto missæ celebrandæ*, pag. 50.

Moderamen inculpatæ tutelæ quod dicatur, *verbo Moderamen*, paragr. *unic.* pag. 536.

Monachi an possint ædificare monasteria propria auctoritate, *ver. monachi*, paragr. 1. pag. 334. & an aliquando requiratur licentia Papæ, *ibid.* paragr. 2. 335. quando possint constringi ab Ordinario ut subjaceant ejus censuris, & pœnis *ibidem* paragr. 3. quo ordine procedant: *ibidem*, paragr. 4. de eorum institutione. *ibidem* paragr. 5. qui sint ad habitum assumendi. *ibid.* paragr. 4. quando possint absolvi ab Episcopo, *ibidem. paragr.* 7. quando possint renunciare, & se obligare, *ib.* paragr. 8.

Monachorum appellatione an veniant moniales, *ver. Abbatissa*, paragr. 4. pag. 57.

Monasterium monialium quando ingrediliceat, *ver. moniales*, paragr. 8. p. 327. an in id possint recipi puellæ, & quæ conditiones requirantur, *ibid. paragr.* 10. pag. 329. quanto tempore ibi permanere possint, *ibidem, paragr.* 11. ib. an mulieres suspectæ possint ibi conservari. *ibi. paragr.* 12. an in quolibet debeat fieri liber monialium professentium, *ib.* §. 13. p. 330. an possit transferri & quando, *ib. paragr.* 17. pagina 333. ubi construendum, *ib.* §. 19. 334.

Monialis quot annorum esse debeat cùm vult suscipere habitum monachalem *ver. ad primum requiritur. paragr.* 1. p. 321. quòt cum emittit professionem, *ibi. paragr.* 2. vers. Ad secundum, non debet, 322.

Monialis ubi, & quoties examinanda, seu exploranda voluntas, *ibi. ver. Ad secundum respondetur*, 323. & an in casu necessitatis, *ib. ver. ad primum*, ead. & an circa mobilia *ibi. ver. ad secundum*, 325.

Moniales quot possint recipi in quolibet monasterio, *paragr.* 6. 325. quæ vita circa sacramenta, & alia. *ibid. paragr.* 7. pag. 326. an possint sibi facere commatres per sacramentum baptismi, *ibi. ver. De tertio, non possunt sibi facere.* 327.

Monialis an possit fieri, & professionem emittere in aliquo monasterio exempto Regularium absque licentia Ordinarii, *ibi. paragr.* 14. 330.

Monialis pro ejus ingressu an teneatur aliquid dare pro dote, *ibi. paragr.* 15. p. 331.

Monialis professa an possit exire à clausura, & quando *ibi. paragr.* 16. 332.

Monialis quam dotem debeat habere, si à patre non fuit relicta determinata, vel non sufficiens, *ibi. paragr.* 18. 333.

Moniales virgines qua ætate habeant seu benedici seu consecrari, seu velari. *ibid. paragr.* 20. *remissive.* 334.

Moniales an possint variare in electione Abbatissæ publicato scrutinio, *ib. paragr.* 21. pag. 334. an cogendæ ad habitum suscipiendum, vel professionem emittendam, an impediendæ, *ib. paragr.* 22. an possint ingredi monasterium strictius, *ibid. paragr. ult.*

Monopolium, seu conventicula sunt prohibita, *ver. Monopolium, paragr. unico*, pag. 336.

N.

Necromantæ, Geomantæ, Chiromantæ, quando suspecti de hæresi, *ver. casus, in quibus, paragr.* 1. *ver. Necromanta.* pag. 111.

Nefandum crimen committens quam pœnam incurrat, si est Clericus, & quid faciat indicium ad torturam, *ver. nefandum crimen paragr. unico.* pag. 337.

Notarium quem fuisse quomodo probetur, *ver. notarius. paragr. unico*, ibi.

Notarii breviatura quid probet, *ver. instrumentum, paragr.* 2. 283.

Notorium quod dicatur, *ver. excommunicatio paragr. causa formalis, ver. sextum dubium quod nam dicatur*, p. 196.

Nuntii Apostolici de quibus possint cognoscere.

gnoscere, *verbo*, Notarii, *paragr. unico.* pag. 338.

O.

OBlationes, quæ fiunt in parochia, sunt parochi, *verbo. parochia*, §. 5. 351.

Oblati, conversi, & monachi qui dicantur, *ver. oblati paragr. unico.* 338.

Oeconomus quando provideri debet in parochiali Ecclesia vacante, *ver. Oeconomus paragr.* 1. pag. 343. quando in beneficio juris patronatus. *ib. paragr.* 2. ubi, & quando Episcopus ipsum ponet. *paragr.* 3. quando Capitulum possit eum ponere, *ib. paragr.* 4. an faciat fructus suos, *ib.* 6. an possit alienare res Ecclesiæ sine consensu Episcopi, *ibi paragr.* 7. 344.

Oeconomia quanto tempore duret. *ib. paragr.* 5.

Officiales monialium à quibus & quomodo eligantur præter Abbatissam, *ver. Abbatissa. paragr.* 5. 37.

Optio dicitur jus ad rem, *ver. canonia.* §. 7. *tertia conclusio* pag. 131. & quis præferatur in opinionem. *ibidem ver. quarta conclusio.* & an ibidem possit optari minor præbenda, *ib. ver. quinta conclusio.* quæ optari non possint, *versic.* 6. 7. 9. & 10. *concl.* 131. & *seq.* & quis non possit optare, *ibi. ver.* 8. *conclusio*, 132. quomodo debeat fieri ratione ætatis, temporis, vel ordinis, *ibid. ver. Duodecima conclusio.* 132.

Jus optandi an perdatur, si per longum tempus quis non optat, *ibi. versic. Ad duodecimum.* 134.

Ordinarii locorum an possint exigere quartam decedentium ab intestato. *ver. legatum, paragr.* 8. pag. 297.

Ordinarius præsumitur habere notitiam omnium beneficiorum vacantium, in sua diœcesi: *versic. jus patronatus, paragr. Hic sunt multa dubia, versic. secundum dubium, quando præsumatur.* pag. 251.

Ordinari ante ætatem, vel sine requisitis, quando irregularitatem, quando peccatum mortale incurrant, *ver. dimissoriæ, paragr.* 4. pag. 148.

Ordo ecclesiasticus quid requirat. *verb. ordo*, §. 1. pag. 338.

In prima tonsura quæ requirantur, *ibid.* §. 2. 339. quæ ad minores ordines assequendos, *ib. ver. Ad tertium minores*, an possint dari omnes simul *ibid. eod. ver.*

Ordines minores, & prima tonsura an possint accipi cum animo non ascendendi ad superiores: *ibid. ver. primum dubium*, 340. an hoc præsumatur fieri in fraudem, *ib. ver. secundum dub.* an possint conferri clerico conjugato, *ibi. ver. tertium dubium.* pag. 341.

Ordo sacer quid requirat *ibi. ver. ad ordines sacros*, quid in eo observandum, & quod tempus debeat esse intermedium inter susceptionem unius ab altero, *ibi. eo ver.* & quomodo computandum tempus, *ibi.* & an possint conferri in titulum Ecclesiæ receptivè, *ib. ver. Aliud dubium an possit.* pag. 342. *in fine.*

Organum an res laudabilis, *verb. organum*, §. 6. pag. 344. quo tempore incepit eo uti Ecclesia Dei, *ibidem*, §. 2.

quid

quid in eo canendum *ibid.* §. 3. quid significet. *ibid.* §. 4. 345.

Oratorium quid sit, & discrimen inter ipsum, & Ecclesiam, an possit fundari sine consensu Episcopi, an habeat immunitatem ecclesiasticam, *ver oratorium*, §. *unico*. pag. 345.

Oriundus potest promoveri ab Episcopo diœcesis unde is est oriundus, licèt non notus, *ver. dimissoriæ*, §. 1. *in ult. additione*. pag. 146.

P.

PActa in spiritualibus quæ illicita, *ver. simonia*, §. 1. pag. 415.

Pactum de retrovendendo quomodo probetur *ver. pactum*, §. 1. pag. 383. quanto tempore præscribatur, *ib.* §. 2. an præscriptioni obstet clausula apposita, Quandocunque. *ibid.* §. 3.

Pactum de retrovendendo est pars pretii, & quantum de eo diminuat, *ibidem*, §. 4.

Pactum de retrovendendo cum juramento, & hypotheca impedit alienationem factam. *ib.* §. 6. 384. quibus modis præsumatur hoc pactum usurarium *ibid.* §. 6. ibid.

Papa ubicunque imponit manus, causat reservationem, seu affectionem *verb. supplicatio*, §. 1. *ver. nec valet dicere, quid potestas*. pag. 413.

Papa quando incipiat Summum Pontificatum, *ver. Papa*, §. *unico*. pag. 345.

Papa an possit dispensare quòd illiterato conferantur beneficia, *ver. beneficia*, §. 5. pag. 62. *ver. ordo*. §. 2. *ver. ad ordines sacros promovendi*. pag 341.

Papa habet universum orbem pro sua diœcesi, *ver. pragmatica*, §. 3. *ver. ita*, pag. 359.

Parochialis ut sit Ecclesia quæ requirantur, *ver. parochia*, §. 1. pag. 345. quomodo ei provideatur, & quo ordine, *ibid.* §. 2. 346. edictum pro concursu ad ipsam, quanto tempore debeat stare affixum, *ibidem ver. primum, quanto tempore*, an hoc edictum sit necessarium, & concursus ad examen, *ibid. ver. secundum dubium*. an possint differri, *ibi. ver. tertium dubium*. pag. 347. an hoc locum habeat in parochialibus reservatis Sedi Apostolicæ, *ibid. ver. ad quartum*. utrùm sit ponendum edictum, & fieri concursus ad parochialem resignatam in Curia, *ib. ver. quintum*, an idē sit in resignatione facta coram Ordinario *ib. ver. sexium*, 347. & quid si parochialis sit juris patronatus, *ib. ver. septimū*. pag. 348. & quid parochiali quæ actu non habet parochianos: *ibid. ver. octavum*. si ex pluribus concurrentibus unus non admissus appellet, quid operetur ista appellatio, *ibi. ver. nonum*. quâ praxi uti debeat Ordinarius in hoc concursu. *ibid. vers. decimum*. 349. concurrentes an debeant dare quid examinatoribus: *ibid. ver. undecimum*. pag. 350.

Parochus ad quid teneatur, *ibid.* 3. pag. 350. quot limites ipsius *ibid.* §. 4. 351.

Parochiales Ecclesiæ quomodo uniantur & multiplicentur. *ibidem*, §. 6. *in fine*.

Parocho quando dandi sint coadjutores vel socii. *ibid.* §. 7. pag. 352.

Parochus quod juramentum præstare debeat suo Episcopo? *ibid.* §. 8.

In

In erectione novæ Ecclesiæ parochialis quæ requirantur. *ibid.* §.9. *remissivè*,
Parochiani an possint instare contra suum Parochum : *ibid.* § *ult.*
Parochus an possit audire confessionem sui Parochiani extra parochiam, vel Diœcesim, *ver. Parochus*, §. 1. 353.
Parochus an possit abesse à sua Parochia sine licentia Episcopi per duos menses, *ibid.* §. 2.
Parochi an possint esse duo insolidum in una parochia: *ibid.* §. 3.
Vide *in ver. unio.*
Patriarcha an possit facere deferre crucem ante se ubique, & quorum sit judex: *ver. patriarcha*, §. *unico.* 359.
Pecuniæ appellatione quæ veniant, *ver.* pecunia, §. *uncio.* 389.
Pensio nova an possit imponi per Episcopum super beneficium, *ver. pensio*, §. *unico.*
Pensionarius quando teneatur ad decimas, *ibidem*, *ver.* 4. 388.
Pro præterita pensione an possit agi contra successorem, *ib. ver.* 5. ibidem.
Pensionarius obligatus sub censuris ecclesiasticus, & pœnis, si non solvat elapso termino, quando incidat in eas, *ibid.* §. 6. ibid.
Permutans potest apponere pactum ut conferatur beneficium huic, vel illi, & quando possit redire ad prima beneficia non secuta permutatione. *ver. renunciatio.* §. 2. *ver. præterea*, *quia in permutatione.* 396.
Pœnæ ecclesiasticæ spirituales, & temporales, quot sint. *ver. pœnæ.* §. 1. 389.
Pœna quæ apponi solet in contractibus quando debeatur? *ib.* §. 2. ibidem.
Pœnæ omnes sunt arbitrariæ. *ibid.* §. 5. 390.
Pœna debetur etiam si unus nummus vel obolus defecerit in solutione, *ibi.* §. 4.
Pœnæ exactæ ab inquisitis an possint retineri per judices ecclesiasticos, *ibid.* §. 6.
Pœna pro contumacia quæ exigenda *ib.* §. 7. ibidem.
Pœna corporalis magis imponi debet plebeis quam nobilibus. *ib.* §. 8. ibid.
Pœni presbyteri occisi cui applicanda, Ecclesiæ, an hæredibus ejus, *ibid.* §. 9.
Pœna cum imponitur ipso iure, an sit opus declaratoria, *ver. privatio*, *ver. ad* 5. 366.
Pœnitentia quando publica sit imponenda, *ver. pœnitentia*, §. 11. 384.
Pœnitentia taxata à superiori quando possit computari ab inferiori. *ib.* §. 2. 385.
Pœnitentiæ an sint arbitrariæ, *ibid.* §. 3. 385.
Pœnitens an possit absolvi, si noluerit acceptare pœnitentiam sibi injunctã à confessario, *ibid.* §. 4.
Pœnitentiarius, ubi constitui debeat, *verbo, pœnitentiarius*, §. 1. p. 386. quorum sumptibus *ibid.* §. 2.
Pœnitentiarius à quo eligendus, *ib.* §. 5.
Pœnitentiarius an possit subdelegare suam auctoritatem aliis Confessariis *ib.* §. 4.
Pocula amatoria fabricans quando sit suspectus de hæresi *ver. casus*, *in quibus*, §. *ver. pocula amatoria* 111.
Pollutio Ecclesiæ quot modis fiat, *verb. pollutio.* §. 1. 380.

Polluta ex dicatur Ecclesia, quæ sint necessaria, §. 2. ibidem.
Polluta Ecclesia si solùm est benedicta, non eget reconciliatione Episcopi. p. ead. Sed sufficit sacerdotalis benedictio, *ibi.* §. 3.
Pollutione succedente quæ impediãtur, & quæ non, *ibi.* §. 4. pa. 381.
Pollutio si ignoratur, & interim celebretur, si post octo dies venerit ad notitiam, non est opus reconciliatione, *ibidem* §. 5. 381.
Polluta ecclesia cujus expensis reconcilianda, *ibidem*, §. 6.
Possessio quomodo probetur, *ver. possessio* §. 1. 391. an liceat propria auctoritate ingredi possessionẽ, qãudo aliquis possideret, *ibi.* §. 2. quid in beneficialibus *ibid.* §. & quomodo detur in eis possessio, & quomodo in corporalibus, *ibid.* §. 4. quando quis dicatur stetisse in pacifica possessione. *ibid.* §. 5.
Pragmatica seu lex an obliget in conscientia, *ver. pragmatica*, §. 1. p. 353.
Committens contra pragmaticam futuram, quando peccet, *ibidem versiculo, primum*, 354. & *versiculo, secundum*. ead. & quando dicatur promulgari, *ibidem*. tempore caristiæ potest fieri pragmatica, ne quis asportet frumentum extra civitatem, *ibidem. versicul. quintum*. p. 355.
Pragmatica imponens pœnam pro asportatione armorum quando obliget ad mortale, *ibi. ver. sextum*.
Pragmatica an liget personas Ecclesiasticas, circa pretia rerum, & alia, *ibi.* §. 2. 355. & quid de pragmatica vetante occidi certa animalia, *ver. ad primum*, 300. & in quo foro. *ibid. ver. Ex his sequitur responsio ad tertium*. pag. 357.
Pragmatica facta per regnum an liget in utroque foro tam laicos, quàm ecclesiasticos in statu ecclesiastico, vel aliorum regum *ibid.* §. 3. p. 358.
Pragmatica an possit fieri per Laicos ne Clerici gaudeant privilegio ipsius, *ibi.* §. *ult.* pag. 359.
Pretia rerum an consistant individualiter, vel habeant latitudinem, *versic. pretium*, §. *unico*. 376.
Præbenda Theologalis ubi constituenda sit, *ver. præbenda Theologalis.* §. 1. p. 388. quorum sumptibus, *ibid* & 2.
Præbenda Theologalis quibus conferenda, *ibidem*, §. 1. *ver secundum*, ead. ubi non adest, quid agendum, *ibi.* §. 3.
Præbenda Theologalis an subjaceat constitutioni c. 2. cum similibus de præb. in 6. *ibid.* §. 4. 389. quis ad eam eligendus, *ibid.* §. 5. & *ult.*
Prædicatio ad quem perrineat, *ver. prædicatio*, §. 1. pag. 371. quis prædicare possit, *ibi.* §. 2. de cujus licentia, *ibi.* §. 3. ubi debeat audiri, *ibid.* §. 4. 372.
Prædicans in peccato mortali, an peccet mortaliter, *ibid.* §. 5.
Prædicator à quibus cavere debeat, & quas instructiones habere, *ibid.* §. 6.
Prædicatorem eligere cujus sit munus, & ei eleemosynam dare, *ibi.* §. 7. pag. 372.

Prædi-

Prædicari quando debeat, *ibi.* §. 8.
Prælati qui dicantur, *ver. prælatus,* §. 1. p. 376.
Prælatus quando teneatur ad debita, & alia onera prædecessoris, *ibi.* §. 2.
Prælatus an possit excommunicare aliquem à se conventum suam declinans jurisdictionem, *ibid.* §. 3.
Prælatus successor an possit revocare contractus sui prædecessoris, *ibi.* §. 4. 377.
Prælatus successor potest petere fructus malè consumptos per prædecessorem, *ibi.* §. 5. 377.
Prælatus an possit conferre beneficia ad suam collationem spectantia antequam accipiat possessionem, *ibi.* §. 6.
Prælatus quando possit infeudare, *ibi.* §. 7.
Prælato mortuo custodia reorum pertinet ad capitulum *ibi.* §. 8.
Prælatus an possit delegare alteri causam sanguinis, vel ipse esse in ea delegatus principis, *ibid.* §. 10. si est Episcopo inferior, & excommunicet non servata forma c. sacro, de sent. excom. in 6. suspenditur per mensem ab ingressu Ecclesiæ, & si interim celebreti, an efficiatur irregularis, *ver. excommunicatio,* §. *causa formalis ver. decimum quartum dubium.* pag. 200.
Præscriptio quanta requiratur in delictis, *ver. præscriptio,* §. 1. pag. 377. à quo tempore incipiat currere contra Ecclesiam, *ibi.* §. 3. 378. quæ requirantur in ea, *ibi.* §. 3. per totam.
Præscriptio centum annorum quomodo probetur, *ibi.* §. 4.
Præscriptio an interrumpatur sola citatione, vel invalida, *ibi.* §. 5. 379.
Contra civitatem quanto tempore præscribatur, *ibid.* §. 6. ead. quando census, sive canon. *ibid.* §. 7.
Præscriptio an currat in feudalibus, *ibi.* §. 8.
Præscriptio an habeat locum, ubi contractus fuit nullus, *ibi.* §. 6. *remissivè.*
Privilegia, decimæ, statuta quomodo præscribantur spatio 40. annorum, *ibid.* §. 10.
Præscriptio immemorabilis est majoris virtutis, quam centenaria, *ibid.* §. 11.
Præscriptio an detur in rebus, quæ alienari prohibentur, *ibid.* §. 12.
In materia præscriptionis cui juri standum sit, Canonico an Civili, *ibi.* §. 13.
Præscriptio contra quos non habeat locum, qui non possint præscribere, quæ res non possint præscribi. *ibi.* 14.
Prærogativa ubi habeat locum, & quomodo practicetur, *verbo prærogativa.* §. *unico,* pag. 373.
Princeps ex causa potest tollere jura alterius, *ver. absolutio,* §. 5. *ver. Dicet quis* pag. 6. & an habeat potestatem imponendi pœnam peccati mortalis. *ver. pragmatica,* §. 2. *ver. primum dubium.* pag. 355.
Privilegio suo an possit quis renunciare, *verb. privilegium,* §. 1. pag. 359.
Privilegium si perdatur, quomodo probetur, *ibidem,* §. 2.
Privilegia an pereant concessa Monasterio ipso destructo, & an sumant vires ipso reædificato, *ibid.* §. 3.
Privilegium quibus ex causis perdatur. *ibidem*

ibidem, paragrapho 4.

Privilegium an, & quando extinguatur cum persona. *ibid.* §. 5.

Privilegium quando latè, quando strictè interpretandum, *verb. absolutio,* §. 6. pag. 4.

Privati quot modis possit quis beneficiis ecclesiasticis *verbo privatio*, §. 1. pag. 360. qua praxi utendum de jure antiquo in privatione beneficiorum, & de jure novissimo, *ibidem.* §. 4. pag. 362.

Privatus beneficiis ipso jure an debeat expectare declaratoriam, *ibid.* §. 5. pag. 366. & quid si dicatur, & alia declaratoria non expectata, *ibdem.* §. 6.

Privatus ex justa causa an possit restitui ab Episcopo, *ibid.* §. 7. pag. 367.

Privatus Ecclesia propter sui culpam, an sit inhabilis ad eandem illa vice, *ibid.* §. 8. 368.

Privatus an sit ipso jure beneficiis contrahens matrimonium etiam nullum, & quid si præstet patrocinium contra Ecclesiam suam, *ibid.* §. 9. & an perseverans per annum in excommunicatione, *ibidem* §. 10. *remissivè.*

Privatus beneficio ab uno Episcopo quod habet in aliena Diœcesi iftius Diœcesis Episcopus qui teneatur ratam habere sententiam, *ibi.*

Vide *in ver. clericus.*

Probatio quæ sufficiat in factis antiquis, *ver. probatio*, §. 1. pag. 382. & quando debeat probari titulus, *ibid.* §. 2.

Processus quomodo sit formandus, *ver. processus*, §. 1. 381. & quæ dicantur esse de processu, *ibidem* 2.

Procedi quomodo debeat contra accusatum de gravi crimine absentem de jure Canonico *ibid.* §. 4. 381.

Procuratio quando debeatur prælatis ratione visitationis, consecrationis, vel reconciliationis Ecclesiarum, vel quando veniunt ad degradationem Clericorum, vel aliis modis, *ver. procuratio*, §. *unico.* p. 391.

Procurator in criminalibus an admittatur; *ver. procurator* §. 1. p. 382. & quando valeant acta per eum facta, *ibidem* §. 2. & quid in crimine hæresis, *ibidem* §. 3. & quando amittatur in criminalibus, *ibid.* §. 4.

Procurator in criminalibus, si dubitatur de ejus mandato, debet cavere de rato, *ibid.* §. 5.

Procuratoris contumacia quando non præjudicet Domino, ut possit appellare, *ibidem* §. 6.

Procurator non potest esse Clericus in foro sæculari, absque licentia sui Episcopi, *ibid.* §. 7. 283.

Procuratorem an possit constituere excommunicatus *ibid.* §. 8. *& ult.*

Processiones solemnes quæ sint, *ver. processiones*, §. 1. p. 368. qui venire ad eas coguntur, & quando, *ibidem* §. 369.

Processiones quæ fiunt in Jubilæis, dicuntur Apostolicæ, *ibidem*, *vers. ad primum*, qui in eis præcedere debeant, *ibidem ver. ad quartum.* controversiæ de præcedentia quomodo

modo sopiendæ, *ibidem* §. 3.
Processiones an possint fieri per regulares extra claustra; *ibi.* §. 4.
Processio censetur tacitè emissa, si per annum perseveraverit in religione Monialis post suæ ætatis annum 16. *ver. Abbatissa*, §. 2. *in fine.* p. 36.
Professio quando obliget in Regularibus, & num omnis professio, *ver. professio*, §. 1. p. 373. ad quid obliget tam expressa, quam tacita, *ibid. ver.* 2. & 3.
Professio licet emissa, debet fieri palàm, si ordo requirat professionem, *ibid. ver.* 4.
Professio solennis tacitè facta quando dicatur, *ibid. ver.* 5. 374.
Professio facta, non servata forma Religionis, ligat in foro conscientiæ, *ibi. ver.* 8.
Professio qua forma debet fieri, & quomodo, *ibi. ver. quoad primum intellige.* 374.
Professio debet fieri statim elapso anno probationis, *ibi. ver. decimò professio fieri.* & an possit fieri p. 375. §. *undecimo.*
Professio tacita quando incipiat, *ibid. ver. duodecimò professio tacita.*
Professionē debet emittere statim monialis elapso anno, *ibi. ver. decimotertiò.*
Professio per metum quid operetur, *ibi. ver. decimoquartò.* 375.
Punitus à judice Ecclsiastico in delicto mixto, an pro eodem possit puniri à judice sæculari, *ver. pœnæ*, §. 5. p. 390.
Pubertati proximus quando quis dicatur, ad hoc ut possit contrahere matrimonium, *ver. sponsalia*, §. 2. pag. 407.

Q.

QUarta episcopalis de quibus non debeatur, *ver. quarta* §. 2. pag. 392. vide *in ver. legatum.*
Quæstores an possint prædicare, *ver. quæstores*, §. *unico.* 391.
Quæstores eleemosynarum quas conditiones debeant habere, *ibid. versic. Sacra verò Congregatio.* p. 392.
Quæstores cujuscunque conditionis sint, possunt puniri ab Ordinariis. *ver. casus, in quibus*, §. 1. *ver. Quæstores.* pag. 111.

R.

REctores Ecclesiarum an possint compelli ad earum reparationem, *ver. Rector*, §. *unico.* 405.
Rector Ecclesiæ super caducitate, *ver. locatio* §. 9. 303.
Recursus quot modis haberi possit, *ver. recursus*, §. *unico.* 405.
Regulæ Cancellariæ urbis de infirmis resignantibus, ubi habeant locum, *ver. Regulæ Cancellariæ*, §. 1. 404.
Regulæ Cancellariæ an obligent extra Curiam Romanam, *ibi.* §. 2. quomodo concedantur in Urbe. *ibi.* §. 3. quando intelligatur ipsis derogatum, *ibid.* §. 4.
Regulæ Cancellariæ quando obligent S.R.E. Cardinales, *ibi.* §. 5. 405. sententia contra eas an teneat, *ibi.* §. 6.
Regulares an possint petere eleemosynā absq; licentia Episcopi, *ver. Quæstores* §. *unico, vers. An regulares possint petere* pag. 392.
Reliquiæ de novo inventæ quibus concurrentibus publicandæ & venerandæ. *ver. corpora Sanctorum*, §. 2. p. 113.

Remissio rei an debeat fieri à judice originis ad judicem delicti. *ver. remissio reorum, §. 1. p. 401.* & quando, & an Judice delicti non petente *ibi.* in quibus criminibus habeat locum ista remissio. *ibid. ver. dico septimò, huic remissioni.* 402

Remissio clericalis capti à Judice sæculari quando fiat ad Judicem Ecclesiasticum, *ibid. §. 2.* p. 403

Remissio an debeat fieri ratione contractus ad locum contractus, *ibid. §. 4.* p. 404.

Remissio cujus expensis debeat fieri, *ibidem §. 5.*

Remissio mandantis delictum cui debeat fieri, *ibi. ver. postremò Clericus.*

Renuntiatio, aut resignatio, an hodie fieri possit coram locorum Ordinariis. *ver. renunciatio, seu resignatio, §. 1. p. 396.* & quid de permutatione, *ibid. §. 3. versic. primum dubium.* p. 397

Resignationis causæ, quæ *ibid. §. 2.* 396

Resignatio debet fieri præcisè, & absolutè & non respectu alicujus, *ibi. ver. primò istam videri, ibi.*

Resignatio facta cum pacto ut conferatur certæ personæ, an valeat. *ibi. ver. secundo, quod resignatio.* 396. in resignatione quæ observanda, *ibid. §. 3.* p. 396

Resignatio si facta est in manibus Ordinarii Romæ commorantis, an possit Ordinarius conferre illi, in cujus favorem facta fuit, vel cui sibi placuerit, *ver. secundum ibid.* 397

Resignatio non debet admitti etiam cum circumstantiis debitis, nisi resignans habeat unde aliunde vivat, *versi. tertium, ibid.*

Consequens beneficium ob renunciationem, an teneatur docere de titulo sui prædecessoris: *ibidem, ver. quartum,* 398.

Permutatio beneficiorum, ob quæ debeat fieri: *ibi. ver. quintum.*

Resignatio potest fieri etiam ab accusato antequàm in causa sit conclusum, *ibid. versiculo sextum.*

Resignatio cum reservatione pensionis, solùm à Papa potest admitti, *ibidem versiculo septimum.*

Resignans usquequò possit pœnitere, *ibidem vers. octavum. ibid.*

Renuncians beneficio etiam simpliciter, an possit redire ad Ecclesiam renunciatam, *ibid. ver. nonum.* 399

Beneficium resignatum in favorem certæ personæ, an possit cõferre ordinarius in aliam, *ibid. vers. decimum.* 399

Renunciatio coràm quibus fieri possit, *ibi. ver. ad quartum.* 389

Repræsentationes passionis Domini, an prohibitæ, *ver. repræsentationes, §. unico.* p. 392. & quando *ibid.*

Res integra quando dicatur in judiciis, & quando in negotiis, *ver. Res integra, §. unico.* 395

Residentiæ Episcoporum onus spectat ad Metropolitanum, *verbo residentia, §. 1.* 400

A residentia quot casibus quis excusetur, *ibid. §. 2.* & qui gaudeant perceptione fructuum in eorum absentia, *ibid. §. 4.*

Rescriptum impetratum à procuratore excom-

excommunicato, an sit validum, *verbo reſcriptum*, §. 1. pag. 393. & quando debeat opponi ista exceptio, *ibidem* §. 2.
Brevia nostri temporis an veniant appellatione Reſcripti, *ibid.* §. 3.
In Reſcriptis semper intelligitur illa Clausula, Si preces veritate nitantur, *ibid.* §. 4.
Reſcriptum alternantium sufficit, quod in uno verificetur, *ibid.* §. 5. *ibid.*
Reſcriptum quando dicatur obreptitiū seu subreptitium, *ibid.* §. 6.
Reſcriptum subreptitium an det jurisdictionem, *ibid.* ¶. 7. 394
Reſcriptum an sit subreptitium, si erratur in nomine impetrantis, vel contra quem impetratur, vel diœceſis; *ibidem* ¶. 8.
Reſcriptum subreptitium invalidat processum exinde factum, *ibid.* ¶. 9. 394.
Reſcripta ad causas decidendas qualia debeant esse, *ibid.* ¶. 10.
In reſcripto quæ probanda. *ibid.* ¶. 11.
Reſcriptum pro impetrandis beneficiis quas conditiones requirat, *ibidem* ¶. 12. & 13.
Reſcripto utens in casibus c. fin. de reſcript. perdit causam, *ibid.* §. 14.
In reſcripto consideratur tempus præsentationis, & non datæ, *ibid.* §. 15.
Reſcripti obreptionem, aut subreptionem quis teneatur probare, *ibidem* §. 16. 395
Reſcripti tenor an debeat inseri in citatione delegati. *ibid.* §. 17.
Reſtitutio malè oblatorum quomodo fiat, *verb. reſtitutio*, §. *unico*.
Reſtitutio in integrum an detur in læsione enormi, vel modica, *ver. reſtitutio in integrum*, §. 1. 395. ejus beneficium, & tempus an judici arbitrariū, *ibidem*, §. 2.
Reſtitutio in integrum si petatur ab Eccleſia contra laicum, coràm quo judice petenda sit, *ibi.* §. 3.
Rotæ tribunalis deciſiones, an faciant communem opinionem, *ver. Rotæ tribunal*, §. *an.* 495. & an habeantur pro lege, *ibid*
Rumor, fama, notorium, manifeſtum, & publicum, quid sint, & in quibus differant, *ver. rumor*, §. *unico*. 406

S.

SAlarium debetur servienti pro rata temporis, & an debeatur hæredi? *ver. Salarium* §. *unico*, 410
Sacrilegii quæ pœna major, & quæ minor, *ver. ſacrilegium*, §. *unic.* 411
Scandali evitandi præceptum est divinum, *ver. irregularitas*, §. 15. *verſ.* 2. *quinterum*. 288
Seminarium ubi debeat constitui, *ver. ſeminarium*, §. 1. 425
Seminarium quos & quot recipere debeat, *ibid.* §. 2. 425
Seminarii curam qui habere debeant, *ibid.* §. 3. 426
Scholares commorantes in Seminario, quid edoceri debeant, *ibid.* ¶. 4. quibus introitibus vivere debeant, & qui contribuere teneantur expensis dicti Seminarii, *ibid.* §. 5.
Scholares an possint promoveri ad ordines

nes sacros ad titulum Seminarii, *ibidem.* §.6.

Sententiarum quot genera, *ver. sententia* §.1. 407

Sententia interlocutoria usque ad quod tempus possit revocari à Judice, qui eam tulit, *ibidem.* §. 2. 408

Sententia, sive decretum quando præsumatur interveniſſe in antiquiori. *ibid.* §.3.

Sententia in beneficialibus quoad quos transeat in rem judicatam, & quoad quos non, *ibidem*, §. 4.

Judex potest sibi reservare in sententia diminutionem, sive moderamen ipsius, *ibid.* §.5. 408

Sepulturam non eligens ubi debeat sepeliri, *ver. sepultura*, §.1. 409

Sepultura an, & quando vendi possit, *ib.* §.2. *secundò, an & quando.*

Pro sepultura an aliquid solvendum, *ibi.* §. 3. 409

Sepultura si conceditur libera, an per hoc censeatur sublata quarta debita curato *ibid.* §.4.

Sigillum confessionis sacerdos confessarius frangens, quas pœnas incurrat, *verbo, sigillum.* §.1. p. 412. & quando intelligatur fractum, *ibi. verſ. & quando intelligatur.*

Sigilli alterius quanta sit authoritas, & credulitas, & an probet procurationem, *ibidem* §.2.

Signatura vide *in ver. supplicatio.*

Simonia quando committatur per transactionem, vide in *ver. transactio.* 431

Cum simoniaco quis possit dispensare, *ver. simonia*, §. 1. *versiculo quartum dubium.* p. 417.

Simoniacus in ordinibus perdit ordinum executionem, *ibidem versicul. quintum*, p. ead.

Simonia quando non sit petere, & accipere aliquid pro actibus spiritualibus, *versiculo sextum*, *ibid.*

Simoniaci omnes in ordinibus, & beneficiis sunt excommunicati Papali excommunicatione, *ibid. verſ. septimum*, & quid de aliis Simoniacis, *ibid. versic. octavum.* an hoc procedat in omni simonia, mentali scilicet, vel reali, *ibid. versic. nonum.*

Simoniacus confirmatus per Papam, an possit puniri ab Ordinario, *ibid. verſ. decimum*, affirmativè concluditur. ead.

Simoniam an committat serviens prælato, ut sibi beneficium conferat, *ibid. versiculo undecimum.* 418

Societas quando sit usuraria, *ver. societas*, p. 418.

Societas, ut sit licita, quas conditiones requirat, *ibid.* §. 2. & quas societas circa mercaturas, *ibid.* §.3. & quas circa soccida & animalia grossa, sive minuta, appretiata, vel non, *ibid.* §. 4.

Socius & conductor quando teneatur dolo & lata culpa, *ibid.* §. 5.

Si in societate interveniat affectio, quid ex ea possit accipi, *ibid.* §. 6.

Solutio mercedis probat possessionem contra tertium, *ver. libri* §.2. 29

Vide in *ver. Clericus.*

Sponsalia ut possint contrahi, quæ ætas requiratur. *ver. sponsalia*, §.1. 40

Sponsalia olim usq; ad quem gradum, & usque ad quem hodie impediant ma-

matrimonium, *ibi.* ¶. 3. & *ver. Matrimonium*, ¶. 1. p. 305.
Sponsalia quibus modis dicantur invalida, *ibi.* ¶. 4. 407.
Sponsalia dicuntur si sit contractum matrimonium inter impuberes, vel alterum puberem, & alterum impuberem, *ibid.* ¶. 5.
Sponsalia quibus modis dissolvantur, *ibi.* ¶. *ult.*
Sportulæ, vide *in ver. trigesima.*
Strigæ an eant in corpore & vivæ noctis tempore, *ver*: *strigæ*, ¶. 1. p. 410. & an imaginariæ, & phantasticæ. *ibid.* ¶. 2.
Strigæ subjacent Iurisdictioni ordinarii, & labefactant totum orbem. *ibi.* ¶. 3. qua praxi utendum in tortura istarum strigimagarum, *ibi.* ¶. 4. & ultrà; & subsunt etiam Inquisitoribus, *ibid.*
Studia quantum prosint Christianæ reipublicæ, *ver. studium, in principio*, pag. 419.
Studium ut possit adire beneficiatus, an requiratur licentia Ordinarii, *ibi.* ¶. 1. *ver. Ad primum* & an percipiat fructus, & distributiones quotidianas *ibi.* & an gaudeat privilegio fori, si est in minoribus constitutus, *ibi.*
Studium in qua ætate debeat beneficiatus adire, *ibi.* ¶. 2. p. 420. quod tempus in studio possit impendere, *ibi.* ¶. 3 in quo loco studere debeat, *ibid.* ¶. 4. quibus disciplinis debeat insudare, *ibid.* ¶. 5. p. 421. quot possint simul de una Ecclesia adire studia, *ibid.* ¶. 6. 422 & an licentia sit danda omnibus beneficiatis indifferenter, *ibid.* ¶ 7. p. 423 licentia cujus formæ debeat esse, *ibi. ver. Ad octavum* pag. 424.
Subsidium charitativum à quo possit imponi, an possit præscribi, quale possit Episcopus imponere, quibus ex causis, à quibus exigi possit, an subditi compelli possint per censuras ecclesiasticas, *ver. subsidium charitativum.* ¶. 1. 2. 3. 4. 5. 6. p. 415. quantum debeat pro eo taxari, *ibi.* ¶. *septimò.*
Subsidium charitativum quomodo & quando debeatur à vasallis pro maritanda, seu monachanda filia domini, *ibi.* ¶. 8.
Subsidium charitativum an possint exigere prælati Episcopo inferiores, *ibid. paragr.* 9.
Successor in dignitate an possit revocare malè alienata per prædecessorem, *ver. Successor, paragr.* 1. pag. 415.
Successor quando teneatur stare contractui prædecessoris, & quando teneatur de facto ipsius, *ibi. paragr.* 2.
Successor an teneatur stare colono, *ver. successor.* 2. *paragr.* 1.
Successor an succedat exceptioni excommunicationis, vel cessionarius cedenti, *ibidem. paragr.* 2.
Successori in beneficio an noceat mala fides prædecessoris, *ibi. paragr.* 3.
Successor quando teneatur stare locationi à suo prædecessore factæ, *ver. alienatio. paragr.* 3. *vers. Decimatertia conclusio, Prælatus successor.* p. 16.
Suffraganei an teneantur ad Metropolitanam Ecclesiam accedere extra celebrationem Concilii Provincialis, *ver. suffraganei, paragr. uni.* p. 414.
Suffraganeus an teneatur assentire omnibus inhibitionibus sibi factis à Metro-

tropolitano, *ver. Appellatio, §.*10. p.29.

Solennitas data pro forma, etiamsi sit levis ejus omissio, vitiat actum. *ver. professio, §.*1. *ver. sextò; quod illa.* p. 374.

Superstitio est portare brevia cum characteribus præter signum crucis, *ver. superstitio, §.*1. pag. 410. & quid de nominibus inusitatis, in herbis, imaginibus, & carminibus cum observatione: *ibi. ver. nec nomina inusitata.* & quid de orationibus dicendis super infirmos, & alia hujusmodi: *ibid. vers. ubi damnat quasdam orationes,* p. 411. & an maleficium alio malificio possit tolli. *ibi. §.* 2.

Supplicatio sola absque expeditione Bullarum an impediat Ordinarium ne possit conferre beneficium, *ver. supplicatio, §.*1. 413.

Sola signatura sufficit ad capturam possessionis. *ibi. ver. & per solam signaturam* p. 413. & an per eam expiret reservatio beneficii facta à Papa, *ibi. ver. ratio est.* ea. & an faciat probationem in judicio. *ibid. vers. & hoc intelligitur.* & an præsentatio literarum Papæ liget manus Ordinarii. *ibi. vers. & hoc quod dictum est.* 414.

Suspensio quotuplex sit. *ver. suspensio, §.* 1. pag. 428.

Suspensus à majoribus an sit etiam suspensus à minoribus exercitiis; & quid è contra. *ibidem §.*2.

Differentia inter suspensionem ob crimen, & in contumaciam, *ibi. §.*3.

Suspensus quomodo absolvatur. *ibi. §.*4.

Suspensus ob aliquod delictum, si præsumpserit celebrare (cùm ex hoc sit irregularis) an possit privari beneficiis, *ibidem. §.* 5. 429.

Suspensus ab administratione temporalium, vel spiritualium quando celebrando efficiatur irregularis. *ibi. §.* 6.

Suspensus ob ordines susceptos ante ætatem legitimam, an adveniente ætate indigeat dispensatione, si interim non administraverit. *ver. Dimissoria, §.* 4. 148.

T.

TErmini dies quando, & ubi computetur in termino, *ver. terminus, §. un.* 429.

Terminus quotuplex possit præfigi appellanti à judice à quo, *ibi. ver. quotuplex.*

Testamentum celans an incurrat crimen falsi. *ver. testamentum, §.*1.

Testamentum factum cum duobus testibus etiam fœminis ad pias causas valet. *ibid. §.*2. 430.

Testamentum factum ut multi succedant simul cum alio, an præsumantur vocati in capita, vel in stirpes *ibid. paragr.* 3.

Testator ponens bona sua, & animam suam in alterius voluntate, quid videatur jubere, *ibidem. §.*4.

Testamentum factum ab excommunicato, vel cum testibus excommunicatis, an valeat, *ibi. §.* 5.

Testamentum de jure civili quot testes requirat. *ibi. §.* 6.

Testamentum sive legatum, quando dicatur ad pias causas, *ibidem. §.* 7. *&ul.*

Testes producere post publicatum qui possint, *verbo, testes. §.*1. p. 432.

Testis unus omni exceptione major, an faciat judicium ad torturam, *ibi.* §.2.
Testis, & Notorius si discordant, cui magis credendum, *ibi.* §.3.
Testis non juratus non facit fidem. *ibid.* §.4.432.
Testis obscurè deponens debet iterum examinari. *ibi.* §.5.
Testis perjurus quando admittatur ad testificandum, *ibi.* §.6.
Testes mortui, & non repetiti, an probent, *ibi.* §.7 433.
Testis excommunicatus an probet. *ibi.* §. 8.
Testium effrænata multitudo est rejicienda à judice, *ibid.* §.9.
Testis debet deponere de causa scientiæ, *ibid.* §. 10.
Testes qui admittantur contra personam Ecclesiasticam. *ibi.* §. 11.
Testes qui possint examinari, ut detur materia inquirendi. *ibid.* §.12.
Testes quæ debeant jurare, *ibi.* §.13.
Testes quando possint torqueri ad investigandam veritatem, *ibid.* §. 14.
Testes familiares quando admittantur *ibi.* §. 15.
Testis mulier honesta, ubi, & quomodo possit examinari. *ibid.* §. 16. 434.
Testes duo sufficiunt ad convincendum etiam in crimine hæresis, *ibi.* §.17.
Testes universitatis quãdo possint testificari in causa ejusdem, *ibi.* §.18.
Socius criminis an probet. *ibi.* §.20.
Testis unus cum fama an probet. *ibi.* §. 21 & quid de testibus de auditu. *ibi.* §.22
Testis vacillans an possit torqueri. *ibid.* §. 23. 435.
Testes an possint compelli ad testificandum per censuras ecclesiasticas. *ibid.* §. & in quibus æneantur, & possint testificari, *ibi.* §. 25.
Testis deponens falsum fit subditus illi judici, coram quo falsum deposuit. *ibi.* §.26.
Testis falsus, ex quo quis est in periculo vitæ vel bonorum quid facere debeat. *ibi.* §. 17. & quid si deposuit falsum absque sua culpa *ibi.* §.28.
Testis deponens falsum coram judice ecclesiastico an possit puniri à sæculari, *ibi.* §. 30.
Testis unus quando faciat probationem, *ibi.* §.31. & quando testes de auditu. *ibidem*, §.32.
Testis deponentis ultra interrogata non valet testimonium. *ibi.* §,33.
Testes proficientes extra domum debent habere expensas, *ibi.* §.34.
Testes in causa criminali etiam existentes extra provinciam debent remitti ad judicem causæ. *ibi.* §.35. 436.
Titulus beneficii quando debeat ostendi, & quando judicetur coloratus, *ver. tit. beneficii* ¶. *unico.* 436.
Torqueri an possit clericus per laicos de mãdato Ordinarii. *ver. Tortura*, ¶1.431
Tortus si moriatur per inusitata tormenta, quid, *ibid.* ¶.3.
Torqueri an quis possit per unum testem, *ibidem.* ¶. 4.
Transactio facta à capitulo quando valeat, & qui obligentur. *ver. transactio*, ¶. 1.
Transactio an possit rescindi prætextu læsionis, *ibid.* ¶.3. 432.
Transactiones an possint fieri in relaxatione reorum. *ibid.* ¶.4.

Transigere an possit rector Ecclesiæ ultra tempus suæ vitæ sine consensu Episcopi, *ibid.* §. 5.

Transactio in beneficialibus seu spiritualibus quomodo permissa, & quando non sapiat simoniam. *ver. simonia*, §. 1. *ver. primum*, p. 416. & an fieri possit authoritate propriâ, *ibi. ver. secundum.*

Transactio facta cum pacto, ut alter litigantium solvat tot quotannis, an sapiat simoniam. *ver. ibi. tertium.* 416

Trigesima ut debeatur judici, an possit introduci per consuetudinem, *ver. trigesima*, §. *unico.* p. 436.

Tutor ad quid teneatur pupillo de interesse, *ver. tutor.* §. 1. p. 430. ex bonis mobilibus, & parum valentibus quid facere debeat. *ibid.* §. 2.

Tutores plures an habeant beneficium divisionis si insolidum susceperint, *ibi.* §. 3. & quomodo procedatur contra tutorem conficientem inventarium, §. 4.

V.

VAcatio beneficiorum, seu officiorum vel per Episcopum priùs obtentorum an fiat per electionem ipsius, *verbo vacatio*, §. 1. p. 436

Vacare quando dicantur beneficia per ingressum Religionis, *ibidem* §. 2.

Vacare an dicantur beneficia Episcopi in Curia, quando ipse in Curia consecratur. *ibi.* §. 3. 436.

Vacare an dicatur pensio per promotionem ad aliud beneficiū, *ibi.* §. 4. 457

Vacare quando dicatur primum beneficium per assecutionem secundi, *ibid.* §. 5. & quid si electus moritur in Curia, an dicatur ibidem vacare beneficium. *ibidem* §. 6.

Vacare quot modis dicatur beneficiū, *ibidem* §. 7.

Vacantis Ecclesiæ fructus ad quem pertineant *ibid.* §. 8.

Vagabundus quis dicatur, *ver. matrimonium* §. 9. *ver. nec mireturquis* pag. 307.

Vasa sacra an possint tangi à constitutis in minoribus ordinibus. *ver. vasa sacra* §. *unico.* 437

Vestimenta sacra quot sint, *ver. vestimenta sacra*, §. 1. *ibid.* quis ea benedicere possit, *ibid.* §. 2. an quis possit uti non benedictis. *ibid.* §. 3.

Tobalæ altaris cujus quantitatis esse debeant. *ibid.* §. *ult.*

Vendens frumentum plusquam sit taxatum à Pragmatica, peccat & tenetur ad restitutionem, *ver. Pragmatica.* §. 1. *vers. tertium.* p. 355. & quid si perderet juxta pretium taxatum. *ibidem. ver. quartum.*

Verbum simpliciter prolatum debet intelligi in priori significatu, *ver. absolutio* §. 3.

Visitatio à quo fieri debeat, *ver. visitatio* §. 1. p. 445. quando, *ibid.* §. 5. 446 quid visitandū, *ibid.* §. 3. & quid circa Ecclesias exemptas; vel Equitū Hierosolymitanorū, aut Confraternitates suas intra Ecclesias Regularium *ibi & vers. primum, & vers. secundum* pag. 446.

Visitatio ad quid se extendat generaliter, *ibid.* 447. quid in ea agendum *ibid.* §. 5. & an crimina detecta per visita-

visitationem possint puniri per Ordinarios, *ibid. vers. primum dubium* 448
infra quantum tempus visitatio debeat expediri, *ibi. vers. praterea debent.* p. 449.
Pro visitatione quid accipiendum ab Episcopo. *ibi.* §. 6. 449. & seq. usque ad ver. *tertium dubium* & quid si sit per alium quàm per Episcopum, *ibid. ver. quintum.* p. 451. à quibus possit accipi *ibi. ver. septimum.* 452. an procuratio, quæ accipitur pro visitatione, possit præscribi. *ibi. ver. octavum* p. *ibid.* quid faciet visitator cùm invenit Ecclesias dirutas, *ibid. ver. nonum.* 453. & an possit illos profanare, *ibi.* ead.
Beneficia nullius diœcesis à quo debeant visitari *ibi. ver. undecimum* p. 454. quid de Abbatiis commendatis, ubi Commendatarius exercet Episcopalem Iurisdictionem *ibi ver duodecimum.* ibid.
Visitator an habeat Iurisdictionem ordinariam. *ibid.* §. 7.
Vicarius an possit constitui plusquam unus ab Episcopo in sua Diœcesi, seu civitate. *ver. Vicarius.* §. 1. p. 438. & an ab istis Vicariis generaliter constitutis appelletur ad Episcopum. *ibi. ver & primum quòd quando.*
à Vicariis foraneis, ad quos appelletur *ibidem* §. 2.
Sententia diffinitiva Vicarii generalis ad quem possit appellari, & ad quem ab interlocutoria, *ibid* §. 3. p. 438. & ad quem à collatione beneficii facta ab ipso Vicario, *ibid.* §. 4. 439. & apud quem possit dici de nullitate de sententia ipsius Vicarii, vel peti restitutio in integrum, *ibid.* §. 5. & quid in sententia criminali, *ibid.* §. 20. 443
Vicarius an possit exercere iurisdictionem Episcopi, ipso Episcopo excommunicato. *ibi.* §. 8. p. 439.
Vicarius non potest conferre beneficia sine speciali concessione Episcopi *ibid.* §. 9. & an possit accipere resignationes vel permutationes beneficiorum *ibid.* §. 10. p. 440. & an præstare assensum donationibus iurispatronatus, *ibid.* §. 11. & an præstare assensum alienationibus bonorum Ecclesiæ, *ibi.* §. 12. & an dotationi, fundationi, & ædificationi iurispatronatus, *ibid.* §. 13. & an instituere præsentatos. *ibid.* §. 14.
Vicarius generalis Episcopi an præcedat Archidiaconum *ibid.* §. 15. 440.
Vicarius in quibus irregularitatibus dispensare possit *ibid* §. 16. & *ver. secundum dubium, ibid.* p. 441. à quibus casib. Sedi Apostolicæ reservatis, *ibid. ver. decimum sextum potest.* pag. 441.
Vicarius an possit absolvere in foro pœnitentiæ à crimine hæresis. *ibid. ver. primum dubium an possit.*
Vicarius generalis, seu Episcopus an possint dispensare super homicidio casuali, & occulto. *ibi. ver. tertium dubium,* p. 441. an cum ordinato ante legitimam ætatem, hoc sciente, & exercente ordinem, *ibi. versic. quartum dubium.*
Vicarius an possit dispensare cum irregulari occulto, si est alterius diœcesis, *ibid. ver. quintum.* & quid de confessoribus, *ibi.*

Vicarius quas excommunicationes possit concedere *ibi. §.* 17. & 18. p. 443.
Vicarius potest omnia, quæ Episcopus quo ad jurisdictionalia, *ibi. §.* 19.
Vicarius constitutus à Capitulo Sede-vacante, an possit revocari ab eodem Capitulo durante vacatione. *ibi. ver. secundum dubium, an Vicarius.* p. 444
Vicario generali an censeatur data commissio causarum criminalium sub generali clausula, *ibi. ver. tertium dubium, an Episcopi.*
Vicarius Episcopi an possit supstituere alium Vicarium, *ibi. ver. quartum dubium.*
Vicarius an possit cognoscere de causa delegata suo Episcopo, vel contrà. *ibidem, ver. quintum dubium.*
Vicarius quando revocari possit, & an sit revocatio notificanda, *ibi. ver. sextum dubium,* p. 445.
Vicarius Episcopi an possit esse Clericus conjugatus, *ibi. ver. septimum dubium.*
Vicarius an possit esse Iudex in causa Episcopi, *ibi. ver. octavum dubium.*
Vicarius generalis Arbhiepiscopi non potest ferre sententiam alicujus censuræ in Suffraganeum Archiepiscopo existente in provincia. *ver. Appellatio. §.* 7. 28.
Vir, & Uxor, sunt principium affinitatis, *ver. affinitas §.* 4. p. 33.
Vis inferri non debet pro suarum rerum recuperatione, etiamsi alio modo recuperari non possent, *ver. Compensatio, §.* 3. p. 142.
Votum nunquam nubendi an possit remitti ab Episcopo, *ver. Votum. §.* 1. pag. 455. & an dicatur votum castitatis, *ibid.* ead.
Vovens centum alicui Ecclesiæ; an auctoritate superioris possit alii Ecclesiæ solvere, *ibi. §.* 2. ead.
Votum factum à defuncto tenetur hæres implere, *ibi. §.* 3. ead.
Unio perpetua Ecclesiarum parochialium an possit fieri, *ver. u §.* 1. p. 456.
an possit uniri Cathedralibus aut Collegiatis, *ibid. §.* 2. an redigi n benificia simplicial *ibid. §.* 3. Ecclesiæ parochiales cùm reperiuntur unitæ in Cathedralibus seu Collegiatis, quid agendum, *ibi. §.* 4, quid quando sunt juris patronatus, *ibi. §.* 5.
Uniones omnes quomodo, & quando revideri, reformari, & annullari possint ab ordinario, *ibi. §.* 6.
Beneficia quæ uniri possint, & an antequam vacent, & cui, *ibi. §.* 7. facta unione ut supra, si succedat vocatio, & aliquis impetrat à Papa, utrum unio, an impetratio sit irrita, *ibid. ver. dubium* 458.
Beneficium unitum antequam vacet, an possit permutari. *ibidem ver. tertium dubium.*
Unirian possit beneficium juris patronatus, *ibi. ver. quartum dubium.*
Uniri an possit Monasterium Monialium, cum subsit causa, *ibi. ver. quintum dubium.*
Devoluta collatione beneficii ad Papam, ob negligentiam Episcopi, an Episcopus possit illud unire, *ibi. ver. secundum dubium. qui si Episcopus* 457.
Unio beneficiorum quibus non possit fieri, *ibid. §.* 8. 458.
Unio quomodo debeat fieri, *ibi. §.* 9.

U-

Uniones an requirant consensum Capituli, §. 10. 459.
Unire an possit Capitulum Sede vacante. *ibi.* §. 11. 460.
Unio quot modis fiat. *ibi*, §. 12.
Abbates habentes Ecclesias pleno jure, an possint unire. *ibi.* §. 13.
Unio quot modis dissolvatur. *ibi.* §. 14.
Unio an possit fieri ad tempus, *ibi.* §. 15. *& ult.*
Unio an dicatur, si una Ecclesia transfertur in aliam obruinam, *ver. visitatio.* § 6. *vers. Decimum dubium.* 453.
Usurarius Clericus qua pœna puniatur, *ver. usura*, §. 1. 460.
Contra usurarium quæ personæ admittantur ad testificandum, *ibi.* §. 2. *ver, secundò. quia hoc crimen.*
Pactum quod emptor elapso die solutionis solvat tot pro lucro cessante, quando sit usurarium. §. 4. p. *&. ver. quartum, hinc fit.* 461.
Mercator an possit exigere aliquid ratione damni emergentis, vel lucri cessantis, *ibid. vers. secundum.* 461.
Mutuans Titio mille, ut restituat in foro Salerni, & si non ex tunc solvat 5. pro centenario, an dicatur usurarius, *ibi, ver. tertium mutuans.* 462.
Mutuans, & astringens mutuatarium ad sibi impendendum operas, justo tamen salario mediante, an dicatur usurarius. *ibid. ver. sextum.* 463.
Contractus qui dicantur sapere usuram, *ibi. ver. Qui contractus dicantur.* 464.
Usurarius publicus quomodo possit condere testamentum, *ver. usurarius* 460.
Usuras negantes esse peccatum possunt puniri ab Ordinariis. *ver. casus, in quibus* §. 1. *ver. usuras.* 460.
Uxor an, & quando teneatur sequi virum *ver. Vxor*, §. 1. pag. 731. *& verb. Maritus*, §. *unico.* ead.
Uxor an possit verberari à viro & quomodo, *vers. uxor*, §. 2. 464.
Uxor quando teneatur operari viro, & quid de lucro. *ibid.* §. 3.
Uxor an teneatur stare locatori, seu contractui soluto matrimonio, *ibi.* §. 4.
Uxor potest compelli per Ecclesiam, ut redeat ad virum, & è contra. *ibi.* §. 5.
Uxor tempore feriarum an possit duci ad domum viri, *ver. dispensatio, ver. secundum dubium, an liceat.* 166.

Finis Indicis Primæ partis, Rerum magis notabilium.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Zerola

praxis [illegible]

Th
4757